31
8 E
20

ΛΛ67.

OPERÆ HORARVM SUBCISIVARUM, SIVE MEDITATIONES HISTORICÆ:

CONTINENTES ACCVRATVM DELECTVM memorabilium Hiſtoriarum, & rerum, tam veterum, quam recentium, ſingulari ſtudio invicem collatarum, quæ omnia lectoribus uberem admodum fructum, & liberalem pariter oblectationem afferre poterunt.

CENTURIA TERTIA.

Vna cum Indice locupletiſſimo.

PHILIPPO CAMERARIO I. F. IURISCONS. ET REIPUB. NORICÆ à CONSILIIS AUCTORE.

Cum gratia & privilegio Cæſar. Majeſt. ad decennium.

FRANCOFURTI,

Typis JOHANNIS FRIDERICI WEISSII.
Sumptibus JOACHIMI WILDII.

ANNO M. DC. L.

ΛΛ67.

VOTVM ET DEDICATIO AUCTORIS

C. S. S.

COGITATIONES, CONATVS, LVCVBRATIONES, LABORES, OPERÆ, ET RELIQVA, QVÆ IN HAC TERTIA CENTVRIA HORARVM SVBCISIVARVM COACERVATA CVMVLATAQVE SVNT, HÆC OMNIA, SICVT IN DVABVS PRÆCEDENTIBVS SVPERIORIBVS ANNIS EDITIS, POTISSIMVM PVBLICO BONO, DEINDE PACIS, QVIETIS ATQVE V[illegible]TATI, BONARVMQVE ARTIVM ET PARTIVM, NEC NON HISTORIARVM STVDIOSIS INGENIIS DEDICATA CONSECRATAQVE SVNTO. QVÆ VELVTI LIBAMINA, SI REIPVB. VSVI, ET EIVSMODI HOMINIBVS INSTAR PABVLI ANIMI GRATA ACCEPTAQVE FVERINT, ET EX IIS NON SOLVM DELECTATIVNCVLAM PROPTER VARIETATEM RERVM ET SIMILITVDINEM HISTORIARVM INVICEM COLLATARVM, SED ETIAM NONNVLLAM VTILITATEM HAVSERINT PERCEPERINTVE: EX VOTO AVCTOR LITATVM CENSEBIT: SIN SECVS, EA OMNIA, QVÆ IN HAC TERTIA CENTVRIA CONGESTA CVMVLATAQVE SVNT, PEREANT, DELEANTVR, IRRITA INFECTAQVE SVNTO. HÆC SVNT PRÆCIPVA DESIDERIA ET VOTA AVCTORIS. QVÆ SI RATA FVERINT, BENE ACTVM

 EST,

EST, ET IRE LICET AD SIMILES OPERAS QVARTÆ CENTVRIÆ DEXTRE ET FELICIBVS AVSPICIIS ABSOLVENDAM: SIN IRRITA, INTERMITTVNTOR, ET COEPTA TINEIS PASCENDIS SEPONVNTOR.

AD

AD BENEVOLUM ET CANDIDUM LECTOREM, AUCTOR.

SÆPIUS à magnis & præſtantibus viris, qui meas duas priores Centurias operarum ſubciſivarum, cum delectatione & utilitate (ut ipſi dicere ſolent) ob varietatem rerum, & hiſtoriarum non vulgarium, ſed memorabilium, & ſelectarum, legerunt, coram internuntiis & literis compellatus, & admonitus fui, ut tertiam quoque partem prioribus adiungerem, & hac in re verbis, & promiſſis meis ſtarem, quæ in voto & dedicatione ſecundæ Centuriæ annexa, & comprehenſa ſunt; meque ſane ob longiuſculam, intermedio tempore, moram interiectam, ſi non palam, tamen tacite accuſarunt, quòd deſiderio eorum, & aliorum, velut cunctabundus emanſor, minus ſatisfacerem. Non ingrata mihi fuit hæc compellatio, & exprobratio, quæ ab animis candidis, & noſtri nominis ſtudioſis, proficiſcebatur; idcoque ea talem vim apud me habuit, ut veluti laxato fræno, mihi inſtar calcaris ulterius ſtrenuè progrediendi, & iampridem laborem inchoatum abſolvendi, fuerit. Inter hos monitores & ἐργοδιώκτας nominare, & quidem honoris & obſervantiæ ergo libet, clariſſimum & præſtantiſſimum virum D. D. Conradum Rittershuſium, amicum meum veterem, qui peculiari Epiſtola ad filium meum eleganter ſcripta, non ſolùm peculiares laudes meæ perſonæ & ſenectuti attribuit, ſed etiam interpoſito ſuo iudicio, quod ſanè magnifacio, de priori-

bus meis libris, Muſam ſuam monitricem & minatricem inſtruit, ut fidem meam obligatam liberem & exſolvam, in pertexenda & edenda Tertia Centuria, quam non ita pridem conſpectis aliquot capitibus, integram mirificè deſiderate videtur. Cæterum quemadmodum is in nonnullis quodammodo nimius, &, ſi liceret dicere, prodigus in meas laudes (quod tamen nimio amori & propenſioni ejus candidæ erga me tribuo) in illa ſua Epiſtola eſſe videtur: ita tamen eas accipio, & meas eſſe cum hac cautione iudico, ut ſi non in omnibus talis, qualem me deſcribit, ſim, ita tamen eſſe, & talem me gerere & erga omnes præſtare debeam. Hoc moderamine paſſus ſum, & quidem volente auctore, illam Epiſtolam à Typographo poſt hanc præfationem inſeri, & in lucem prodire, cum præſertim non tam conſtans benevolentia erga me & meum filium, quam gratulatio de commoda mea ſenectute, quæ beneficio divino contigit, mihi non poſſit eſſe non grata. Experientia enim teſtatur, tam firmam in amicitia conſtantiam, atque talem commoditatem & felicitatem paucis ſenibus contingere. Superfluum igitur iudico plurib. me excuſare, ob moram hactenus interpoſitam, amicisque moleſtam. In quibus ſane ſenectutem ingraveſcentem, licet nunc ſatis commodam, tamen (cum ea ſola non veniat) plerumque comites ſeipſa peiores pedetentim ſecum adducentem, & molem negotiorum publicorum & privatorum (cum præſertim gens & familia mea, alium nunc grandæviorem non habeat,) allegare poſſem. Sed prolixior in iis, quæ ocularis inſpectio, & res ipſa demonſtrat, non ero, paucis ſaltem ſcire vos neceſſum exponam, quæ nunc de meis laboribus eſſe debere. Dixi paulo ante de calcare ex ſtimulo externo, quem deſiderium amicorum mihi admovit, ſed aliud præterea internum calcar & irritamentum acceſſit cupiditas nimirum, & ardor, hiſtorias & res politicas memorabiles, tam veteres, quam recentes cognoſcendi, & ex iis ſelectiora excerpendi atq; in meam penuariam cellam & claſſem inſerendi. Hoc deſiderium & cupiditas illa una cum ſenectute mea accre-

creſcit, ac veluti vireſcit, neque, ſicut robur & vigor corporis, decreſcit: ita ut ſententiam rectè dici, Senectutem laudabilem duobus ſcipionibus niti Recordatione vitæ honeſtæ anteactæ, & Spe vitæ melioris: Quorum alterum in propriis cogitationibus alterum in meditatione futurarum rerum continetur. Quis enim negare poterit, hiſtorias ſimulacra quædam eius eſſe Philoſophiæ, quæ in actione conſiſtit? Vt ſive virtutum ad imitandum, ſive vitiorum ad declinandum, exempla cupiamus, ſive morem maiorum ad cognoſcendum, ſive res geſtas ad providendum quæramus, non à Philoſopho aliquo facilius, quàm ab egregio ſcriptore hiſtoriarum aliquo, petere nobis liceat, ut rectè Sigonius monet. Ab hiſtoria enim hauries (ita monet Imp. Baſilius filius Leonē) τῶν σπουδαίων ἀρετὰς καὶ τὰ τῶν φαύλων κακίας bonorum virtutes, improborum vitia, vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea converſiones. Idipſum non latuit Plinium ita dicentem: Et gaudium mihi & ſolatium ex literis. Nihilque tam lætum, quod non his non lætius: nihil tam triſte, quod non per has minus triſte, &c. Aſſentior itaque illis, qui cenſent, Nullam poſſe eſſe vitam iucundiorem, aut certe commodiorem, quàm legere ſemper, aut ſcribere & præclaras quidem res antiquitatis cognoſcere: præſentes verò cum poſteris loqui, atque ita omne tempus, quod & præteritum eſt & futurum, noſtrum facere. Quemadmodum autem hæc diligentia, & aſſiduitas in legendis hiſtoriis, & bonis literis, tam iunioribus, quam ſenioribus, magnam recreationem & delectationem afferre ſolet: Etenim illi, iudicio & intelligentia, hiſce adminiculis citius in bonos & præſtantes viros evadere; hi verò repueraſcere, non ſecus ac Cicero in ſuo fundo Formiano, inter doctiſſima & ſuaviſſima colloquia cum Scipione & Lælio, ſolent: Ita delectus hiſtoriarum & librorum cum maturo iudicio habendus eſt. Vt enim qui ſapiunt, non ſtatim ex quovis fonte bibunt, propterea quod alii ſalutem afferunt, alii perniciem; nonnulli furorem: ita non eſt tutum, quosvis libros evolvere, quum ex aliis haurias affe-

Orat. 7 de Latinæ linguæ uſu.

In Epiſt.

Lib 2. de Orat.

ctum

ctum animi bonum, ex aliis libidinem aut inſaniam trahas, quæ elegans ſimilitudo eſt Roterodami. Huius generis eſt quoque *Lib.1.c.6. & 7.* Pliniana; Sicut apes non quidvis ex omnibus colligunt, inquit, ſed ex diverſis herbis & floribus primum favos conſtituunt, deinde ceram fingunt, hoc eſt, domos cellasque faciunt: Deinde ſobolem, poſtea mella, ceram ex floribus, melliginem è lacrymis arborum: ita non omnia petenda ex eodem auctore, ſed ex unoquoque ſumendum quod habet utiliſſimum. Ex Poetis & oratoribus verborum ſplendor, è Dialecticis argumenta diſſerendi, è Philoſophis cognitio naturæ, è Theologis præcepta vivendi. Unde idem Plinius alibi hanc elegantem ſimilitudinem [illegible]. Ut terræ variis mutatisque ſeminibus, ita ingenia nunc hac, nunc illa meditatione, excoluntur. Quam ſuavis autem, adiuncta utilitate, ſit varietas illa cum delectu veterum & recentium in hiſtoriis, & veluti pabulum animi, antea quoque commemoravi: cum præſertim Chriſtus *Matth.5* Salvator noſter ipſe eam commendet: Omnis Scriba, inquit, doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo NOVA ET VETERA. Hæc enim efficit, ut mens mediocritatem (hoc eſt, intra conſtitutos terminos maneat, quos ultra non liceat hiſcere) amplius non amet, ſed progrediatur meditando, & quo longius, eo [illegible]. Id placuit Ciceroni de Archimede. Eius, inquit, mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione ſolertiæ, qui eſt unus ſuaviſſimus paſtus. Recte itaque dicitur, nullam rem eſſe tam iucundam, quæ ſua perpetuitate non pariat faſtidium: ſolis [illegible] us virtute ſatiatur nunquam, ſed ut flamma lignis quotidie magis ac magis accenditur. Natura enim hominum eſt ἀ[illegible], faſtidit præſentia, & appetit nova, ut Thucydides obſervavit. Hoc movit *De remed. utriusque fort.* Petrarcham dicentem: Nihil tam delectabile, quod non identitas inamœnum reddat. Nullum efficacius remedium contra vitæ faſtidia, quam temporum locorumque varietas. Et fovetur & paſcitur mens humana, ut ait Auguſtinus, qui qualitate re-

rum

rum non poteſt, ſaltem varietate ſatiatur. Idipſum obſervavit Comicus quidam, cum ita dicit:

Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, Ter.
Quin ætas, uſus, ſemper aliquid apportet novi:
Aliquid moneat ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias,
Et quæ tibi putaveris prima, experiundo repudies.

Hæc cupiditas honeſta quidem, me non ſolùm veluti alterum calcar impulit, ut tertium hunc librum, ſubciſivis horis ſuperioribus annis collectum, publice prodire voluerim, ita tamen ut nondum ea ſatiata ſit, quod in his terminis veluti limitatis ſubſiſtere velit: ſed ad quartum quoque non leves ſtimulos habeat, qui etiam ſuo tempore, ſi Deus voluerit, ſe conſpiciendum & legendum præbebit. Ingenuè enim fateor, mihi cum Solone commune eſſe, qui de ſe dicere ſolebat, γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Tum demum ceſſandum, & vela contrahenda atque in portu ſubſiſtendum erit, & forte erunt, ſicut ille ait, δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, poſteriores cogitationes ſapientiores. Hæc pauca, præfationis loco, præmittere, & ſimul lectores monere volui, ut hæc mea μελετήματα, animo candido, ſicut priora, accipere & interpretari velint, cum præſertim ſtylus meus & genus dictionis ſit ſimplex, & minime affectatum, coloribus ve ornatum, quippe ſpectans potius ad res memorabiles dilucidè recenſendas, quam copia & elegantia verborum ſplendidè & pomposè eas exornandas. Nam oratorem quidem facile, ut recte monet Angelus Politianus, ut omnia extollentem in maius, averſeris: hiſtoria ſi quid vel gratiæ, vel offenſæ dederit, ſuam iam nomen non retinebit. Quamobrem ut certior veriorque in ore muliebri ingenuus & nativus color, quam vel ceruſſa, vel purpuriſſo illitæ buccæ: ita hiſtoriæ ſincerum teſtimonium fucoſis oratorum præconiis diuturnius. Eodem modo diſtinctio attendenda eſt, aliud eſſe hiſtoriam ſcribere, aliud eſſe ex hiſtoriis aliquid recenſere. Ad

B illud

illud enim aſſertio, & exquiſitum iudicium, ne falſa veris immiſceantur, requiritur. Hoc verò recenſentem bona fide non ita arctat, cum auctoritati alterius nitatur. Habeat itaq; quivis ſuum iudicium, neque facile cuiq; ſuccenſebo, ubi in omnibus mihi non adſentiat, ſed meliora & utiliora adferat, abſint modò calumniæ & obtrectationes, quæ ſemper livorem & invidiam comites habere ſolent. Quam deteſtandum autem monſtrum Invidia ſit, non eſt obſcurum. Unde Poetæ fabulantur, INVIDIAM apud inferos ſerpentibus veſci, & hydris recreari, ut oſtendant invidos venenum deglutire venenumque evomere. Aliena enim felicitas invidis toxicum eſt, nec lætari ulla parte poſſunt, niſi ſuo veneno alios inficiant. Quare non ſolùm Aldi Manutii candorem laudo, ſed illi plane ſubſcribo. Etenim, inquit, non is ſum, qui ſi quis à me diſſentiat, continuò ei, quod non nulli ſolent, inimicitias indicem. Decet enim eos qui ſeſe honeſtiſſimis liberalium artium ſtudiis dediderunt, multò magis de literarum & hiſtoriarum utilitate, communique commodo, quàm de ſua laude laborare. Itaque meas opiniones, ut olim ſuas tabulas Apelles patere omnibus volo: reprehendentibus & meliora oſtendentibus, non modo aſſentiar, verum etiam gratiam habebo, eoque maiorem, quo magis id fieri non obtrectandi conſilio, ſed ſtudio excitandæ virtutis intelligam, &c. Ob hanc rem non ſunt audiendi Zoili, Momi vel Cenſores illi, qui ſibi ſoli ſapere videntur, & generales monitiones de vitiis, ad perſonas odioſè trahere ſolent. Etenim

In ſcholiis Paterculi.

---- licuit ſemperq; licebit

Dicere de vitiis, perſonis parcere, &c.

Illis autem regulam illam Hieronymianam, quam ſequutus ſum, oppono. Ubi generalis de vitiis diſputatio eſt, ibi nullius perſonæ eſt iniuria, neq; carbone notatur quiſquam, quaſi malus ſit, ſed omnes admonentur, ne ſint mali. Adiungo itaque & ſequor proteſtationem B. Auguſtini. Si quid, inquit, in libris meis veri comprehenderis, exiſtendo non eſt meum: at intelligendo, & amando, & tuum ſit & meum: ſi quid autem

falſo

falſo conviceris, errando fuerit meum: Sed iam cavendo, nec tuum ſit, nec meum. Quam prudenter monet Galenus: Difficile eſſe eumq ui homo ſit, non in multis errare, quædam verò male iudicando, quædam etiam negligentius ſcribendo. *De compoſ. Pharmac.* Poſtremo nunc iterum iterum atque iterum repeto, admonitiunculam prioribus duabus centuriis annexam ad Typographos, lucri ſui cupidos, ne videlicet penſum alii conceſſum, invito auctore, cum iniuria & damno alterius, propria auctoritate & præſumptione, ſibi & ſuis officinis vendicent, & attribuant: alioquin communationem ibi additam, paulo poſt veram ſentient, & mox Heſiodeam illam denunciationem experientur.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν κακὰ κέρδεα ἶσα ἀτῄσιν.
Ne mala lucreris, mala lucra æqualia damnis.

EPISTOLA AD PRÆSTANTEM GENERE, VIRTUTE, DIGNITATE AC FIDE VIRUM, PHILIPPUM PHIL. F. JOACH. N. CAMERARIUM, SERENISſimi Electoris Pal. Præfectum Roggenhuſanum, amicum veterem.

DE MEDITATIONIBVS HISTORICIS PARENTIS IPSIVS.

QUANQUAM *tibi*, PHILIPPE CAMERARI, *minime obſcurum eſſe poteſt, qui meus ſit erga patrem tuum, virum ampliſſ. & prudentiſſ. affectus, quæque mea in eundem obſervantia, cum ante triginta, & quod excurrit, annos, familiaris mihi fuerit, & poſtea quoque amicus eſſe nunquam deſierit, quantumvis procul remotus: tamen eundem hunc animum literis quoque nunc expromere, & exprimere placet, ut & ipſe intelligas, & ſi qui forte iſta præter te plures alij lecturi ſunt, (neque enim prohibeo, quin alios quoque horum facias conſcios) animadvertant, per tantum hoc temporum intervallum, non modo nihil ei, quem olim in me fuiſſe noſti, affectus deceſſiſſe, verùm etiam magnam eſſe factam acceſſionem, etſi hoc ipſe nes antea vix poſſe fieri arbitrabar. Summa enim quæ ſunt, cum non habeant, quo progrediantur, incrementum vix capiunt, Meus tamen affectus accepit. Multa ſunt excellentia Dei dona, & ut Græci ſignificantius vocant χαρίσματα, quæ in parente tuo admiramur, ac ſuſpicimus: quæ ne ſingula prolixius recenſeam, aut amplificem (neq; enim panegyricum nunc inſtitui ſcribere,) ſed cauſſas breviter attingam, quæ & primum excitarunt in me amorem: atque*

atque obſervantiam erga ipſum, & deinde paulatim auxerat. [illegible] mus non in admirationem ituus rapit animus rectus, firmus & [illegible] atque (ut cum Horatio loquar) BENE PRÆPARATUM PECTUS quod et præſtat, ut adverſis nimium e frangantur, aut ærumnis ſuccumbat, ſed inſtar palmæ ponderibus preſſæ, contranititur, & per Dei gratiam prope [illegible] invictus evadat, ſive domeſticis ac privatis calamitatibus prematur, ſive publicarum rerum curis, & difficultatibus exerceatur. Itaque ſi quid mihi quoque objectum fuerit adverſitatis, in ipſius intuens æquitatem animi, ac magnitudinem, etſi ad illam aſpirare non potui, tamen aliquo modo me componere ad tranquillitatem, & moderationem animi exemplo ipſius ſtudui: ſi quid etiam in amicorum, præſertim communium, rebus adverſis ſubiiciendum eſſet à me conſolationis, non dubitavi aliquid etiam in hanc ſententiam admiſcere, ut Philippum Camerarium noſtrum intuerentur, & ad huius exemplum, ſortem ſuam moderate ferrent. De memoria ipſius quid dicam? quæ tam bonæ fidei eſt ipſi, ut nec Senecæ ſuam magis fuiſſe credam: Adeò firmiter fideliterque res plurimas, ac diverſiſſimas, complexa retinet atq; conſervat, & ad uſum repoſcenti ſuggerit. Et adhuc nullam in ipſo labem ſentit, ſicut in aliis fere ſenibus ætatis ingraveſcentis [illegible] (unde & Cicero γεροντικὸν eſſe ait, vacillare memoria: & Horatius conqueritur:

Singula de nobis anni prædantur euntes.)

Sed priſtinum ſuum retinet vigorem, ut multos etiam ævi integros, & juventute florentes, ipſe ſeptuagenario maior, bene firmis & corporis ſenſib. omnibus, & animo, viribus, antecellat. Iam cui eſt ignota ipſius indefeſſa, & nunquam ſatis laudata diligentia, in tot pervolutandis Scriptoribus, & bonitate præſtantiſſimis, & ubertate copioſiſſimis, & utilitate omnimoda refertiſſimis, & numero varietateque plurimis? Cùm alii aliâ habeant quaſi diverticula curarum, ſuaſque remiſſiones & voluptates, quibus feſſos occupationibus publicis animos relaxent, ſeſe recreent, vireſque reparent: Parens tuus in legendo atque excerpendo eſt totus: hoc eſt, laborem unum labore commutat altero, quaſi varietate & viciſſitudine laborum pro requie ac remiſſione utetetur. Neque vero quæ legit, quæque excerpſit, & obſervavit, non minus iucunda, quam utilia, omneque proinde (ut ille ait,) ferentia

 pun-

punctum, ſibi ſoli per invidiam quandam reſervat, (ut multi) ſed cum aliis liberaliter communicat itaque præſtat & efficit, ut ad aliorum commoda, nec magno ipſorum labore, & exiguo ſumptu parabilia permanent, ac proferantur ea, quæ ipſi magno labore ac ſumptu conſtiterunt; tot enim tamque præclara volumina, nec abſq; ingenti ſumptu comparari, nec abſque ærumnoſo labore (tametſi hic ei non tam labor quam voluptas eſt) legi poſſunt, ſic præſertim ut inter legendum ſubinde excerpantur, atque ad ſuum ſingula locum, & conveniens caput referantur ea, quæ maximè utilia, & idonea vitæ futura eſſe videantur. Vsque adeò verè ſiā olim dictus eſt χρηστὸς ἀνὴρ κοινὸν ἀγαθὸν. Sunt iam anni, credo, viginti aut præter propter, cum ipſius MEDITATIONES HISTORICÆ, ſubciſivis horis elaboratæ (quarum gratia hæc ad te potiſſimum ſcribo) primum in lucem publicam, ſive ut cum Lucretio loquar, in luminis oras, prodierunt, & manibus hominum teri cœperunt. Eæ deinde recuſæ, alteram quoq; pepererunt Centuriam. Nec obſcurum eſt, quanto cum applauſu, & approbatione bonorum fuerint exceptæ, quantum & oblectamenti, & utilitatis attulerint hominibus ſtudioſis. Parum dixero, quod veriſſimum eſt, protulero: A multis allegari ſolere duas illas Centurias in ſcriptis publicis: ex quibus nunc ſufficiat duos tantum nominare diligentiſſimos viros, Antonium Heringium IC. Oldenburgicum, & Gregorium Richterum, Gorlicium Theologum, amicos meos honorandos, quorum ille in tractatu locupletiſſimo, De Fideiuſſoribus, ſæpe laudat, hic in tripartito illo nobili opere Axiomatum, etiam ſæpe parentis tui labores in uſus convertit ſuos. Parum inquam hoc eſt, Germanum à Germanis hominibus æſtimari, ac citari teſtem. Exteris quoque hic labor tam commovit ſalivam, ut repertus ſit vir diligentiſſimus, qui & in illam delicatiſſimam Gallorum linguam transferret opus, cum quidem illa gens cultiſſima, domeſticis ſcriptis abundet, quæ copia fere faſtidium ipſi parit, ut Germanorum ſcriptis æquo animo careant, adeoque parum curent, quid noſtri homines aut ſcribant, aut non ſcribant. Sed parentis tui lucubrationibus, ille quem dixi honor à Gallis habitus eſt, novo quidem, & rariſſimo ævi noſtri exemplo, felicitateque prope dixerim ſingulari, non tamen abſque ipſarum virtute, & merito Ita ut nunc paſſim in hiſtoriis, & aliis libris Gallicis, memo-

rabilia ex eius centuriis; allegentur. Nam ſive quis conſiliorum copiam quærat, quod quærit, hic inveniet: ſive diverſiſſimorum eventuum varietatem deſideret, habebit hic, quo deſiderium levet ſuum: ſive præcepta quis rerum expetendarum & fugiendarum, normamque vivendi ſpectet, habebit hic, quod tum ſectetur, tum fugiat: ſive Naturæ quadam admiranda opera, ſeu φιλοτεχνήματα velut in ſuis tabellis ſcitè depicta intueri gaudeat, hic reperiet, & quo oculos, & animum paſcat: ſive quis vetera, ſeu nova poſtulet, hæc ſimul atque illa, in uno eodemque opere permixta, & alternatim collata videbit, ut hæc PARALLELA HISTORICA, *vel etiam* NOVANTIQUA *non immeritò, nec, ut opinor, invenuſtè appellare poſſimus. Quocirca hoc Nazianzeni eruditiſſimi diſtichon, vel ipſum de ſe opus paternum, κατὰ προσωποποιίαν, vel ipſius auctor, de ſe pariter, & de opere ſuo rectè meo judicio pronuntiaverit ad Lectorem:*

Εἴν' ἀτ' ἐρπυσιν ἴδομεν νέα, εἰ δὲ παλαιά,
μίξαμεν, ὡς τινέον καινοπαλαιὸν ἔχῃς.

hoc eſt (ut pene verbum verbo reddam.)

Si nova delectant, damus, hem Nova: Sin vetera autem,
Iungo, Novum-Antiquum quoddam uti iam obtineas.

Extiterunt, qui libros ſuos Bibliothecam inſcriberent, quaſi opera ſua vel ſola bibliothecam repræſentare poſſent, vel quòd conſcii ſibi eſſent ſua diligentia, qua ex integris bibliothecis excuſſis ac perluſtratis, collecta in unum comportaſſent volumen, quæ in multis aliorum voluminibus diſperſa hinc inde maximè digna memoratu deprehendiſſent. Fuit etiam, qui περιπατοῦσα βιβλιοθήκη diceretur, quaſi qui ob rerũ pulcerrimarum & plurimarum memoriam, quam ſecum circumferret, quoquo iret, Bibliothecam ſemper in capite geſtaret, ex qua vel ſibi vel aliis uſui futura depromeret. Quid vetat, quò minus etiam patris tui, PHILIPPE CAMERARI, *opus Bibliothecæ titulo inſigniamus? aut Bibliothecam quandam vocitemus ambulatoriam, vel certè manu portatilem? Magni facimus (nec iniuria ſane) Naturalem hiſtoriam Plinii, quam rectè vir doctiſſimus tam variam eſſe cenſet, quàm ipſa eſt Natura, verè à Græcis πολύχ[illegible]ος appellata. Lectitatur C. Iulii Solini Polyhiſtor, quaſi*

qui-

quidam Plinii Epitomator. Iulii Obſequentis liber de prodigiis & oſtentis, quem ex Livio & omni hiſtoria Romana collegit, nos delectat. In pretio habentur Valerii maximi lib. 9. Dictorum factorumque memorabilium, quæ ex præſtantiſſimis utriusque linguæ auctoribus admiranda induſtria collegit, & ſingula ad certa capita virtutum & vitiorum revocavit, graviſſimisque ſententiis illuſtravit. Eo exemplo multis poſterorum præivit ad ſimilem ſcribendi rationem, quam & Fr. Petrarcha & Baptiſta Fulgoſius, & AEneas Sylvius, & Marcus Antonius Sabellicus, & noſtra patrumque memoria C. Lycoſthenes, eiusq́; ſucceſſor Theodorus Zvingerus, ſecuti ſunt. AEſtimantur à viris doctis A. Gellii Noctes Atticæ, ut iucundæ variæ eruditionis copia refertæ, & tanquam ſtellis quibusdam illuminatæ, ac diſtinctæ. Amantur Macrobii V. C. ſcripta ſere τοῦ αὐτοῦ κόμματος: & horum ſcribendi formam & Philologorum familia multi ſunt æmulati, non ſine laude ſui nominis, & legentium multiplici fructu. Teruntur manibus Alex. ab Alexandro Iuriſc. Neapolitani Geniales dies, quibus & Varro ille Gallicus Andreas Tiraquellus, non minus πολύτεχνος quàm πολυγράφος καὶ πολύπαις, tantum invidit ut rara atq; opera. ut quæ ab Alexandro brevius, & ſine auctorum mentione dicta eſſent, commentariis illuſtraret ſuis. Sunt denique in pretio (ut breve faciam) conſimilia aliorum ſcripta, & erunt, quamdiu erit aliquod ſtudiorum, vel pretium vel nomen. Qua verò dote quæſo illorum alicui inferior eſt parens, PHILIPPE, *tuus? Abſit dicto invidia? vel audiat hoc etiam livor. Res ſane loquitur ipſa, quanti æſtimanda ſint ipſius opera. Equidem ego* NOCTES NORICAS *non minus ſcitè indigitari poſſe autumo, quam à Gellio ſuæ ſint inſcriptæ* NOCTES ATTICÆ, *ad quas in medio ſunt ab Henr. Stephano viro doctiſſimo vigilatæ* NOCTES PARISINÆ.

Ovid.

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit:
Tunc ſuus ex merito quemq́; tuetur honor.

Et: *Maius ab exequiis nomen in ora venit:*

inquit Poëta ingenioſiſſimus. Dum autem parentis tui, amici mei magni, ea ſit felicitas, ut non obſtante livore (ἀεὶ δὲ πρὸς τὸν ἔχοντα ὁ Φθόνος ἕρπει, ut canit Lyricorum princeps) quod ſcripſit, ipſo etiam vivo audiret.

Laude-

Laudetur, placeat, vigeat, relegatur, ametur.

(*ſicut de Virgiliano poemate quondam factum eſt.*) *In promptu videlicet eſt conicere atque præſumere animis, quid de poſteritate ſit ſperandum:*

Nimirum præſens, ſi ita dixit è iudicat ætas,
Iudicium haud peius poſteritatis erit. Et:
Ibit ab exequiis nomen in ora virûm.

Patieris enim me ſic apte poeticari. Tibi itaq; PHILIPPE *honoratiſſime de tali tantoque patre, mihi verò de tanto amico, qui tot per annos tam conſtanter me, exiguo licet meo merito, ne dicam nullo, amat, Reip. denique de tantis ac tam pretioſis operum ipſius theſauris gratulor. Non diſſimulo quoque apud te ſummum deſiderium Centuriæ tertiæ Meditationum Hiſtoricarum, quo non tantum ego teneor, ſed & plurimi mecum ducuntur alii. Etſi enim ſatis ille iam pridem duabus prioribus Centuriis præſtitiſſe videtur, ut iam rude donandus magis, quàm antiquo ludo includendus ſit, quemadmodum Horatius loquitur: etſi quoque nimis fortaſſe avara deſideria noſtra dici poſſunt, dum plura quoque habitis expetimus: Tamen impudentes iudicari ſpes flagitationesque noſtræ minimè debent, dum id repræſentari nobis verecundè poſtulamus, quod ille etiam publicè promiſit. Quare prædico tibi, ſi diutius ceſſaverit, quaſi ex ſyngrapha propria ipſum conveniemus, vel ex conſtituto in publicas tabulas relato, ut faciat promiſſa maturius apparere: de quo tu quoque (nam & tua hic res agitur, cui periculum impendet, ne ex mora obligatio augeatur) commonendo apud ipſum inſtabis. Quanquam ille ſat ſcio, nullius etiam expectata commonitione, vel denuntiatione flagitationeve, ultrò bonam fidem agnoviſſet iam ante annum, ſi non interea temporis graviſſima incidiſſent R. P. negotia, quorum cauſa nunc foris obire legationes arduas, nunc domi conſiliis dandis invigilare debuit, aliis ſtudiis ſequeſtratus. Itaque excuſatas habere cogimur parvas illas, ex quibus exiſtent commoda magna moras. Vidi enim iampridem apud parentem tuum, videre & alij, bonam partem, ac velut ὕλην Tertii, quod excitatus ſpebus noſtris deſiderari dicebam, voluminis: de quo ſi ego roger iudicium, (tametſi hoc in me ſanè exiguum eſſe agnoſco; ſed lætor tamen mecum & alios ſentire, qui ſint me longè præſtantiores) nihil*

aliud dixerim, quàm vetus illud: OMNE TRINVM PERFECTVM. Non ſolum enim eundem hic ab ipſo ſervatum tenorem, quo conſtant priores Centuriæ, ſed ipſum quoque à ſemet ſuperatum auctorem, libens vidi. Erit mea opinione, hæc nova Centuria, tum aliis nominibus pluribus, quæ hoc loco nimis longum foret enumerare, pergrata multis lectoribus, tum quoque hoc, quod orationum plerarumque in hac pronunciatarum Academia, cujus ille Cancellarii vices, à prima uſque fundatione, ad hunc diem præclarè geſſit, excerpta complectitur, χρηστομαθείαις variis refertiſſima. Quàm multa enim ibi habentur minimè vulgaria: De Legum dignitate ac neceſſitate: De ſermone ac linguis tum in genere tum quibusdam in ſpecie (ut Hebræa, ut Germanica &c.) earumque proprietate, antiquitate & præſtantia: De eloquentia: De Gratitudine & Ingratitudine aliisque virtutibus: De Magiſtrorum dignitate & officio: De Bibliothecis: De bonarum literarum laudibus, & præſtantia: De ſtudiis ſapientiæ, deque iis rebus, quæ ad quarumlibet diſciplinarum cultum tractationemque ſunt neceſſariæ: De lege Salica, & ſi qua ſunt ſimilia, quæ non temere alibi reperire liceat. Quæ quamvis autem ipſe modeſtè ſoleat hæc pulcherrima argumenta dicendi extenuare, quaſi parum elaborata oratione proferantur: Tamen cogitationes ſapientes ac profundas hic propoſitas nemo negabit; quas ſi quis dicendi magiſter, & artifex, velit oratione explicare, & illuſtrare, habiturus eſt in quo ſuam exerceat facultatem, ἅπαν δ᾽ εὑρόντος ἔργον, ut ait Pindarus. Inventori tamen debetur omnis gratia. Venit autem hic mihi in mentem, quod alicubi ſcribit Cicero: Se à Philoſopho eloquentiam non requirere, ſi eam non afferat. Si vero afferat, eam non ſpernere. Idem hic quoque modo quodam accommodari fortaſſe poterimus. Quare & Academia hæc optimo præſtantiſſimoque viro debebit non parum, quod non iis tantum qui ab ore ipſius cum voluptate ſingulari pendentes antehac, non ex libellis vel ſcriptis, ſed memoriæ promptiſſimæ tabulis recitantem, atque ut Græco utar verbo ἀποστοματίζοντα audiverant (quos inter à multis annis ego quoque nomen profiteor meum, & feciſſe glorior) copiam iſtorum relegendi facturus eſt, ſed aliis etiam, qui illorum fortaſſe nunquam fuerunt, eorundem participes faciet, atque illos ſic meliori ſui parte, hoc eſt, animo ſiſtet, ut Panegyribus noſtris anniverſariis ſapientiſſimo ſaluberrimoque con-

ſilio

lio Nobiliſſimorum & Ampliſſimorum Academiæ Curatorum inſtitutis, dum mihi pronuntiata legunt, ſibi quoque interfuiſſe videntur, ea quæ geruntur arbitrantes.

Habes, mi PHILIPPE, *(familiarius enim iam mihi te appellare liceat, ut ante annis XX. ſolebam.) habes inquam iudicia & affectus meos erga parentem tuum V. CL. & Ampliſſ. atque erga ipſius induſtriæ laudatiſſ. monumenta virtutesque ſingulares & eximias: quarum in te quoque, ut unico eius filio, vivam atque expreſſiſſimam imaginem iam diu conſpicimus gratulabundi, ut ille non minus virtutum, quàm facultatum ſuarum hæredem quandoque relicturus eſſe videatur. Sed hoc quidem de facultatum creatione ſerò ut fiat, optamus, memores illius Auſoniani, de parentibus ac filiis:*

Eſſe ſimul dominos, gratior ordo piis.

Speramus quoque (ita promittente nobis vegeta ac viridi ipſius ſenectute) vivacem atque longævum fore hunc Neſtorem, quo ſi non tria tota ſæcula, ut illo quondam Homerici principes, at diu tamen frui nobis concedatur. Equidem cum Senectutis commoda cum à cœna nuper in hac viduitate mea ſolus apud animum reputarem, memoriaque repeterem, verſiculos quoſdam conſcripſi: quos huic Epiſtolio ſubiiciam, quòd tibi lectu non inſuaves futuros ſperem, vel auctoris cauſa, quem abs te conſtanter non ſolum diligi ſcio, ſed etiam amari, (& hoc quoque patrium habes) vel Parentis tui nomine, quem pro ſpecimine honoratiſſimæ, feliciſſimæ, commodiſſimæque ſenectutis, noſtro ævo in his quidem regionibus poſſumus commonſtrare. Suo autem tempore eidem iam rude donato, acclamabimus illa Enniana:

Sicut fortis equus, ſpatio qui ſæpe ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit.

Sed hæc, ut dixi, olim erunt, & ſerò. Vale, & quos dixi verſiculos relege.

T. Conradus Rittershuſius D.

DE SENECTUTE COMMODA AD CL. V. ET AMPLISSIMÆ DIGNITATIS DN. Philippum Camerarium, &c. Hendecaſyllabi Cunradi Rittershuſij, IC.

Mitem quid faciat, rogas, ſenectam,
Morbos quid faciatque rariores,
Conſtantem faciatque ſanitatem?
Dicam, quàm potero, brevi phaleuco.
Si transacta iuventa temperanter,
Plerunque eſt etiam ſenecta firma,
Et vires, retinetque ſanitatem,
Aut ævi minuit ſibi ipſa damna,
Atque incommoda leniora reddit.
Mitem quid faciat, rogas, ſenectam?
Si quis mente revolvat anteactæ
Vitæ curriculum bene atque honeſte:
Præſumat quoque ſpe futura deinceps
Semper cum Superis agendæ vitæ
Nullo gaudia terminanda fine.
Hæc ſunt, quæ & facient tibi ſenectam
Iuxta cum tolerabilem iuventa,
O gentis Camerariæ vetuſtæ
Flos ac delicium, PHILIPPE noſter.
Dii talem tibi prorogent ſenectam
Annos ad Pyliosque, & ultra id ævum,
Ut Respublica te diu fruatur
Sancto Neſtore: tum domus parente:
Tum magno quoque nos amici amico.

αγγένοιτο

Altorfij, die 13. Octob. An. Dn. 1608.

IN

IN·OPUS TESSELATUM OPERUM, HORARUM SUBCISIVARUM, SIVE MEDITAT. HISTORICAR. V. CL. DOMINI PH. CAMERARII, IC. Conſiliarii Landg. Haſſ. Reique publ. Norimb. Primarii, cum tertiam ederet centuriam.

Habeat ſuas Aeonas inſanus Valens:
Habeatq́; Solſtitium Meton ſuum ſibi:
Aereas Iberus, Sabbatharium ſuum
Apella Rhiſi iactet: Hegiram Pharus,
Vivatq́; Neuruz Perſa pharetratus ſuum.
Habeatq́; ſuum proles Ariſtonis ſibi
Annum: Pelasgus deniq́; Olympiadas ſuas.
*Semeſtribus age, gaude ſi * Vaſco ſuis:* *P. Faber.
*Dieſq́;, Parthenopae **, Geniales tibi* ** Alex.
Tuos habeto: Noctibus cum noctuis, ab Alex.
Plateas tibi Atticis, Agelli quamdiu, &
Quantum voles. Sua cuiq́; pulcra plurimum.
CAMERARIANAS me iuvabit vivere
HORAS, & uſu terere crebro ſuaviter:
CAMERARIANIS fas ſit invigilare me
HORIS (mage HORTOS dixero, Alcinoi, quibus
Flores odoriferi atq́; amomum, & balſamum
Hinc inde, Paradeiſo velut, florent fluunt,)
Aeris, Diebus, Noctibus, Semeſtribus,
Olympiadibus tunc carebo haud illubens.
Hic Hortus ille Theſſalis eſt tempibus.
Amaenior, iucundior, fragrantior.

Saturet & hinc odoribus pectus meum.
Metonis & Platonis annos vivere
Tibi det, ô PHILIPPE, *pro Horis præmium,*
Qui bibere vitales dat auras omnibus.

Georg. Remus facieb. L. M.
ANNO CIↃ. IↃ. C. VIII.
prid. Eid. Septemb.

Hanc ſequentem Epiſtolam, poſtquam præcedentia prælo ſubiecta fuêre, à nobili & præſtantiſſimo viro (cuius nomen adſcriptum eſt) mihi meiſque Operis dedicatam atque inſcriptam, & ſic ſerotinam ad me miſſam, accepi. Quæ quidem non minus ac Rittershuſiana una cum commendatione D. D. Georgii Remi noſtri, in opus teſſellatum Operarum, &c. mihi grata fuit, & eo gratior, quod in meas laudes tam liberales ex ſpontanea benevolentia, atque candido animo, me ignorante, profectæ ſunt, ne forte videri poſſim, me veluti ſuſpenſa hedera, præcones allexiſſe, & emendicatis ſuffragiis, ut ICti loquuntur, uti velle, iiſque delectari. Quare utramque non pure, ſed cum cautione & conditione in præfatione indicata, tanquam meas accipio, petoque ut Lectores ſimiliter faciant, & quæ candide & amice facta ſunt, in optimam partem interpretari velint.

V. AM.

V. AMPLISSIMO PHILIPPO I. F. CAMERARIO, JC HASSORVM LANDGRAVII, ET REIP. NORIMbergiæ Conſiliario primario, & Cancellario Academiæ Altorphinæ,

S. P. D.

MELCHIOR HAIMINSFELDIVS GOLDASTVS.

PERLEGI *tertiam Meditationum tuarum Centuriam, quam mihi à Korſio communicare voluiſti. Quæris, quis ſit meus ſuper ea animus. Ego vero, V. Ampliſſime, iudicium meum, quod ſane quam ſit exiguum, infra tuam dignitatem modis omnibus ſuſpiciendam, doctrinam pluri-vam & παντοίαν, prudentiam deniq; uſu diuturno longævoque partam, longiſſimè pono: quin meæ potius ſcripta qualiacunque accuratiſſimo & abſolutiſſimo tuo iudicio, & in hac ſenecta ætate ad invidiam uſque conſtanti, lubens merito defero & ſubiicio. Illud tamen etiam atque etiam tibi confirmo, me, ſimul ac Operas tuas à Conrado Rittershuſio, Doctore & hoſpite meo, ſummo commendatas opere, primum legendas accepi, te admirari ac diligere, nunc etiam ob ſingularem affectum, quem non ſemel mihi per nuntios declaraſti, amare inſuper occœpiſſe. Sane non meum ſolummodo, ſed generis humani amorem meretur virtus tua, meretur fortuna, qui quanquam ſumma dignatione, ſumma gratia es, magnificentiſſimo munere Conſiliarii, tamen παιδείας ſplendore, & communium literarum omniſque humanitatis ſcientia tum tua, tum paterna magis præpolles. Domitius Vlpianus Alexandri Severi Conſiliarius, & Au. Symmachus urbis Præfectus, duo nobiliſſimi Iuriſconſulti, creduntur fuiſſe in maxima apud ſuos admiratione propter variarum diſciplina-*

rum

rum ſtudia (nam illi πολυμάθειαν Athenæus, huic ſcientiam omnijugam plurimarumque rerum notitiam Macrobius tribuerunt) non ille tam ornamento fuiſſe ſuæ ætati videntur, prout Camerarius noſtrum exornat ſæculum. Quis enim eſt paulò humanior, cui tu non ſis notus? Quis Theologus, Iureconſultus, Medicus, Philoſophus, Orator, Polyhiſtor, Philologus, Criticus, (quæ nomina à doctis frequentantur) non habes, nec inexercitatus, neque humanarum diſciplinarum & politioris doctrinæ expers: qui nomen tuum non ſcriptis ſermonibusque ſuis concelebret, operasque in ſuccum & ſanguinem ſuum prudenter convertat? Itaque Hercules contigit tibi, quod haud ſcio an cuiquam poſt renatas literas, & felicia Eraſmi fata atque Lipſii, ut libri tui apud omnes Europæ gentes ſummo in pretio habeantur, nec à doctis tantum, ſed ipſis adeò tyronibus, ob ſolam bonitatis eorum famam & nominis claritatem, expetantur. Eſt apud Hiſpanos incredibilis lectionis ſummæque doctrinæ Theologus, ex eorum qui Ieſuitæ appellantur: qui diffiteri nec voluit, neque potuit, ſe in Ph. Camerario ad ſummam perfectamque ſcientiam, præter Religionis opinionem, nihil deſiderare. Cui quidem elogio, abſit tantum adiecta conditio, non Germani modo libenter ſubſcribunt, ſed Galli quoque & Belgæ, Angli & Scoti, Poloni atque Hungari, Dani denique & Sueci, quos omnes æquiſſimos habes eorum ſtudiorum, quæ tibi communia cum illis ſunt, æſtimatores & iudices, publicè privatimq; ſuffragantur. Iam quid de illis memorem, qui in Aulis Principum & Conſiliis verſantur, aut negotia gerunt publica, quive ſpecioſo nomine Politici audire hodie geſtiunt? Nam tua opera, & comitate, & virtute & ſapientia feciſti, ut liceat habere prompta cum in deliberationibus conſilia, tum illuſtria in vita atque moribus exempla. Neque quenquam repertum iri unquam confido, qui maturiſſimos hoſce operarum tuarum fructus libare non aveat, niſi qui ſine ulla arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis, tanquam Verres aliquis Ciceronianus, ſolus iudicaturus ſit. Quanti (quæſo) putas Auguſtum Cæſarem, ſi Natura te illius Imperio cum his dotibus donaſſet hæc tua melleficia empturum fuiſſe, quæ Præfectis, Conſiliariis atque Aulicis ſuis commendaret ac præciperet? Qui in evolvendis utriusque linguæ auctoribus nihil æque ſectabatur, quam præcepta & exempla publice vel privatim ſalubria; eaque ad ver-

bum

bum excerpta, aut ad domeſticos, aut exercituum provinciarumque Rectores, aut ad urbis magiſtratus plerumq; mittebat, prout quique monitione indigerent, *ut auctor eſt Suetonius. Nec ſcriptores legit tantùm ipſe, contulitque admirationes & doctrinas utibiles, ſed inter cœnam quoque viros doctos & literatos adhibuit, qui hæc & talia diſſertarent, & de antiquitate exemplorum ſententiarumque (ut noſtri iure loquuntur) diſcurrerent.* Nam & ad communionem ſermonis tacentes vel ſubmiſſim fabulantes provocabat, & aut acroamata, *&c.* interponebat. *Quo loci quid Suetonius vocet* acroamata, *dividiæ ſunt inter explanatores, eosque inter ſe controverſari video. Eginhardus, Caroli Magni Cancellarius, videtur accepiſſe pro feſtivis recitationibus & jucundis ſermonibus, Philologicis ſive hiſtorico-politicis, quibus convivæ oblectarentur pariter & inſtruerentur. Ad hunc enim modum de Imperatore ſuo ſcribit:* Inter cœnandum aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat: legebantur ei hiſtoriæ & antiquorum Regum geſta. *Et Paderbornenſis Monachus in annalibus de vita & geſtis eiusdem Imperatoris lib. V.*

Cœnanti lector recitans non defuit unquam,
Perque vices aliquod audiit acroama.
Res antiquorum geſtas, Rerumque priorum,
Ipſe legi ſibimet feceratt aſſidue.

BIBLIOTECA ... VITTORIO

Quæ acroamata cuiusmodi fuerint, docere nos Athenæus debet in Dipnoſophicis, & Theodoſius Macrobius in Saturnalibus, quorum ille Vlpiano noſtro, hic Symmacho Præfecto, priores partes aſſignavit. Et quid vetat Vlpianum credere ipſum ab Alexandro Auguſto inter convivia fuiſſe pro acroamate auditum? Quum de patre ſuo Vero tradat M. Antonius Philoſophus & Imperator ſapientiſſimus, libenter audiiſſe eos, qui aliquid Reip. utile poterant adducere. *Et de Carolo IV. Imp. narrationes Ioannis Pragenſis Epiſcopus, eum* compoſuiſſe ſæpius cum Magiſtris, cum Doctoribus & aliis ſcientificis contuliſſe diſputando. *Quid Sigiſmundus Cæſar eius filius? Annon*

Ingenuas habuit ſummis in honoribus artes.
Atque viris doctis munera multa dedit.

Cum quibus interdum convivia lætus agebat,
Ex humili quamvis ordine plebis erant.
Sicque ſuos proceres hortari ſæpe ſolebat,
Artibus ut vellent incubuiſſe bonis?

De Maximiliano I. res eſt notior, quàm ut à me pluribus commemorari debeat. Qui cum doctis non modo de religione, verum etiam de levioribus artibus commentabatur, de ſiderum motibus, de aliis naturalibus cauſis, de hiſtoriis. Nulla res erat, quæ quidem digna eſſet hominis ingenui cognitione, in quam ille non intenderet animum. *At fidem omnem ſuperant, quæ ſuper Alphonſo Arragonum, Franciſco I. Gallorum Regibus, Leone item X. Pontif. Max. literarum monumentis prodita ſunt: qui acroamatis convivialibus in tantum feruntur fuiſſe dediti, ut ad ea non Jureconſultos tantùm & Philoſophos majorum gentium, ſed Grammaticos quoque, Rhetores atque Poetas arceſſerent. Adeo*

Fama per ingenuas & gloria quæritur artes;
His favor & Regum conciliatur amor.

Numnam alio genere diſciplinarum aditum tibi ad ſummos Principes patefeciſti, quam hoc ipſo?

Dum legis aut veterum præclara poemata Vatum,
Aut verſas avida ſcripta ſoluta manu:
E quibus humanæ præcepta ſalubria vitæ
Promis, & auctorum perlegis omne genus;
Ut cum florigeris in odoribus vallibus Hyblæ,
Cecropiæ nitido vere vagantur apes:
Omnia nobilium populantur germina florum,
Ipſa parens rerum ſe quibus ornat humus.
Nunc thyma delibant, nunc & meliloton & albas
Sanguine tinxiſti quas Cytherea roſas;
Atque ſub aprico vernantia lilia campo,
Lilia Sythonia candidiora nive.
Auſonia quicquid retulerunt voce Camœnæ;
Ingenium ſollers callet id omne tuum.

Nec

Nec facunda deeſt Graiæ tibi copia linguæ,
Itala, ſeu Gallis cognita nuncce ſuis.

Plura ſcriberem, ſi apud alium, quam apud te, V. Ampliſſime, verba facerem. Ex his tamen, quæ hucusque à me dicta ſunt, probe intelligis, quàm is minime fallitur, qui operas tuas, aut Acroamata Convivialia *indigitet, aut trita noſtris voce, licet minus Latina,* Diſcurſus Hiſtorico-politicos, *aut* Polyantheam Civilis ſapientiæ, *aut alio quovis honeſtiore titulo. In quibus cum primis delectaverunt me Sermones tui, quos in panegyrib. Aldorphinis, quarum ego nonnulla olim pars fui, habuiſti. Etenim revocaverunt mihi aliquot annorum in illo celeberrimo veſtro Lyceo ſuaviter iucundeque actorum otia, & dulciſſima tyrocinij mei incunabula, quæ partim ſub Claſſicis magiſtris, VValdungo & Lichtenthalero, tranſivi, biennii operam in publico auditorio nobiliſſ. & clariſſimis noſtra ætatis Doctoribus, P. VVeſenbecio, Scip. Gentili, Conr. Rittershuſio Iurisconſultis, Ph. Scherbio & Nic. Taurello Medicis ac Philoſophis, Georg. Glaciano, Geor. Queccio, & Ioanni Friſio, Profeſſorib. Ethicis & oratoriæ, non indiligenter, nec verò etiam infeliciter navavi. Neque id tantum habui, ut in ludos publicos quotidie commearem, ſed bonos præceptores etiam domi, quibus uterer, bona Fortuna conciliavit, G. S. F. à quo memini me fratri tuo p. m. Ioachimo, cum unà ſimul eum interviſeremus, commendari, & C. C. F. quorum ille ad Comicorum rationes intelligendas & imitandas, hic ad Hiſtoricorum animos noſtros, præceptis ſic ſatis idoneis & ætati tum noſtræ convenientibus informarunt, & ego in utrumque, ſanius tunc ſive ſapientes ſeu ſimulantes, nullis peperci ſumtibus. Quorum omnium cum apud me æterna auctoritas eſt, tum orationes tuæ panegyricæ ita imagines repræſentarunt, ut mihi ſolemnibus intereſſe ipſis, ſingulosque, coram contemplari viderer, & geſtire colloqui. At eheu! potiſſimam eorum partem nobis fatales Parcæ abſtulerunt. Sed eorum mors, quos exiſtimamus beatos, quod ſint nunc in bonis nullo admixto malo, ferri moderatius debet. Vnum Hungaria abſorpſit, cuius lugubrem abitionem quotiens ſubit recordari, non poſſum quin ſummus dolor in præcordiis meis ſæviat, & plangat ſingultibus pectus triſtiſſimum. Quid ille alter autem, qui dirarum obnunciatione neglecta, furore inquietatus, in*

 Deum

Deum bonosque omnes acerrimus parata tollit cornua? Non poſſum non putare, eum, qui hæc tanta commiſit, virgulam ſentire divinam, agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus, aut à ſuis malis cogitationibus conſcientiaque animi dies noctesque terrefieri. Quod utinam nunc ſaltim luxus ſeculique huius vanitatem expertus, reſipiſcat, & ad viæ religionisque ſanitatem redeat. Multo omnium tunc me fortunatiſſimum factum putabo eſſe Camerari, quum illum intellexero reſipuiſſe, ita male metuo, ne pœnas daturus ſit Dirarum inſectatione. At quo abripior? Conſtantia mei in magiſtros amoris, & grati in meam alumnam, Academiam veſtram, animi quam ſimul gnarum te volui eſſe mecum, hæc ut adverſus te autumarem, expreſſit. Vides cordolium, habe & votum, quod in templum Sophiæ veniens feci. Peto noſtris bonam valetudinem, alienis bonam mentem. O verè præclarum diem, quo ad illud divinum animorum concilium cœtumque, quo VVeſenbecium, Scherbium & Taurellum præmiſimus, proficiſcemur, & ex hac turba & colluvie excedemus: interim fœlix Altorphium veſtrum; verum illud Athenæum, cui adeò ob præſentes meos Doctores ſempiterna memoria (ut interpretes noſtri loquuntur) colendos, bene eſſe velim. Tibi vero V. Ampliſſime gratia, qui vernantes iſtas laborum tuorum primitias, me ante alios deguſtare voluiſti, è queis, tanquam Amaltheæ cornibus, meram ſapientiæ ambroſiam merumque nectar philologicum ſtillas, ut nos ſaties ſcientia, quam avidiſſimè ſitimus, & ſimul inundes voluptate, quam more humani ingenii percupidè flagramus. Deus te propterea in cœlos ſublatum, non quemadmodum in fabulis Amaltheam videmus, ſed inter vera ſidera cum ſanctis ſuis Cœlitibus collocet, & in cana venerandaque grandævitate, quam tibi eundem vegetare diurnareque volo, ad illud æviternum domicilium, quod Chriſtus nobis apud patrem paravit, perducat. Vale V. Ampliſſime, & me porrò quoque ama. Prid. Eid. Februar. Francofurdiæ.

CATALOGUS AUCTORUM ET LIBRORUM, QUI CITANTUR, ET QUIBUS IN HIS MEDItationibus hiſtoricis auctor utitur.

A.

ABhkas Rochel, liber Judaicus.
Abraham Bucholzerus.
Abraham Ortelius.
Achilles Tarduccius.
Adrianus Junius.
Adrianus Papa.
Ægidius Tſchudus.
Ælianus.
Æmilius Probus.
Æneas Sylvius.
Agrigentinus.
Albertus Cranzius.
Albertus de Eyb. IC.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Severus.
Alexander Magnus.
Albericus de Roſate.
Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis.
Ammianus Marcellinus.
Ambroſius Pareus.
Andreas Gorrutius.
Annius Viterbienſ.
Antonius Panormitanus.
Annales Polonici.
Annales Fuldenſes.
Annales Francorum.
Annales Caroli Magni.
Annæus Seneca.
Andreas Matthiolus.
Angelus Comerinus.
Antonius Torquada.
Antonius Auguſtinus.
Andreas Alciatus.
Apologia Anglicana.
Appianus Alexandrinus.
Appius Claudius.
Apollonius.
Apulejus.
Ariſtoteles.
Arrianus.
Ariſtoxenus Philoſophus.
Arnoldus Ferronus.
Athanaſius Epiſc. Alexandrinus.
Athenæus.
B. Auguſtinus Afer, Epiſcopus Hipponenſis.
Auſonius.
Avicennas.
Aurelius Prudentius.
A. Gellius, vel Agellius.
Augerius Gislenius Busbequius.

B.

BAronius.
Barlæus Carſenna.
Bartholomæus Chaſſanæus.
Bartholomæus Schobingerus, IC.
Bartolus, IC.

Balæus Anglus.
Baſilius Magnus.
Baſilius Epiſcopus.
Baptiſta Fulgoſius.
B. Bernhardus.
Beda.
Benevenutus Rambalois.
Bernhardus Saccus.
Bernhardus Textor.
Bernhardus Mollerus.
Bernhardus Girardus.
Beſſarion Cardinalis, & patriarcha Conſtantinopol.
Boetius Severinus.
Bonſinius.

C.

CAſparus Henneberger.
Caſſiodorus.
Caſparus Peucerus.
Callimachus.
Carolus Cluſius.
Carolus Sigonius.
Cælius Rhodiginus.
Cælius Aurelianus.
C. Julius Cæſar.
Cedrenus.
Celſi Aphoriſmi.
Cebes.
Ceſtrienſis.
C. Vellejus Paterculus.
Chryſoſtomus.
Chronicon Hermanni.
Chronicon Conradi Epiſcopi.
Chronicon Auguſtenſe.
Clemens Alexandrinus.
Clemens Romanus.
Claudius Ptolomæi.
Cl. Marius Aretius.
Claudianus.
Columbanus Abbas.
Cornelius Agrippa.
Cornelius Nepos.
Coneſtagius.
Cornelius Gemma.
Conradus Decius.
Conradus Marpurgenſis.
Conſtitutiones Caroli Magni.
Conſtitutiones Leonis.
Conradus Heresbachius.
Conradus Rittershuſius.
Cromerus.
Crinitus.
Cuſpinianus.
B. Cyprianus.

D.

DAniel Toſſanus.
Demoſthenes.
Demades orator.
Dion Caſſius Niceus.
Dionyſius Halycarnaſſæus.
Dithimarus Blefkenius.
Diodorus Siculus.
Dioſcorides.

E.

EDicta CC. Diocletiani & Maximiani Impp.
Egeſippus.
Egnatius.
Einhardus.
Engoliſmenſis Monachus.
Eraſmus Roterodamus.
Eraſmus Michael.
Evariſtus Papa.
S. Eugenij Hiſtoria.
Euſebius.
Euripides.
Eutropius.
Euphormio Luſinius.

Fabi-

F.

Fabius Quintilianus.
Felix Fabri.
Ferdinandus Vaſquius, IC.
Flaminius.
Florentinus Wigoſienſis.
Flavius Joſephus.
Flavius Vopiſcus.
Florus.
M. Franciſcus Judæus Placentinus.
Franciſcus Patricius.
Franciſcus Junius.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Marcus IC.
Franciſcus Guicciardinus.
Fulgentius Ruſpenſis.

G.

GEorgius Fabricius.
Georgius Richterus.
Georgius Sabinus.
Gerſon Cancellarius Pariſienſis.
Georgius Buchananus.
Geſnerus.
Gerardus Roo.
Germanorum vetuſta carmina.
Georgius Douſa.
Gilbertus Cognatus Nozorenus.
Gordianus Imperator.
Godofridus Monachus.
Gomezius.
Godefredus Viterbienſis.
Gulielmus Neubrigenſis.
Gulielmus Onciacus.
Gulielmus Paradinus.
Gulielmus Verheiden, ſive Campanus.
Gratianus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Magnus.
Georgius Berſmannus.
Giavara.
Guarricus Igniacenſis.

H.

HAnnibal Scotus Placentinus.
Henricus Petreius, JC.
Herodotus.
Henricus Stephanus.
Henricus Oftertingius.
Heuterus Delphius.
Hegeſippus.
Hermas.
Hermannus Contractus.
Heſychius Hieroſolymitanus.
Hector Boetius.
Herodianus.
B. Hieronymus.
Hieronymus Ciglerus.
Hippolytus de Collibus.
Hilarius.
Hippocrates.
Hieronymus Oſorius.
Homerus.
Hubertus Thomas Leodius.
Hugebaldus Elnonenſis.

I.

IAcobus Micyllus.
Iacobus Auguſtus Thuanus.
Iacobus Meyerus.
Iacobus Magni.
Ignatius Patriarcha Antiochenus.
Ioannes Stadius.
Ioannes Georgius Godelmannus.
Ioannes Bernartius.
Ioannes Vaſeus.
Ioannes Damaſcenus.
Ioannes Tzetza.
Ioannes Leo Africanus.

Ioannes Langius Medicus.
Ioannes Ovvenus Britannus.
Ioannes Faber.
Ioannes Tilius.
Ioannes Junior.
Iovinianus Pontanus.
Ioannes Pincianus.
Ioannes Leonius.
Ioannes Stumpſius.
Ioannes Keſslerus.
Ioannes Latomus Decanus Francofurdianus.
Ioſephus Scaliger.
Ioachimus Camerarius Parens auctoris.
Ioachimus Vadianus.
Ioannes Leonclavius.
Ioannes Wierus.
Ioannes Bodinus.
Ioannes Buxdorffius.
Irenæus Martyr.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſocrates.
Itinerarium S. Petri.
Iuvenalis.
Iuſtinus Martyr.
Iuſtiniani Imperatoris Cod. Pand. Auth. & Novellæ.
Iulius Cæſar.
Iuſtus Lipſius.
Iulius Scaliger.
Iulianus Capitolinus.

L.

LActantius Firmianus.
Lazarus Soranzius.
Laurentius Capellonus.
Lambertus Hortenſius Monsfortius.
Laurentius Müllerus.
Lanujus.
Leges Longobardorum.
Leo Magnus Papa.
Levinus Lemnius.
Livius.
Lombarda.
Ludovicus Guicciardinus.
Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus.
Ludovicus Vives.
Lucanus.
Lucianus.
Ludovicus Cominæus.
Lyranus.

M.

MArianus Scotus.
Martialis.
Macarius eremita Ægyptius.
Marquardus Freher.
Marcus Venetus.
M. T. Cicero.
Martinus Delrio.
M. Antonius Imperator.
M. Minutius Felix.
M. Antonius Muretus.
M Cato.
Matthias Caſtritius.
Melchior Haiminsfeldius Goldaſtus.
Markelius vel Marcellus.
Mercurius Gallobelgicus.
Menochius.
Menander.
Michael Hoſpitalius.
Michael Apoſtolius.
Mizaldus.
Michael Coccinus.
Michael Glycas.

Moyſes

Moyſes Ægyptius.
Monlucius.
Molanus.

N.

NAthan Chytræus.
Nauclerus.
Nangius.
Natalis Comes.
Nicephorus Calixtus.
Nicephorus Gregoras.
Nicolaus de Lyra.
Nicolaus Clenardus.
Nicolaus Serrarius.
Nicolaus Monardus.
Nicolaus Damaſcenus.
Nicolaus de Chamengiis.
Nicetas Choniates.
Nonius Marcellus.

O.

OBertus G phanius.
Olaus Magnus.
Onuphrius Panvinius.
Origenes Adamantius.
Otto Caſmannus.
Ovidius.
Oviedus.

O

PAulus Diaconus.
Palladius in Lauſiacis.
Paulus Jovius.
Paulus Oroſius.
Pandulphus Collenucius.
Paderbornenſis Monachus.
Paleotus.
Paulus Juriſconſultus.
Paulus Æmilius Veronenſis.
Paulinus.
Panætius.
Papirius Moſſonus.
Petronius Arbiter.
Petrus Gregorius Tholoſanus.
Petrus Martyr.
Petrus Quinqueranus.
Petrus Bizarrus.
Petrus Meſſias.
Petrus Pithœus.
Petrus Matthæus.
Petrus Bellonius.
Petrus Victorius.
Petrus Ravennas.
Philippus Melanchthon.
Philoſtratus.
Philelphus.
Philemon.
Philo Judæus.
Philippus Bergomenſis.
Photius Patriarcha.
Pirckamerus.
Piſcarij hiſtoria.
Pierius Valerianus.
Plutarchus.
Plinius.
Plato.
Plautus.
Pœnitentia Iamnis & Mambræ.
Polybius.
Polydorus.
Pomponius Lætus.
Procopius.
Propertius.
Proſper Alpinus.
Ptolomæus Philadelphus.
Publius Syrus.
P. Cornelius Tacitus.
P. Caſtrabolus.
P. de Medimna.

Q.

QVintus Curtius.

R.

RAineccius.
Ramirus.
Raphael Volaterranus.
Ratpertus Turegienſis.
Renatus Luſignius.
Rhegino.
Richardus de Burt Dunel menſis.

S.

SAluſtius Pharamundus.
Saxo Grammaticus.
Salomon.
Salicetus,
Saxo hiſtoricus.
Sabellicus.
Schebhet Iehudah, liber Iudaicus.
Sebaſtianus Münſterus.
Sextus Aurelius Victor.
Sigisbertus.
Simon Goulartius.
Simon Majolus.
Simonides.
Socrates.
Sozomenus.
Sophocles.
Spinæus.
Statius.
Stephanus Forcatulus.
Stephanus Guazzus.
Stephanus Vinandus Pighius.
Stephanus Iunius Brutus.
Strabo.
Suetonius Tranquillus.
Suidas.
Sulpitius Severus.
Surius.

T.

TEſtamentum vetus & Novum
Tertullianus.
Talmud.
Theodorus Sizmannus.
Theognis.
Theodorus Beza.
Theophraſtus.
Theodorus Marcilius.
Theodorus Zuingerus.
Thomas Chalonerus, Eques Anglus.
Thomas Morus.
Thucydides.
Tripartitæ hiſtoriæ.
Trithemius.
Turpinus.

V.

VAlerius Maximus.
Victorinus Strigelius.
Virgilius Maro.
Vlpianus, IC.
Vlyſſes Aldrovandus.

W.

WAlfridus Strabus Augienſis.
Wernherus Rolevvink Carthuſianus.
Weninus Sanctgallenſis.
Widebramus.
Wolfgangus Lazius.
Wolfaramus Eſchilbachius.

X.

XEnophon.
Xiphelinus.

Z.

Zonaras.

CAPITA OPERARVM SVBCISIVARVM, SIVE MEDITATIONVM HISTORICARVM, HVIVS tertiæ centuriæ.

I.

DE perſecutione Chriſtianorum Neroniana. & periculo Chriſtianorum noſtro tempore Conſtantinopoli ſub ſervitute Turcica degentium.

II. De perſecutione Chriſtianorum Diocletiana memorabilia nonnulla.

III. De horrendo exitu Chriſtianicidarum & tyrannorum ſacrilegorum.

IV. De perſecutoribus, nominetenus Chriſtianis, erga veros cultores Chriſti, ejuſq; ſolũ nomẽ, nec aliud, admittẽtes.

V. De crudelitate Arrianorum, Neſtorianorum & Sectariorum, erga Orthodoxos, & horum conſolatione.

VI. Cauſa præcipuæ ob quas perſecutiones Chriſtianorũ fuerint excitatæ.

VII. De fatalib. diſſenſionib. & rixis, nec non pacifico animo Chriſtianorũ.

VIII. De veterib. rixis, & æmulationibus Iudæorum ob Genealogias.

IX. De Thalmudiſtarum & Alcoraniſtarũ ſomniis, Salomone, Moyſe & aliis.

X. De inanis ſuperſtitionis perſuaſorib. de judicio univerſali & poſtremo, nec nõ de Turcarũ Degnal, & Iudæorũ Benocosban: Auctarium c.41, cent.1.

XI. De Iudæorũ & Mahumetis, ejusque ſectatorũ pertinacia, & impoſtura.

XII. De diverſitate religionũ inter Perſas & Turcas eorũq; internecino odio.

XIII. De ritu Ethnicorum in evocandis Diis tutelaribus. Auctarium c.61, cen.1. & c.10. & 11, cent.2.

XIV. De ſuperſtitione hominum ſuper libros, ſtatuas, & monumenta fatalia. Auctarium c.11. cent.2.

XV. De nonnullis mirandis rebus, quarum vera & explorata ratio reddi nequit. Auctarium c.73. cent.1.

XVI. De facibus vel ignibus nocturnis, qui vulgo Fatui, Germanice vero Irrwiſch vocãtur.

XVII. De Hecla monte & Islandiæ Inſulæ miraculis.

XVIII. De Bubone inauſpicata ave, & quid ea viſa portenderit. Deq; horrendo exitu eorum qui humanæ ſortis immemores, cultum & honores divinos ex quadam ſuperbia & arrogantia affectarunt. Auctarium c.67. cent.1.

XIX. De jactantia quam exoſa res ſit.

XX. De præſagiis ruinæ & cladium Regnorum & Rerumpublicarum.

XXI. Auctarium c.56. cent.1. Et qua ratione Deo pœnitentia in ſacris literis attribuatur.

XXII. De crudelitate & tyrannide principum quorundam. Auctarium c. 48. cent.1. & c.34. cent.2.

XXIII. De præcocibus & inconſultis actionibus atq; conſiliis quamq; infelix & triſtis eventus ea ſequi ſoleat.

XXIV. Præcocia & temeraria conſilia & actiones plerũq; ex ſuperbia, ira & elatione animi, accedente curioſitate nimia, repudiatis ſalutaribus monitis, ortum ſuum habere.

XXV. Ex ſuſpicionibus plerunq; Reges & principes præſertim accedente ſenio, meticuloſos & crudeles fieri.

XXVI. Omnium victoriarum præſtantiſſimam eſſe, noſcere & vincere ſemet ipſum.

XXVII. De fructu conſervatæ & damno amiſſæ diſciplinæ militaris.

XXVIII. De triplici miſſione, itemq; ſanguinis miſſione militaris, & peculiari cura veterum in conſervanda diſciplina militari, deq; memorabili prælio ad Agriam, Nec non de amuletis.

XXIX. Cupiditate prædæ & opum victores ſæpius magna cum clade eſſe victos: necnon de inani & vana gloria.

XXX Contra amuleta & remedia præternaturalia memorabilia.

XXXI. Quantum interſit inter conſolationem Chriſtianam & philoſophicã, nec non patientiam, conſtantiam & tolerantiam in ærumnis ac ſuppliciis perferendis.

XXXII. Ethnicos nullas ſolidas & veras habuiſſe conſolationes.

XXXIII. De imprecationib. licitis & illicitis. Auctarium c.86.cent.1.

XXXIV. De imprecationibus & obteſtationibus, quæ ad demonſtrandam innocentiã & obvelanda delicta uſurpãtur. deque pœna quæ mox præſto eſſe ſolet.

XXXV. De formula imprecationum olim Romanis gentilibus & nunc quoque Turcis uſitata.

XXXVI. De imprecationibus parentum adverſos liberos, & alios tam veteribus quam recentioribus, & earum efficacia. Itemque de hypocritico jejunio cujuſdam impoſtoris.

XXXVII. De vindictæ cupiditate in damnando & convitiando.

XXXVIII. Utrum citatio & provocatio ad tribunal Dei ſit licita, & quã plerumq; habuerit efficaciam.

XXXIX De adverſariis Ciceronis, & ipſius inconſtantia, miſerabilique exitu. Auctarium c.31.cent.1.

XL. Additamentũ præcedentis capitis: de adverſariis & amicis Ciceronis.

XLI. De magnitudine animorum & pulchritudine corporum nonnullorum Heroum priſcorum & recentium.

XLII. De peculiaribus donis Regum & Principum nonnullorum ſanandi ægrotos, & peculiaribus eorum notis.

XLIII. Reges & Principes plerumque per Legatos ſua negotia rectius & minori periculo, quam ſi ipſi conveniant, expedire poſſe.

XLIV. Encomium Legum antequam promulgarentur in Academia Aldorfina.

XLV. Finem in omnibus actionib. eſſe ſpectandum, Oratio habita Aldorfij cũ privilegia publicarentur: cui audita eſt adhortatiuncula ad juventutẽ nomine ſcholarcharum.

XLVI. Commendatio bonarum literarum & diſciplinæ, excerpta ex oratione habita Aldorfij, cum novus Rector & profeſſor introduceretur.

XLVII. De præſtantia bonarum literarũ & eas tam ad res acquirẽdas quã ad partas ſervãdas plurimũ cõducere.

XLVIII. Reſpublica bene cõſtituta, quibus potiſſimum rebus conſiſtat. Explicatio trium Gratiarum, ex oratione habita Aldorfij Anno 1579.

XLIX. Florente Republica etiam res pri-

privatas florere, & vice verſa corruẽte ea corruere ſolere: & de pœnis eorum, qui turbata quiete publica ſuum lucrum captarunt.

L. Quæ res ad omnẽ diſciplinarũ cultũ atq; tractationẽ neceſſariæ judicẽtur, ex oratione habita in prima promotione Magiſtrorum Aldorfij An. 1581.

LI. Non ſolum corporis ſed etiã mentis, & hujus quidem potiſſimum, ſanitatem conſervandam eſſe: Et de recta juventutis inſtitutione.

LII. De ſtudiorum ſapientiæ neceſſitate & præſtantia, excerpta ex oratione habita Aldorfij anno 1583.

LIII Commendatio & typ⁹ amicitiæ & cõcordiæ, ac vice verſa deteſtatio diſcordiæ, excerpta ex oratione habita Aldorf. Poſtridie Pet. & Paul. A. 1587.

LIV. De Sycophantis calumniatorib. & hypocritis qui ſub ſpecie amicitiæ & familiaritatis inſontes evertere conantur.

LV. De periculoſa & parũ diuturna reconciliatione hoſtium & fictorum amicorum.

LVI. De periculoſo ſtatu aulicorum calumniatorum morſibus objectorum.

LVII. De ingrati animi vitio, erga benemeritos, calumniis oppreſſos, exempla memorabilia.

LVIII. Verſutos, callidos & malitioſos homines ſuis coſiliis & aculeatis morſibus candidos & bonos viros impetere, evertere cupere at non impune.

LIX. Ab inimicis & calumniatorib⁹ plura interd. diſcũtur, quã ab amicis.

LX. Mythologia Sphyngis philoſophica pariter & Theologica, ex oratione habita Aldorfij Anno 1588.

LXI. De Magiſtrorum tam in genere quã in ſpecie nomine, dignitate & officio ex oratione habita Aldorf. A. 1589.

LXII. De præſtantia linguarum: ex oratione habita Aldorfij, An. 1590.

LXIII. Explicatio figuræ eloquentiæ, ex oratione habita Aldorfij 1591.

LXIV. De lege Salica, ex oratione habita Aldorfii An. 1593.

LXV. De linguis in genere, & in ſpecie de Germanica, noſtra vernacula lingua: ex oratione habita Aldorfij. An. 1594.

LXVI. Gratitudinis encomium & deteſtatio ingratitudinis, ex oratione habita Aldorfij, An. 1595.

LXVII. Commendatio bonarum literarum, & de dignitate atque utili ate: nec non de contemtu earum, & barbariæ paulatim ingruente: ex oratione habita Aldorfij, An. 1602.

LXVIII. Virum arma bonis literis præferenda ſint: vel, utra militia, togata an armata præſtantior? ex oratione habita Aldorfij, An. 1604.

LXIX. Voluptatem & dolorem ſibi invicem comitari: ex oratione habita Aldorfij, An. 1605.

LXX. De Characteribus & ſermone primævo, ex oratione habita Aldorfij, An. 1606.

LXXI. De ſermone & loquela quæ hominis ſolius propria eſt: ex oratione habita Aldorfij. An. 1607. cum Appendice Epiſtolæ Photij Patriarchæ de Dæmone ex ventre humano loquente.

LXXII. De bibliothecis ex oratione habita Aldorfij, cũ epiſt. Beſſarionis Cardinalis, Patriarchæ Conſtãtinopolitani, ad illuſtr. Principẽ Chriſtophorũ Mo-

rum & inclytum Senatum Venetum ex Italica in Latinam linguam converſa an. 1608.

LXXIII. *Ioſephi Scaligeri Commentatio, de Numiſmate Conſtantini.*

LXXIV. *Marquardi Freheri de eodem Numiſmate Conſtant. Edita prius, anno M.DC. nunc leviter recenſita.*

LXXV. *Diſſertatio Phil. Camerarij de eodem numiſmate Imperiali ad Clariſsimum virum Georg. Remum IC.*

LXXVI. *Virum veſtitus virilis fœmineo ſexui indiſtinctè prohibitus ſit, nec ne?*

LXXVII. *Quæ ſint vera ornamēta mulierū & quam deteſtabilis res ſit fucus: cui adiuncta ſunt nōnulla de fœtore cadaveris humani Auctariū c. 38. cen. 2.*

LXXVIII. *De fœminis nonnullis, quæ ſibi ipſis mortem conſciſcere maluerunt, quam pudicitiam ſuam violari per miſerunt.*

LXXIX. *De digladiatione & certamine fœminarum, pumilionum & nanorum nec non de miſerrima conditione gladiatorum.*

LXXX. *De mirabili ſupplemento defectuū corporis per ſagacitatē ingenij atq; ſolertiam: Auctarium c. 37. cent. 1.*

LXXXI. *De mira oculorum excellentia & fulgore illis attributo.*

LXXXII. *De pyrio pulvere & machinis tormentariis. Auctariū c 23. cent. 1.*

LXXXIII. *Augmentum præcedentis capitis. De violentia tormentorum.*

LXXXIV. *Quare Turcæ in expeditionibus nō utātur equitibus ſclopetariis.*

LXXXV. *Continuatio & auctarium præcedentis capitis.*

LXXXVI. *De miſerabili & inopina calamitate & cæde multorum & incēdio pyrij pulveris Mechliniæ orta.*

LXXXVII. *De circo vel Rota humanarū rerū, quæ ſemper circumagitur.*

LXXXVIII. *Inſigni & atroci facinore & ſcelere ſeditioſos & rebelles plerunq; ſe ab omni reconciliatione cum ſuomet ipſorum interitu excludere.*

LXXIX. *De improviſa & crudeli ex inſidiis cæde*

XC. *De Templariis & hujus ordinis excidio.*

XCI. *Commendatio privatæ vitæ, cū Tabella vitæ Aulicæ à Luciano depicta.*

XCII. *Reges, Principes, & Aulicos heroes nonnunquam privatam vitam & quietam potius quam ſplendidam expetiſſe.*

XCIII. *De felicitate vitæ ruſticæ rhythmi Gallici, cum interpretatione Latina Nicolai de Clamengiis.*

XCIV. *De miſeriis vitæ tyrannorum rhythmi Gallici cū interpretatione Latina verſibus heroicis Nicolai de Clamengiis.*

XCV. *Rhythmi Gallici pias complectentes ſententias & preces.*

XCVI. *De Coma, capillis & barba, nec non & calvitie. Quodq; ſubiecti in exemplum Principis ſui ſequaces ſint.*

XCVII. *De venenatis inſectis & animalibus noxiis: & de Symphoniacis Inſtrumentis, eorumque vi & efficacia in commovendis hominum animis.*

XCVIII. *De lacrymis & quod diverſis ex cauſis oriantur & fluant.*

XCIX. *Pium eſſe mortuos honorificè ſepelire.*

C. *De leonibus, de ingenio eorum, & de niveis Leonis plura.*

OPE-

OPERARVM SVB-CISIVARVM,

Sive

MEDITATIONVM HISTORICARVM,

CAP. I.

De perſecutione Chriſtianorum Neroniana, & periculo Chriſtianorum, noſtro tempore Conſtantinopoli ſub ſervitute Turcica degentium.

DEPLORAVIMUS, recenſuimus, monuimus deniq; multa antea, de crudelitate Ethnicorum, erga amabile Chriſtianum nomen, adductis exemplis, ex vetuſtis & probatis authoribus, memoratu digniſſimis; ſed ſævitia & odium (quod nondum deſiit) tantum fuit erga hoc ſaluſerum nomē, ut integra volumina de eo extent, neque quantumvis plura accederent, tamen explicari ſatis poſſit. Sacræ ſanè literæ, & hiſtoriæ probatæ, nos docent, ſub Neronis imperio, præſertim poſterioribus annis, Chriſtianos, piè & pacatè & viventes, quaſi alia tormenta & cædes non ſufficerent, tanquam maleficos homines, beſtiis fuiſſe objectos ut cum iis in arena, & circo pugnarent, ſicut Paulus Apoſtolus quoque de ſe ipſo fatetur. Sed compertum eſt, Leones, Pardos. & alias truculentiſſimas feras, in circo, ſæpe peperciſſe Sanctis. Voluit enim Deus talibus ſpectaculis teſtari, illas bellūas truculentiſſimas, mitiores tyrannis, & aliis hoſtibus non parcentibus Eccleſiæ, fuiſſe. Ideoque, ad demonſtrandam truculentiam tyrānorum, coacti ſunt carnifices, eos gladio ferire. Quocirca etiam hujus crudelitatis monumentum tale poſitum fuit in Hiſpania, Piſoræ, (quæ nunc Piſverga dicitur) in quo Chriſtiana doctrina, pro tali nova ſuperſtitione, quæ latrociniis æquiparatur, habita fuit, Inſcriptio vetus hæc eſt, Cap. 39. Cent. 1.

NERO-

NERONI CLAVDIO CÆSARI AVGVSTO PONT. MAX. OB PROVINCIAM LATRONIBVS ET HIS QVI NOVAM GENERI HVMANO SVPERSTITIONEM INCVLCABANT PVRGATAM.

Obſervarunt autem hiſtoriæ ſtudioſi, ex veteribus au&oribus, non ſolum Neronem, Chriſtianos tanquam maleficos, & genus hominum ſuperſtitionis novæ, ac maleficæ, ut Suetonius ait, puniviſſe: ſed etiam tæda & papyro, ceraque ſuperveſtiiſſe, & ad ignem admotos, combuſſiſſe: quo Iuvenalis reſpexiſſe videtur:

In vita Neronis.

tunica punire moleſta.

Quæ hæc veſtis erat: Sic quoque Martialis.

Epig.25.libro 25.

Nam cum dicatur tunica præſente moleſta
Vie manum, &c.

Non fruſtra itaq; diximus antea, in tantum hoc nomen capitale fuiſſe, ut in dicta cauſſa Chriſtiani ad exquiſitiſſima ſupplicia raperentur. Quamobrem Tertullianus ita conqueritur; Bonus vir C. Seius, ſed malus tantum, quia Chriſtianus. NOMEN, NON CRIMEN IN NOBIS DAMNATVR, ET IGNOTAM SECTAM VOX SOLA PRÆDAMNAT, QVIA NOMINATVR, NON QVIA CONVINCITVR. ODIO EST IN HOMINIBVS INNOCVIS, NOMEN INNOCVVM. Porro idem auctor; Quid de tabellis recitatis illum Chriſtianum? cur non & homicidam? Sed homicida Chriſtianus? cur non & inceſtos, vel quodcunque aliud nos eſſe creditis? In nobis ſolis pudet aut piget ipſius nominibus ſcelerum pronuntiare? Chriſtianus, ſic nullius criminis, nomine reus eſt, valde infeſtum, ſi ſolius nominis crimen eſt. Et alibi; Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro juſtitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro Deo vivo cremamur? Quod nec ſacrilegi, nec hoſtes publici veri, nec tot majeſtatis pati ſolent. Cæterum notandum eſt, in hoc genere diro ſupplicij, ignem exiſtimatum fuiſſe omnium graviſſimum, apud Ethnicos, ideoque magicæ artis conſcij cremabantur, aut beſtiis obiiciebantur, aut cruci ſuffigebantur, quibus pœnis omnibus Chriſtiani ſubiiciebantur. Perſuadebantur enim judicibus, eos magicis artibus imbutos eſſe, ideoq; etiam extra ordinem de iis cognoſcebatur. Erat autem judici, extra ordinem cognoſcenti, permiſſum, quam vellet ſententiam ferre, vel graviorem, vel leviorem, ita tamen, ut, in utroque modum non excederet, ſecundum Vlpianum. Erga Chriſtianos verò nullum periculum, in atrocitate pœnæ, obeſſe verebantur, ne modum excederent, quos omnium ſcelerum reos, immania exempla meritos, exiſtimabant. Ideoque cremandi, quandoq; ad augendos cruciatus clavis affigebantur, ut ex Euſebio-

Li.3. Apolog.

Ad Scapulum.

Lib.15.de pœn.

ſebio conſtat. Eodem modo Chriſtiani, ſicut antea diximus, Sarmentitij dicebantur, quod Sarmentorum ambitu paulatim uſtulabantur: Galli vocant, *le petit feu*. Nam Sarmenta languidum ignem concipiunt, quo aſſabantur martyres, extracta morte diutius per duriſſimos cruciatus, quum validis flammis multo celerius præfocari & exſtingui potuiſſent. Quam ſævitiæ ſpeciem idem Euſebius notavit, quod etiam multis verſibus fecit Prudentius. Vnde idem Tertullianus dicit: licet nunc nos Sarmentitios & ſemiſſios appelletis, quia, ad ſtipitem dimidij aſſis revincti, ambitu exurimur; hic tamen eſt habitus victoriæ noſtræ, tali curru triumphamus. Aſt hæc atrociſſima ſupplicia vicit martyrum conſtantia, & fides, ita ut, in perpetiendis tormentis, multo fortiores fuerint, quàm tortores, in infligendis, indefeſſi. Quam pulchrum, inquit M. Minutius Felix in Octaviano, ſpectaculum Deo, cum Chriſtianus cum dolore congreditur, cum adverſum minas, & ſupplicia & tormenta componitur? cum ſtrepitum mortis & horrorem carnificis irridens inſultat? cum libertatem ſuam adverſus reges & principes erigit? ſoli Deo, cujus eſt, cedit? cum triumphator & victor, ipſi qui adverſum ſe ſententiam dixit, inſultat? Vicit enim qui, quod contendit, obtinuit. Et paulo poſt, At enim Dei miles, nec in dolore deſeritur, nec morte finitur. Pueri & mulierculæ noſtræ cruces & tormenta, feras & omnium ſuppliciorum terriculas inſpirata patientia doloris illudunt. Et ea, quæ ſequuntur. Hoc quoque ſuperioribus annis in Anglia, Scotia, Gallia, Hiſpania, Belgio, & aliis locis accidiſſe, libri hac de re editi abunde teſtantur. Mirum ſane videtur, quod tempore Neronis, & ſequentium Imperatorum, tam crudelis perſecutio (propoſito tali Edicto Neroniano, Anno XIIII. ſui Imperij: Quiſquis Chriſtianum ſe eſſe confitetur, is tanquam hoſtis generis humani convictus, ſine ulteriore ſui defenſione capite plectitor) inſtituta fuerit, quum tamen, eodem imperante, tanta perſecutione, & immani crudelitate, diſperſa Eccleſia, poſt lapidationem Stephani, impunis & libera videatur fuiſſe profeſſio fidei Chriſtianæ, ſicut Lucas Evangeliſta teſtatur. Cum enim Paulus Apoſtolus rationem fidei ſuæ expoſuiſſet, vel ut ibi dicit; VERITATIS ET SOBRIETATIS VERBA ELOQVVTVS FVISSET, Agrippa Rex, præſente Portio Feſto, præſide Romano, libere, & abſque metu, confeſſus eſt, MODICVM ABESSE, QVIN CHRISTIANVS EFFICERETVR. Quare cum ſeorſim, præſes, & Agrippa, deliberaſſent, hanc ſententiam tulerunt: Nihil morte aut vinculis dignum, ſua doctrina & confeſſione, feciſſe Apoſtolum: affirmante præterea Rege Agrippa, & ad præſidem dicente: Dimitti poterat homo hic, ſi non ap-

Hiſt. Eccleſ. li. 4. c. 14.

Lib. 8. cap. 13. & 11.

In Apologet.

appellaſſet Cæſarem. Præterea Sergio Paulo Proconſuli Cypri, nec non & Menehemo, familiari Herodis Tetrarchæ, abſque noxa & periculo *Act. ca. 13.* fuit, quum à Paulo Apoſtolo ad fidem Chriſtianam, tempore Claudij Imperatoris, converterentur. Eodem modo, cum circa id tempus Cornelius Centurio, juſſu Angeli, à Petro Apoſtolo, ad Chriſtianam fidem cum ſua domo, amicis, & familiaribus, converteretur, acceptis donis & gratiis Spiritus Sancti viſibilibus, baptizaretur, idque in publicum emanaret, non reperitur, quod illis Romanis gentilibus, à ſua *Cap. 10. & 11.* fide deſciſcentibus, id damno vel fraudi fuerit, ſicut hæc doctrina in Actis Apoſtolorum à Luca Evangeliſta late deſcribitur. Similia exempla, prædicante & ſigna edente adhuc in terris Chriſto Servatore, allegari poſſint, inter quæ memorabile præ cæteris eſt Reguli, vel Regij illius, cujus ob fidem firmam Chriſtus ſanavit filium, febri lethaliter decumbentem, & quidem abſentem, qui ob hoc miraculum Chriſtianus, cum ſua tota domo, factus eſt. Neque legitur, illi hoc fraudi vel noxæ fuiſſe. Verum hæc ſecuritas non omnibus contigit, & tempora Neroniana fuere multo crudeliora, in perſequendis Chriſtianis, ſicut frequentiſſima martyria teſtantur, & antea quoque multis exem- *Ca. 19. centur. 1.* plis demonſtravimus, quam inviſum Chriſtianorum nomen Neroni, & ſequentibus aliquot Impp. quibuſque ſuppliciis in eos atrociter ſævitum fuit. Cæterum, teſte Suida. Nero, cum adhuc iuvenis eſſet. Philoſophis operam dabat, & de Chriſto quædam dicebat. Adhuc enim eum inter homines habitare putabat, ſed cum à Judæis crucifixum eſſe intellexiſſet, indigne tulit, mandavitque, ut venirent Sacerdotes, Annas & Caiphas, & ipſe Pilatus, qui tunc Præfectus erat, ferro vincti, & quum in Senatu conſediſſet, quæ de illo acta eſſent, audiebat. Annas igitur & Caiphas dicebant, ſe legibus obtemperantes, illum tradidiſſe, nec læſæ maieſtatis eſſe reos, prætorem enim poteſtate præditum, quæ voluiſſet, egiſſe. Nero igitur indignatus, Pilatum in carcerem coniecit, Annam vero & Caipham demiſit. Tunc Simon quoque magus florebat, & quum Petrus & Simon, præſente Nerone, inter ſe diſputarent, eductus eſt e carcere Pilatus. Hi tres cum adſtarent, Nero Simonem interrogavit, Num tu es Chriſtus? ille vero ſe eſſe ait. Deinde & Petrum, num ipſe eſſet Chriſtus? ille negat, me enim, inquit, aſtante, in cœlum ſublatus eſt. Tum Pilatum rogat, uter horum eſſet is, qui Chriſtus diceretur? Is vero neuter, inquit. Nam Petrus quidem diſcipulus ejus fuit, & apud me, pro diſcipulo ejus, delatus, quum eum neſcire ſe diceret, quis homo eſſet, dimiſſus. Simon vero iſte nequaquam mihi notus eſt, neque ullam habet cum illo ſimilitudinem. Nam hic quidem Ægyptius eſt, & corpulentus, & denſis capillis,

& niger, atque ab illius forma alienus. Iratus itaque Imperator, Simoni quidem, quod mentitus eſſet, ſeque Chriſtum eſſe dixiſſet Petro autem qui negaſſet magiſtrum, eos è concilio ejecit; Pilato vero caput amputavit, qui tantum hominem, injuſſu Imperatoris, interficere non dubitaſſet. Poſt Nero, Imperator Romanorum, principatu confirmato, ad impias actiones deviavit; Et ea, quæ ſequuntur. Vtrum autem hæc Suidæ narrata pro veris accipienda ſint, & cum aliis probatis ſcriptis conveniant nec ne, aliorum prudentiorum judicium eſto. Mihi ſane fabulæ Græcanicæ, quàm hiſtoriæ iſta ſimiliora videntur, & à Pſeudo Clemente in Itinerario ſancti Petri, unde in Suidæ Collectanea tranſmigrarunt, conficta. Atqui hic liber à Gelaſio Papa in Apocryphis ponitur in cap. ſancta, Rom. 3. diſt. 5. Cæterum, ut ad perſecutionem Chriſtianorum recentiorem revertar, & hoc caput tandem concludam, parum abfuit, quin ante pluſculos annos Chriſtiani qui Conſtantinopoli ſub Imperio Turcico, degunt, quorum eſt multitudo ingens, miſerè trucidati eſſent. Regnante enim Amurathe, qui proximè mortem obiit, factum eſt, ſicut Lazarus Soranzius recenſet, ut qui tunc Conſtantinopoli fuerant Chriſtiani, vitæ periculum adierint, accuſati videlicet, quod in aliquas urbis plateas ignem immiſiſſent, quo flagitij genere falſo quondam ſub Nerone Chriſtiani quoque incuſati fuerunt. Iuſſerat igitur Amurathes, ut paſſim, nullo habito perſonarum reſpectu, in fruſta eos diſſecarent Janizari. Sed horum Aga Turcico Imperatori, quantum periculum ſententiæ hujus executio allatura eſſet, demonſtravit: tum etiam quod tributa imminuerentur, & jus gentium violaretur. In Chriſtianorum ergo vicem, mulieres quædam Hebrææ quæ Amurathi hoc conſilium dederant, occiſæ fuerunt. *In Ottomanno.*

CAPVT XCII.

De Perſecutione Chriſtianorum Diocletiana memorabilia nonnulla.

PERSECVTIONEM Chriſtianorum, eamque decimam, tempore Diocletiani, omnium crudeliſſimam fuiſſe, antea, commemoratis exemplis pluribus, demonſtravimus, quibus addemus, licet funeſtiorem, attamen pleniorem declarationem. Inter alia autem documenta ejus ſævitiæ & crudelitatis, admodum memorabile & tragicum eſt, quod recenſet Nicephorus. Cum enim magna multitudo Chriſtianorum, utriuſque ſexus, naturalem CHRISTI Nicomediæ celebraret, *Cap. 39. cent. 2.* *Hiſt. Eccleſ. l. 7. c. 6.*

juſſu tyranni Diocletiani, vel, ut alij, Maximiani, templum clauſum, & ligna circumcirca congeſta ſunt, poſt Præco clamavit, ut, qui vivere vellet, extemplo exiret, & in proxima Jovis ara, thura adoleret, alioqui, niſi hoc feciſſet, unà cum domo ipſa conflagraturus. Tum verò quidam, pro tota multitudine, reſpondit: OMNES NOS CHRISTIANI SVMVS, VNVM EVMQVE SOLVM DEVM ET REGEM CREDIMVS ESSE CHRISTVM, ET IPSI, PATRIQVE EIVS, ET SPIRITVI SANCTO SACRIFICARE, ATQVE NOS OMNES VNA OFFERRE, FACILE PARATI SVMVS. Vix ille hoc dixerat, ignis eſt accenſus, qui omnes, in templo congregatos, circa viginti millia, in cinerem redegit. De tempore autem hujus perſecutionis atrociſſimæ, quando cœperit, aut deſierit, licet diverſi diverſa ſentiant, receptior tamen ſententia, ut mihi videtur, eſt auctorum, Diocletianum imperare cœpiſſe, Anno Chriſti 284. Ab urbe condita 1036 XI. Calend. Maij. Quam computationem *a* Panvinius, *b* Sigonius, *c* Scaliger, &, inter recentiores, *d* Baronius approbant. Cum autem Diocletianus Princeps ſuperbus & arrogans, qui ſeipſum, ut Deum, adorari juſſit, ſemper infenſiſſimus Chriſtianis fuerit, rectè dici poterit, ejus imperium ab initio, uſque ad finem, continuam & perpetuam perſecutionem fuiſſe, licet initio ſub dolè egerit, & veluti per cuniculos, Chriſtianorum nomen evertere conatus ſit. Inter hos conatus, hujus Chriſtianorum acerrimi hoſtis, non poſtremus fuit, quod odio nominis eorum quo flagrabat, eluderet paſſionis Dominicæ epochen, & ſimul ſuam execrandam ambitionem orbi terrarum notam faceret, principium regni ſui, ab omnibus Imperio Romano ſubiectis gentibus obſervari voluit, & inde reliquos annos numerare præcepit. Vt autem in Diocletiana perſecutione pergamus, ita de ea ſcribit Sulpitius Severus. Hac tempeſtate omnis fere ſacro Martyrum cruore orbis infectus eſt, quippe certatim glorioſa in certamina ruebatur, multoque avidius tum Martyria glorioſis mortibus quærebantur, quam nunc Epiſcopatus, pravis ambitionibus, appetuntur. Nullis unquam bellis mundus magis exhauſtus eſt, neque majori unquam triumpho vicimus, quam cum decem annorum ſtragibus vinci non potuimus, &c. Eveniebant autem circa ea tempora iſta, de quibus B. Auguſtinus ſcribit: Etſi inquit Eccleſia duriter premitur, tamen inter inimicos augetur, per ſecutionibus creſcit, per afflictionum anguſtias, uſque in terrarum extrema, dilatatur. Inprimis videre licet apud Nicephorum de perſecutione illa cruenta: Animadvertere vero, ait, erat in hominibus noſtris, alacritatem, & fidei, in Chriſtum, ardorem vividum. Cum enim vix, contra priores, ſententia condemnatio-

a In faſtis.
b De occid. Imperio.
c De emend tempor.
d In annalibus.
In ſacra hiſtor.
Epiſt 3.
Lib. 7. ca. 8.

mnationis à Judice prolata eſſet, alij, aliunde confluentes, Chriſtianos ſe eſſe, confitebantur, pro tribunali ipſo exultantes, neque tormentorum acerbitatem reſpicientes: ſed interrita prorſus libertate pro Chriſto decertantes, cum magna animorum lætitia, libentiſſime ſupremam excipiebant ſententiam: uſque adeo ut cum gratiarum actione ad finem uſque, perquam decenter hymnos laudeſque Deo canerent, &c. Fuit itaque, ut ſupra quoque attigimus, immanis iſta decima perſecutio tempore Diocletiani, in qua incredibilis martyrum multitudo ſuppliciis, & quidem atrociſſimis, affecta fuit. Et refert Ignatius patriarcha Antiochenus, teſte Joſepho Scaligero, ex Edicto decimo, noni Diocletiani anni, martyrio coronata eſſe fidelium, terræ Ægyptiacæ, centum quadraginta quatuor millia, ſeptingenta autem in exilium acta. Hinc apparet, in violentiſſima & afflictiſſima tempora tunc Chriſtianos incidiſſe, quæ tamen, ſua conſtantia & patientia, ſuperarunt, ut, licet numerus eorum martyriis admodum diminutus, imò planè nomen eorum è terris eradicatum tyrannis videretur, tamen magis ac magis cumulus ad illum immenſus accederet. Tanta vis eſt veritatis ac pietatis. Quantumvis enim affligatur hominum injuria, calumniis, & iniquitate: VICTRIX tamen virtute ejus, qui ipſius auctor eſt, omnia hominum mendacia, ſubterfugia, difficultates, & pericula ſuperabit VERITAS. Nec fruſtra, inquit Ludovicus Vives, cruor ille martyrum ſacroſanctus fundebatur: Nulla in terram cadebat gutta, ex qua non pauci Chriſtiani conſurgerent, ut expreſſa in veritate videatur fabula, de ſerpentinis dentibus, à Cadmo in Bæotia ſparſis, unde armatæ acies naſcerentur. O MAGNA VIS VERITATIS, exclamat Cicero, licet gentilis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque fictas omnes inſidias, facile ſe per ſeipſam defendit. Ita Chriſtiana Religio, quo acrius & rabioſius eſt oppugnata, hoc è prælio fortior, præſtantior gratior excedit, planeque, quod ille pronuntiavit, VERITAS EST RERVM OMNIVM FORTISSIMA. Ita diſceſſerunt noſtri martyres, etſi mortui, victores tamen. Econtra IMPIETAS, ET MALITIA, ſolâ violentiâ nititur, qua ſe tuea ur. Nam non cognoſcit verum, non diſcutit cauſas, ſed inſidias ſtruit: quæ ſi non procedunt, carcerem & carnificem appellat, certe ut terrore ſupplicij & cruciatus, multos ab Eccleſia Chriſti abſterreat. Huc non abſurdè allegari poteſt egregia ſimilitudo B. Bernardi: Malitia, inquit, currum ſuum habet rotis quatuor conſiſtentem; ſævitia, impatientia, audacia, impudentia. Valde enim velox eſt currus iſte ad effundendum ſanguinem, qui nec innocentia ſiſtitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec pudore inhibetur. Trahitur autem à duobus

De emend. temp. lib. 5.

Pro M. Cælio.

Sermone 39. In cantica.

admodum pernicibus equis, & ad omnem perniciem paratiſſimis, terrena potentia, & ſeculi pompa Præſides his duobus equis, aurigæ duo; tumor & livor; Tumor quidem pompam, livor potentiam arguit. Etſi autem, ut antea recenſuimus, verum Dei cultum Cæſares Romani adeo evertere & abolere non potuerunt, ut nonnulli ex illis tandem Deo unico, ejuſque filio, nomen ipſimet darent, ſeque à Deo coronatos θεοστεφεῖς, non invit agnoſcerent, nec tantum nullum à templo dedicatum donarium averterent, ſed ipſi potius, ſua eò promtiſſima & largiſſima conferrent, omnemque ſplendorem & majeſtatem ſuam ei referrent, denique monetam etiam ſuam Chriſti potius imaginem ferre, in eaque hoc legi juberent: IHS XPS REX REGNANTIVM: ſicut Cedrenus, Glyca, & alij retulerunt: eorum tamen pij conatus non rarò à ſucceſſoribus & aliis impiis hominibus impediti fuêre, ita ut ceſſantibus perſecutionibus violentis, varia ſectarum genera à Sathana, oſore veritatis, introducta in Eccleſiam fuerint, quæ plus damni, veræ & orthodoxæ religioni attulêre, quam prior crudelitas & ſævitia. Sicut id adhuc noſtro tempore, magno cum luctu piorum, experimur, neque ſpes melioris ſtatus apparet uſque ad conſummationem ſeculi, accedentibus etiam adhuc nunc plurimis in locis, frequentiſſimis effuſionibus ſanguinis, in martyribus, ut verum & manſurum ſit illud:

Cap.39. cent.1.

Sanguine fundata eſt Eccleſia ſanguine cœpit,
Sanguine ſuccrevit, ſanguine finis erit.

Conqueritur autem Barlæus Carteona de noſtro tempore, intra quinquaginta annos, intra Belgicæ (ne quid de aliis dicam) quamlibet anguſtos limites, ob ſolam profeſſionem religionis, haud minorem (quibus tamen nonnulli dimidio plures addunt) centum millium trucidatorum numerum reperiri. O ſævitiam, inquit, furoremque horrendum, atque incredibilem! Et paulo poſt: Quanquam, ut miſerum hoc eſt in Belgis, ita mirum in Sathana non eſt, ſuperaſſe ſævitiam omnium ætatum, furore & rabie noviſſimi temporis. Nam licet idem ſit hic, qui etiam omnibus poſt homines natos temporibus, irreconciliabili odio Eccleſiam perſequutus eſt, immitiſſimus Draco ac ſerpens antiquus: tamen quia cogi nunc in anguſtias, ſævitiæ ac tyrannidis ſuæ terminos, ſeque indies magis magiſque conſtringi, in exiguum temporis ſpacium, videt, in furorem ac rabiem jam vertit iram, odiumque Chriſti & Eccleſiæ, & quaſi trucidandis ſingulis jam laſſus leo, nil niſi compendia cædium requirit. Ideoque nos quoque Belgas, cum injuria naturæ, ingenijque Belgici, in extrema iſta tyrannidis exempla prorumpere, inque propria viſcera convertere rabiem atque arma noſtra, manuſque furioſas compulit.

In orat. de componẽda Republ.

pulit. Hæc Barlæus ille: Recte itaque B. Auguſtinus ita diſtinguit; prima perſecutio Eccleſiæ violenta fuit, cum proſcriptionibus, tormentis, cædibus, Chriſtiani ad ſacrificandum cogerentur; Altera perſecutio fraudulenta eſt, quæ per hæreticos & falſos fratres nunc agitur. Tertia ſupereſt, per Antichriſtum ventura, qua nihil perieuloſius, quoniam & violenta & fraudulenta erit. Vim enim habebit in Imperio: dolum in miraculis. Huc ſpectat monitio B. Hieronymi: Poſtquam Imperatores, inquit, ipſi Chriſtianam fidem amplexi fuêre, tum quidem præſules, externis bonis plurimum profeciſſe, ſpiritualibus verò defeciſſe. Hinc adagii loco dici conſuevit: Religionem peperiſſe divitias, ſed filiam devoraſſe matrem. Quod Chalonerus Eques Anglus ita verſibus expreſſit: *In Pſal. 9.*

Nam rem Religio peperit, poſt filia matrem
Ditior immemori confoſſam dente ſubegit.

Huc ſpectavit quoque Nathan Chytræus, tali diſticho.

Religio pauper genuit Mammona opulentum,
Qui cæcus matrem devorat ipſe ſuam.

CAPUT III.

De horrendo exitu Chriſtianicidarum, & Tyrannorum ſacrilegorum.

MEMORABILE inprimis, & notandum eſt, pleroſque omnes Imperatores & tyrannos, qui Chriſtianorum ſanguine manus cruentarunt, furiis agitatos, & nonnullos ſibiipſis mortem conſciviſſe: reliquos miſerè, aut occiſos, aut tragicum exitum habuiſſe, ſicut prolixe & piè id deſcribitur ab Andrea Gocrutio, ad quem lectorem, plura ſcire deſiderantem, remitto. Quod Pomp. Lætus quoque obſervavit: Decij Imperatoris, ait, vita, quæ & civilis & militaris fuit, multos habuiſſet laudatores, ſi à Chriſtianorum cruciatibus ſibi temperaſſet. Addo præterea tragicum exitum Herodis, a vermibus corroſi. Hoc enim pœnæ genus eligere voluit Dominus, quo ſuperbi hominis ferociam, extrema ignominia obrueret. Si à valido aliquo exercitu ſuperatus eſſet, non ita animadverſum fuiſſet judicium Dei, & fuiſſet hæc quaſi regia caſtigatio. Sed cum illi infeſti ſunt pediculi & vermes, pro ſuperbia ſuæ merito tractatur. Ita contra Pharaonem, locuſtæ, bruchi, & ranæ fuerunt Dei milites, ad gerendum cum tyranno bellum. Nam quo quiſque faſtuoſius ſe extollit, eo dignior eſt, quem DEUS contumelioſè, ad extremos uſque *De providentia li. 3. cap. 24.*

inferos,

In viatic. inferos, deiiciat. Diſcamus etiam hinc, Idololatrarum & tyrannorum infeliciſſimum eſſe exitum, ſicut locum hunc Nathan Chytræus pie explicet. Eodem modo experientia teſtatur, hoſtibus veritatis neutiquam conatus, ut eam evertant vi & dolo, ſed ſucceſſus, deeſſe. Nam quemadmodum beſtiæ, quæ ſunt hominibus inimicæ, poſtquam caveis incluſæ ſunt, horribiliter fremunt (quod declarant quidem ſævitiam & feritatem naturæ ſuæ, non poſſunt autem rabiem ſuam explere) ita hoſtes veritatis, irrefutabilibus rationibus, & evidentibus Scripturæ teſtimoniis concluſi, rugiunt quidem adverſus veritatem, non poſſunt autem ei nocere, vel eam avertere. Non inficior tamen, haud rarò evenire, ut fallamur, & pro vero falſum amplectamur; ſed hæc culpa noſtræ inſcitiæ, non veritatis. Ea enim nonnunquam ſimplex, & nuda, ac tenui veſtitu amicta, incedit: falſitas autem, ut apparatu undique conquiſito, & ſuis univerſis ſe coloribus, ad decipiendum ſimpliciores, & rudiores, exornet, neceſſe eſt. Vnde Ariſtoteles, de rerum cauſarumque naturalium obſcura & dubia ratione, ſic ſcripſit: Quædam falſa probabiliora ſunt quibuſdam veris, &c. Atque hæc eſt miſeranda hominum imperitorum conditio: neque enim aut ipſi ſe inſtituere, atque informare poſſunt, aut quæ de ſuis magiſtris judicent, habent: ſiquidem nulla unquam nata eſt tam tetra ac peſtifera hæreſis, quæ non perſuaſa fuerit imperitis; Nullum tam exitioſum venenum, quod non perpotarint ignari. Quare B. Hieronymus ait, nomine fidei infidelitas ſcripta eſt, &c. Non autem ſolum exempla memorabilia plura extant, tyrannos, Chriſtianicidas, & perſecutores, violentum & horribilem exitum vitæ ſuæ habuiſſe (nam dum illis ſe viciſſe, & rem ſuam confeciſſe, verſarique in tuto, ferrea eorum obſtinatio perſuadet, tum maximè experiri ſolent, proximos eſſe excidio, ipſorumque capitibus imminere vindictam, præcipitem divinam: Necnon
Matth. 21. verum eſſe id, quod veritas ipſa de ſe dixit; Qui ceciderit ſuper hunc lapidem, confringetur, ſuper quem verò ceciderit, conteret eum, &c.) Sed etiam in veteri Teſtamento plura extant documenta, iiſdem non impune fuiſſe, ſi manus ſuas in piorum ſanguine, perſecutionibus ſuis,
Macchab. Lib. 1. ca. 6. cruentarunt. Præ cæteris autem notabilis eſt in Rege Antiocho pœna divina, qua tyrannus ille caſtigatus eſt, qui Epiphanes eſt appellatus; non ſecus ac Ægyptij tres Ptolomæi, quorum alius fratrem, alius matrem, alius patrem necaverat, acerbiſſima, Philadelphi, Philometoros ac Philopatoros, ironiâ notati ſunt. Cæterum Antiochus ſuis, ceu vivis coloribus depingitur, in ſacris literis: Quod ſpoliato templo, & idolis, omnique ſpurcitiæ ſpecie contaminato, cunctos Judæos paterna, id eſt, divina inſtituta ejurare coegerit: reluctantes exquiſitiſſimis cruciatibus occiderit: non ætati

non ætati, non ſexui pepercerit;triduo, octuaginta hominum millia, omnis generis, ſexus, & ætatis, gladio ſuſtulerit: quadraginta millia compedibus vinxerit & quid non? At hic tandem, ubi dies, divinitus deſtinatus, illuxit, victus non ſemel à Iudæorum reliquiis, dum, in rabiem verſus, copias ingentes parat, repente totus, ebulliente pediculorum multitudine, foris, & intus, ſcatens, tam fœtus & fœtidus evaſit, ut non modo procul aſtantibus, ſed etiam ſibi ipſi, fuerit intolerabilis. Et ut ex ipſiuſmet oris confeſſione appareret, à qua teter hic morbus immiſſus, ipſum tam miſerè cruciaret, ecce palam, agente juſto Dei Iſraelis judicio, ſcelera ſua deprecatus, vovet ſeſe, morbo levatum, Iudæos libertati priſtinæ, templum ſuo ſplendori reſtituturum, plurimiſque bonis exornaturum, ad peragenda ſacrificia ampliſſimos redditus præbiturum, Iudæum etiam futurum, ac in omni terrarum orbe, immenſam Dei poteſtatem prædicaturum: & hæc omnia, ſcriptis ad Iudæos humaniſſimis literis, teſtatur. Sed advenerat divinæ ultioni tempus conſtitutum. Itaque miſerè periit. Hanc eandem tragicam hiſtoriam, & exitum impii regis, ita deſcribit Henricus Petreus, Iuriſconſultus, in ſuo tractatu, de monaſteriis, quam, in gratiam lectoris, qui ex varietate ſtyli, & orationis genere, voluptatem capere ſolet, aſſcribam. Regem, inquit, prophaniſſimum pro contaminatione ſacratiſſimi templi Hieroſolymorum, ſacrorumque vaſorum apportatione, percuſſit Deus inſanabili & inviſibili plaga. Apprehendit enim eum dirus dolor viſcerum & amara internorum tormenta. Iſque, qui ſibi etiam videbatur fluctibus maris imperare, ſuper humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, humiliatus ad terram, manifeſtam Dei virtutem in ſe conteſtatus eſt, ita ut de illius corpore vermes ſcaturirent, ac viventis in doloribus carnes ejus effluerent, adeo, ut fœtore ejus exercitus gravaretur. Tandem, qui ſidera cœli contingere ſe arbitrabatur, peregre, in montibus, miſerabiliter defunctus eſt, Menelaus autem ſacrilegii illius hortator, ſæviter, ab illo hortatore Lyſia, trucidatus eſt. Hæc ille, *Hiſt. illuſt.* &c. ubi quoque alia multa, vetera & recentia exempla recenſet, quomodo *virorum c.* ſacrilegi, etiam in hac vita, puniti ſunt, addens verſus hos Hexametros Hie- *85.* ronymi Cigleri:

At ſi, ſacrilegos, repetens ab origine prima,
Omnia pœnarum percurrere nomina pergam:
Ante diem clauſo componet veſper Olympo.

Manet igitur & in omnem æternitatem verum, & inviolatum manebit, tyrannos, ſacrilegos & perſecutores piorum hominum, præſertim Chriſtianorum, etiam in hac vita pœnas ſcelerum ſuorum dediſſe, neque impune ſævitiam eorum fuiſſe; quod elegantiſſimis verbis, Nathan

In viatico itineris extremi: Chytræus, comprehendit, è quibus paucos recenſebo, ad reliquos lectorem remittens:

Nemo minas Domini, majeſtatemque tremendam
Contemſit fruſtra, quamvis vel maximus eſſet
Viribus, ingenio, eloquio, ſceptriſque ſuperbus,
Cunctorum, ſub ſole, hominum. Deus inclytus ipſe
Eſt vere juſtus judex, vindexque malorum
Iratus, buccisve cavis faſtuque tumentum:
Cui nemo nimis eſt magnus, ſapiensque potenſque,
Nemo nimis ſanctus ficta pietatis in umbra. Et ea quæ ſequuntur.

CAPUT IV.

De perſecutoribus, nominetenus Chriſtianis, erga veros cultores Chriſti, ejuſque ſolum nomen, nec aliud, admittentes.

Cap. 5. cent. MOnuimus antea, Eccleſiam Chriſtianam ſemper in magno periculo fuiſſe, ob duas potiſſimum cauſas: ambitionem videlicet, & avaritiam; quæ vitia alia quoque, tanquam aſſeclæ & pediſſequæ, comitari ſolent; invidia videlicet, faſtus, odium Cainicum, vindictæ cupiditates, contentionis ſtudium, calumnia, inimicitia, & plura deteriora, perinde ut à mala matre, deterior ſoboles, eaque copioſa, generari ſolet. Hoc enim *Eccleſ. hiſt. lib. 11. c. 12.* Nicephorum movit, qui originem, ſeu fontem ſchiſmatum, & hæreſeon aperiens dicit: Privatæ clericorum inimicitiæ, maximo detrimento affecerunt Eccleſiam & religionem in multas ſectas diſſecuerunt, &c. Inprimis autem iis hæc evenire ſolent qui, relicto ſalutifero nomine Chriſti; eoque neglecto, aliis nominibus, ex ſectis ortis, magis delectantur, & iis ita ſuperbiunt, ut contemtis iis qui ſolo Chriſti nomine gaudent, tanquam ipſi ſoli, exclusis, quoad ipſorum conatus, aliis, capaces cœli ſint, mirifice ſeſe *In Triph.* efferant. D[illegible] ita [illegible] Iuſtinus Martyr. Sunt, & fuerunt permulti qui impia & blaſphema, & dicere & facere, docuerunt, in nomine Ieſu progreſſi, & ſunt a nobis ex nomine eorum virorum, unde doctrina & ſententia quælibet exiit, denominati. Alii namq. alio modo blaſphemare, & maledictis inceſſere parentem univerſitatis, & qui ab eo venturus vaticiniis promulgatus eſt, Chriſtum, & Deum Abraham & Iſaac, & Iacob docent; cum quibus nihil eſt nobis communionis: quippe qui, nomine tantum, Chriſtum profiteantur. Et ſunt eorum quidam, qui vocantur Marcionitæ: quidam vero Valentiniani, Baſilidiani, Saturniani, & alii

alio

alio præditi nomine, à principe ſententiæ quiſque nomen obtinens. Rectè itaque & piè B. Auguſtinus: Tu es DEUS, inquit, meus: Recedat Donatus, recedat Cæcilianus; nec ille, nec iſte Deus meus. Nō ad hominis nomē ambulo; CHRISTI NOMEN teneo. Perirem, ſi eſſem de parte Pauli: quomodo non perirē, ſi eſſem de parte Donati? RECEDANT HUMANA NOMINA. O tam ſalutiferum nomen! idem B. Auguſtinus, exploſis alus, ſe conſolatur, compellans, inter alia, ita Chriſtum: Vocaſti me nomine tuo, ſignaſti me ſanguine tuo, unxiſti me oleo tuo, de quo tu unctus fuiſti, ut à te CHRISTO, dicerer CHRISTIANUS. Apertius Athanaſius, ex vero zelo pietatis, ita monet: Nunquam populus Epiſcoporum ſuorum, ſed Domini, in quem creditum fuit, nomen uſurpavit. Certè, non à beatis Apoſtolis, præceptoribus noſtris, miniſtriſque Evangelij, Servatoris noſtri, nomen lationem adepti ſumus, ſed à Chriſto, Chriſtiani, & ſumus, & perhibemur. Iſti vero, qui aliunde fidei ſuæ originem deducunt, meritò auctorum ſuorum vocabula, puta eorum, quorum aſſeclæ ſunt, uſurpant. Quapropter, quum omnes à Chriſto Chriſtiani & eſſemus, & diceremur, exploſus eſt Marcion, hæreſiarcha: reliqui autem, qui cum exploſore Marcionis remanſere, Chriſtianorum ritum retinuerunt: qui verò Marcionem ſectati fuere, non Chriſtiani deinceps, ſed Marcioniſtæ ſunt nuncupati. His aſſentitur Lactantius, ſicut antea ejus ſententiam integram citavimus, ubi dicit, Chriſtianos eſſe deſierunt, qui Chriſti nomine amiſſo, humana & externa vocabula induerunt. Rectè itaque & piè Chytræus ita monet:

In ſoliloquiis.

In Oratione ſecunda contra Arrianos.

Cap. 39. cent. 1.

In faſtis.

Cum principe Chriſto.

Gratuitis cujus meritis innitimur unis,
Vivere cui parere fides ſincera laborat
Nullius ulterius jurare in verba Magiſtri
Promta fides, uno ſat Chriſto dives amico
Diſpereant quicunque alio cognomine gaudent

Experti id ſunt olim, in primitiva Eccleſia, Chriſtiani, ita ſeſe, & non aliter, vocantes, non tam ab Ethnicis, quam à ſectariis, nominetenus Chriſtianis. De illis non ita pridem immania exempla crudelitatis recenſuimus, ita ut ſaltem nomen Chriſtianum, non crimen, ad mortem ſufficeret. Quibus adjungenda eſt Polycarpi hiſtoria memorabilis. Quum enim is ob ſolum nomen Chriſtianum damnatus ſtaret pro judicio, populus his vocibus incitavit proconſulem, ad cædem & internecionem omnium, qui Evangeliū profiterētur; αἶρε τοὺς ἀθέους, hoc eſt tolle de medio iſtos homines impios, qui Deum non habent. Hic eſt ille Polycarpus, qui, cum à proconſule juſſus eſſet, conviciis Chriſtum afficere, reſpondit; octuaginta ſex annis illi jam inſervio, & nullo me hactenus affecit

Cap. 39. cent. 1.

In vita B. Cypriani. incommodo: quomodo igitur Regem meum, qui me, ad hoc uſque tempus, ſalvavit incolumem, contumelioſis verbis poſſum afficere. Alterum reſponſum Cypriani non minus memorabile eſt. Interrogatus enim, à Patrono proconſule Carthaginenſi, quare Deorum cultum pro nihilo duceret is, teſte Paulo Diacono, reſpondit: Chriſtianus ego ſum, & nullos alios Deos novi, niſi unum & verum Deum, qui creavit cœlum & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt. Huic Deo Chriſtiani ſervimus: hunc nocte dieque deprecamur, pro omnibus, etiam Imperatore. *Ad Scapulam.* Hac ratione Tertullianus quoque, cum eleganti diſtinctione cultus Dei, & hominum, Chriſtianos defendit: Chriſtianus, inquit, nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris, quem ſciens, à Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt, ut & ipſum diligat, & revereatur, & honoret, & ſalvum velit, cum toto Romano Imperio, quouſque ſeculum ſtabit. Colimus ergo & Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet, & ipſi expedit, ut hominem, à Deo ſecundum, & quicquid eſt à Deo conſecutum, & ſolo Deo minorem. &c. Illuſtratur hoc memorabili exemplo M. Antonini Imperatoris. Nam cum ejus exercitus diebus quinque aquæ penuria laboraſſet, & milites in anguſtiis montium, à Quadis circumcluſi, ſiti propemodum enecti conficerentur, in hac extrema neceſſitate conſtat, precibus Chriſtianorum pluviam largiſſimam impetratam, & exercitum refectum eſſe. Ideoque legionem eam, in qua illi militabant, κεραυνοβόλον, id eſt, fulminatricem, appellatam fuiſſe. Exſtat hac de re Epiſtola Imperatoris, ad ſenatum, ex qua conſtat, Chriſtianos hoc unicum nomen, conſtanter retinuiſſe, & ſuum ſervatorem, præſtito debito honore Imperatori, nihilominus pure & ſincere coluiſſe, illique ſerviiſſe. Epiſtola autem eſt talis: Credibile eſt Chriſtianos, licet eos impios exiſtimemus, Deum pro munimento habere, in pectore: Simul enim atque humi ſeſe abiecerunt, & preces fuderunt, ad ignotum mihi Deum, ſtatim, è cœlo, pluvia delapſa eſt, in nos quidem frigidiſſima, in noſtros vero hoſtes grando & fulmina, eorumque orationibus ac precibus ſtatim Deus præſto fuit, qui neque vinci, neque expugnari poteſt. Quamobrem concedamus talibus, ut ſint Chriſtiani, ne qua tela ejus generis, contra nos petant, & impetrent. Hæc inſignis victoria, licet Romanis, precibus Chriſtianorum militum, abſque dubio, & teſte Imperatore Antonino, contigerit; tamen non defuere gentiles, qui eam Mercurij divinitati aſcripſerint, cumque exoratum ab Arnulpho, quondam Ægyptio, pluviam demiſiſſe commenti ſunt. Quapropter, in periculo conſtituti, cum permulti (ut fieri ſolet) ſuperum auxilia, votis interpellarent, Julianum Didium, qui ſub illo imperatore Evocatorum ordines ducebat, huic Mercurio, quem à vicinis Germanis colere didiciſſet,

ſignum

ſignum cum inſcriptione, poſuiſſe, quod adhuc prope Heidelbergam, (ſi forte non illud ipſum vel fragmentum de eo eſt, quod in area Arcis columnæ impoſitum conſpicitur, & apud Freherum in Originib. Palatinis videre eſt) nonnulli extare autumant. Hinc apparet, Sathanam, ejuſque membra omnibus modis, ſicut olim, ita & nunc, confictis mendaciis, & fabulis, veritatis lucem, in nomine Chriſtianorum, ſi non planè extinguere, attamen obfuſcare, conata fuiſſe. Poſtremo, aſſcribenda eſt egregia nota eccleſiæ veræ, ex B. Hieronymo. In illa Eccleſia, inquit, permanendum eſt, quæ ab Apoſtolis fundata, uſque ad diem hunc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur CHRISTI, non a Domino Jeſu Chriſto, ſed à quoquam alio nuncupari, ut pura Marcionitas &c. ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe Synagogam. Ex hoc enim ipſo, quod poſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus pronuntiavit. *Epiſt. adverſus Luciferianos.*

CAPUT V.

De crudelitate Arrianorum, Neſtorianorum, & Sectariorum, adverſus Orthodoxos, & horum conſolatione.

DE ſectariis, qui repudiato Chriſtiano, at aſſumtis aliis nominibus, ſecundum Ignatium, Auguſtinum, Athanaſium, & Lactantium, Chriſtiani eſſe deſierunt, non minus multa documenta crudelitatis extant, præſertim Arrianorum, quomodo in Orthodoxos, barbaro, & immani odio, ſævierint cum tamen id, ſub prætextu veræ & orthodoxæ religionis, fecerint. Orthodoxa vero Eccleſia homines perſequi non ſolet, dicit Socrates. *In hiſto. Eccleſ. li. 7. cap. 5.* Sed audiamus hac de re B. Athanaſium ad ſolitariam vitam agentes, ita ſcribentem. In ſumma, ita erant Arriani, feri, & acerbi, in omnes, ut carnifices, homicidæ, nefarij, delatores, malefici, quidvis potius, quam Chriſtiani, ab omnibus vocarentur: quippe, qui Scythas imitantes, rapuerint Eutychium, ſubdiaconum, virum probe Eccleſiæ inſervientem; quem primum ſcuticis, uſque ad mortem curaverunt verberari, deinde ita moribundum in metallum mitti, & non in quodvis metallum, ſed in id, quod phæno appellatur, in quod homicida cum condemnatur, non, niſi ad pauciſſimos dies, ſupereſſe poteſt: Et quod immanius eſt, ne paucis quidem horis, ad curationem vulneris conceſſis, hominem ſtatim in metallum deportarunt, prædicantes, niſi hoc fierer, omnes in metu futuros, & ſecum conſociatum iri. Cæterum ille non longe avectus, quum imbecillior eſſet quam ut ad metallum perduci poſſet,

ex dolore vulnerum, in itinere deceſſit. Et ita ille cum gaudio mortuus eſt poſſidens gloriam martyrij, &c. Præterea notandum eſt, quum Arriani & Neſtoriani, freti favore, & potentia Imperatorum, eidem ſectæ addicto-

Trip. hiſt. l. 12. cap. 1.

rum, Epiſcopos recte docentes excæcarent, manus & aures truncarent, linguas præſecarent, in exiliumque eiicerent, Neſtorium illum hæreſiarcham, cum Conſtantinopoli electus eſſet in præſulem, ad Theodoſium, inter concionandum, ita dixiſſe: O Cæſar, da mihi regionem, ab hæreticis purgatam, & ego tibi cœlum daturus ſum. ſis mihi auxilio, in oppugnandis hæreticis, & ego tibi, in Perſis, hoſtibus tuis, oppugnandis opem feram. Hiſtoria inſuper, præ reliquis, memorabilis eſt Valentis Imperatoris, Arriani, qui, quum atrociſſimus perſecutor eſſet Orthodoxorum, ex eorum numero octoginta presbyteros, diverſis ex locis, ad eum miſſos, ut ſupplices libellos offerrent, alligatos navibus, in mare delatos juſſit cremari iniecto igni, per nautas. Verum hanc ſævitiam & rabiem inultam non tulit. Etenim eam, non ſolùm Deus fame & bellis, ſed pœna talionis, punivit. Cum enim infeliciter dimicaſſet, contra Scythas & Alanos (velut alij, contra Gothos) &, in fuga, ſe abdidiſſet in caſam ruſticam, ibi ipſe quoque, ea incenſa, à ſequentibus militibus combuſtus fuit: Et ſic pœnâ talionis eundem cruciatum quem octuaginta presbyteris intulerat, ſubiit. Eodem tempore Lucius Epiſcopus ſectæ Arrianæ, inquit Suidas, inſtar lupi, in Eccleſiam impetum fecit, atque ita graſſatus eſt, ut nec in gentilium perſecutionibus ſimile quidquam ſit factum. Nam tria millia hominum emiſit, qui è medio tollerent, & perderent viros pios, in deſerto, &c. Cæ-

Victo. de perſecut. Vandal. l. 3.

terum non minus atrox fuit, in Orthodoxos crudelitas Vandalorum Arrianorum, in Africa, præſertim ſub Hunerico Rege Vandalorum: Quo tempore Antonius Arrianus Epiſcopus, cum Theodatum, Orthodoxum Epiſcopum, nulla ſuppliciorum magnitudine adducere poſſet, ut ad Arrianiſmum diverteret, obſtructo ore, ligatiſque manibus ac pedibus, in rebaptizationis balneum vi immerſiſſet, ac ei perſuadere conaretur, quod, hac lotione, ſuæ hæreſeos conſors eſſet factus: Ille conſtanti confeſſione hoc ipſum ſtrenue pernegabat, inquiens: O IMPIE Antoni, non eſt hoc ad mortem damnatio, ubi voluntati non accidit aſſenſus. Ego fidei meæ tenaciſſimus, quæ credidi, & credo, voce ſum profeſſus, & clamando defendi: Sed &, poſteaquam catenis vinxiſti & ore obſtructo loquendi facultatem ademiſti, intra pectoris mei penetralia, arcanam fidei meæ confeſſionem, & tuæ iſtius in me violentiæ geſta, SERVATORI MEO, legenda tranſmiſi, angelis quoq. mihi ſubſcribentibus. His non contenti Arriani prætereà piis linguas præciderunt, quibus Juſtinianus Imp. ipſe teſtimonium præbet. Vidimus, inquit, venerabiles viros

L. 1. C. de off.

qui,

qui, abſciſſis radicitus linguis, pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur. Procopius quoque id affirmat, ubi dicit: Multorum Hunericus linguas, ab imis faucibus, excidit, quorum nonnulli, mea ætate, Byzantii ob verſantes, tam expreſſa vo ce uſi ſunt, quam ſi nullam hanc pœnam ſenſiſſent. Ex quibus duo, qui cum alienis ſe fœminis miſcuerant, deſierunt poſſe loqui. Conſtantes autem & tolerantes viri Chriſtiani, in ejuſmodi perſecutionibus, non minus fuêre, quàm in ſuperioribus, quos à gentilibus perpeſſi ſunt. Inter hos B. Ambroſius, quum illi mandaretur, nomine Imperatoris, ut diſcederet, & relinqueret templa, & ſacella Chriſtianorum Arrianis, ita reſpondit: Vultis in vincula eripere? vultis in mortem? voluptas eſt mihi. Non ego me vallabo circumfuſione populorum, nec altaria tenebo, vitam obſecrans, ſed pro altaribus gratis immolabor, &c. De ſævitia autem horum ita conqueritur B. Hieronymus: Hæretici, quos non poſſunt ſermone decipere, eos putant gladio eſſe feriendos: cruentas leges ore dictant, manu ſcribunt; & putant, quod lex fidem hominibus poſſit imperare &c. Vnde apparet, hæreticos in Eccleſia omni tempore, fuiſſe crudeles, quia in ſumma, ubi ſævitia, ibi & Sophiſtica, Et ubi Sophiſtica ibi & ſævitia. Hæ ſunt duæ conjunctæ peſtes, inter ſe, ſed pernicioſæ Rebuspublicis, & Eccleſiis: ſicut Georgius Richterus, vir doctiſſimus, ſuum axioma Eccleſiaſticum ex Peuceri Chronicis, compoſuit. Huc ſpectavit Lactantius, ubi dicit: Vnaquæque ſecta omnes alias evertit, ut ſe, ſuaque confirmet, nec ulla alteri ſapere concedit, ne ſe decipere videatur. Vtraque autem genera, tam gentilium, quam ſectariorum perſecutionum, ita ſummatim, paulo poſt principium, colligit Apologia Anglicana. Quis neſcit, quæ olim convicia jactata in patres noſtros, qui primi cœperunt agnoſcere & profiteri nomen Chriſti; illos inter ſe conſpirare, & occulta conſilia mire contra Rempub. & ea cauſa, antelucanis horis, inter ſe in tenebris convenire, occidere pueros infantes, explere ſe humanis carnibus, & ferali ritu bibere humanum ſanguinem: poſtremò, extinctis luminibus, adulterium inter ſe, & inceſtum promiſcue perpetrare, & fratres cum ſororibus, filios cum matribus, ſine reverentia ſanguinis, ſine pudore, ſine diſcrimine, concumbere: homines impios, ſine religione ulla, ſine Deo, hoſtes humani generis, indignos luce, indignos vita. Iſta tum dicebantur in populum Dei, in Chriſtum Ieſum, in Paulum, in Stephanum, in eos omnes, quicunque primis temporibus amplexi ſunt veritatem Evangelii, & ſe paſſi ſunt odioſo tum in vulgus nomine appellari Chriſtianos. Et quamvis ea non eſſent vera, id tamen Diabolus ſatis putabat ſibi fore, ſi efficiſſet ſaltem, ut crederentur eſſe vera, ut Chriſtiani publico omnium odio labo-

Praef. Afric. Lib. 1. bel. Vandal.

In orat. in Auxent. de non trad. Baſilicis tomo. 3.

Axiom. 206.

Euſeb. lib. 5 cap. 1. Tertul. Apolog. 3. lib. cap. 1. 2. 3. & 7. 8. 9.

laborarent,& ab omnibus ad exitium quærerentur. Itaque reges & principes, hujuſmodi tunc perſuaſionibus inducti, occidere prophetas Dei,ad unum omnes: Eſajam,ad ſerram: Ieremiam,ad lapides: Danielem,ad leones: Amos, ad vectem: Paulum, ad gladium: Chriſtum,ad crucem: Chriſtianos omnes,ad carceres, ad equuleos,ad furcas, & rupes, ad præcipitia, ad beſtias,ad ignes,commendare, & rogos ingentes, ex illorum vivis corporibus,tantum ad uſum nocturni luminis,& ad ludibrium, inflammare, eoſque non alio numerare loco, quam quo ſordes viliſſimas, & catharmata ac ludibria totius mundi. Sic videlicet accepti ſunt authores, & profeſſores veritatis &c. Conſolationem, contra hæc mendacia, odia, & calumnias,in Chriſtianos, egregia ibi ponitur,ubi inter alia applicatio fit ad ſequentia, & præſentia tempora hoc modo; Breviter Tertullianus ait, adverſus omnes Chriſtianos hanc accuſationem fuiſſe publicam: eſſe eos proditores, eſſe perduelles, eſſe hoſtes humani generis, cauſas bellorum, peſtilentiæ,famis, terræ motuum. Quare,ſi nunc quoque veritas male audiat & eadem quum ſit, iiſdem nunc contumeliis afficiatur, quibus affecta eſt olim,& ſi id moleſtum,& ingratum eſt, novum tamen,aut inſolens, videri non poteſt, Et ea quæ ſequuntur. Porro nulla amplius difficultas reſtat, ſi forte ea incidit, quam non eximunt ipſa verba Chriſti, ubi inculcat ſuis diſcipulis,& affectis, nominis ſui: quod videlicet ab hominibus, odia, perſecutionem, & mortem cogantur perferre, ob nomen ſuum id eſt Chriſtianum.Eodem pertinet monitio Chriſti,veniet tempus, ut, quiſquis interficiet vos,videatur cultum præſtare Deo. Et Paulus ait: excrementa mundi facti ſumus, omnium rejectamenta ad hunc uſque diem. Habeat autem Chriſtiani hanc conſolationem,quod, ſub vexillo Chriſti, extra periculum ſint,cum ſciant, eum eſſe Diabolo, & toto mundo longe potentiorem, illiſque daturus ſit regnum non terrenum, aut caducum, ſed cæleſte,& perpetuum, juxta ipſius promiſſionem; Noli timere, puſille grex, quia complacitum eſt patri, dare vobis regnum. Audient autem tandem dulciſſimam vocem Regis, Paſtoris & Servatoris ſui. Venite, benedicti patris mei,poſſidere regnum, paratum vobis à jactis mundi fundamentis &c. Poſtremo pie notat Chytræus, hodie multos homines perverſos ſcrutari ſcripturas, ut eas corrumpant aut, quaſi obtorto collo, ad defendenda placita ſua, detorqueant, quod proprium eſt ſectariorum, magis opiniones ſuas palliare, quam veritatem agnoſcere, & amplecti conantium. Quod genus Theomachos potius, quam Theologos dixeris.

Suetonius in Nerone, Tacitus, Sulpitius Severus, Oroſius. *Matth. 10. & 24. Luc. 21. Iohan. 10. Corint. 4. Luc. 12. Matth. 25 In viatico itineris extremi. 1. Pet. 3.*

CAPUT

Caput VI.

Cauſæ præcipuæ, ob quas perſecutiones Chriſtianorum fuerint excitatæ.

POtiſſimæ cauſæ poſterioribus temporibus, tam diuturnæ perſecutionis fuère diſſidia inter Epiſcopos; quum unus alii, licet ſub prætextu pietatis, & zelo erga veriorem religionem, attamen ambitione, ſuperbia, & æmulatione præferri cuperet, ſicut antea quoque monuimus. Cui ac-ceſſit inſigne vitium, ADULATIO, qua ſeſe Imperatoribus, ut occaſionem commodiorem haberent, adverſarios deprimendi, inſinuarunt, ſicut de Baſilio Camatero ſcribunt, qui, ut Patriarchatum Conſtantinopolitanum facilius conſequi poſſet ut fertur, Syngrapha ſua ſane turpi & indigna Epiſcopo, ſe obligarit, cuncta, quæ Andronico placuiſſent, ſe executurum, & adverſaturum eſſe, quæ diſplicuiſſent, univerſis. Atque idem cum concorde cœtu ſuorum petente Andronico, religione jurisiurandi, quod Manuelo dederat, ſe liberari, liberatum eum pronunciavit: ut, penes quem eſſet poteſtas ſumma ſolvendi, & alligandi, pro arbitrio, omnia, quæcunque voluiſſet. Etenim (teſte in Epiſt. Caſſiodoro) Adulatio blandè omnibus applaudit, omnibus ſalve dicit: prodigos vocat liberales; parcos & ſapientes; laſcivos, curiales; obſtinatos, conſtantes; pigros, maturos & graves. Hæc ſagitta leviter volat, & cito infigitur. Et Petrus Ravennas in Epiſt. Bene cum magiſtratibus ageretur, ſi ſcirent inter adulationem & laudem diſtinguere. Sed cœca laudis ambitio plus credens alii de ſeipſo quam ſibi, utrumq; recipit indiſtinctè, ampliat eos beneficiis, quos torquere debuerunt, & à præſumptione adulandi ſuppliciis deterrere. Cæterum contra hæc vitia Gregorius Nazianzenus tale remedium, & hortatiunculam præſcribit: Debebant, inquit, Chriſtianorum contentiones, vel ideo eſſe moderatiores, quia, inter tot Dei virtutes, ac nomina, λόγον quoque colimus, Quod ſi ergò inimicitias, atque odia extinguere non poſſumus, illud ſaltem inter nos conveniat, ut myſtica myſticè, & ſancta ſanctè proloquamur, nec in prophanas aures, quæ in vulgus efferri nefas eſt, proiiciamus, nec in perniciem gladios hoſtibus porrigamus, qui quum in ſuis dogmatibus nihil ſibi præſidii, roboriſque conſtitutum cernant: hoc in noſtrarum rerum imbecillitate venantur: ac proinde, quemadmodum muſcæ vulneribus, ita noſtris calamitatibus, aut, ſi mavis, erratis, imminent. Similes querelas admiſcet auctor innominatus in ſuo libello, cui titulum fecit Dolium Diogenis. Et vero, inquit, irreligioſis noſtris de Religione al-

Cap. 39 cent. 1.

Orat. 1. de Theol.

H terca-

tercationibus, infirmamus illam ipſam ſanctiſſimam Chriſti religionem, ludificandos ad indignum modum, Turcis & Iudæis non præbemus. Hi Auguſtini adhuc tempore, Chriſtianis imputarunt, Romani Imperii dilacerationem, ejuſque brevi ſecuturam ruinam. Quid nunc quæſo dicturi eſſent? Quid vero Symmachus Idolorum Pontifex? Is apud Ambroſium perſuadere Arcadio, Honorio, Valentino Impp. volens, unicuique nationi eſſe ſuam religionem relinquendam: Omnes, inquit, gentes, aſpirant ad arcana nomina divinandi, ſed non iiſdem modis, quum nō omnes ſint ejuſdem ingenii, ſed variis viis ad eundem tendunt Deum, &c. Symmachi ſententiam placere etiam Turcis, conſtat ex colloquio Ruſtani Viſiceris Baſſæ, cum Busbegio, legato Cæſareo, ſicut ex ejus Epiſtola videre licet. Quomodo igitur, abſque labe religionis Chriſtianæ, excuſare poſſunt ii, qui, aut jubent, aut permittunt, quum prohibere poſſent, ut Ethnico ritu ſacrificia fiant? ſicut de Demetrio Græculo quodam Romæ, mactante taurum, ad peſtem ſedandam, ex Iovio antea indicavimus. Quam, vel ſimilem hiſtoriam, de Græculo, integram deſcribit, Gilber-

In ſylvali. 8. tus Cognatus, ad quem lectorem, plenius eam cognoſcendi cupidum remitto. Sed forte levia iſta delicta, aſt manifeſte pugnantia, cum ſacris li-

Lib. 9. teris, cenſentur, ſicut Oſorius quoque, dum Iohannis Meneſii, Regis Emanuelis, in India Orientali, præfecti, egregia facinora, & virtutes commendat, tandem fatetur; cum Auguriis deditum, & atra interdum bile laboraſſe, ſed hanc tenuem vitiorum labem, virtutis magnitudine, tanto intervallo, ſuperaſſe, ut majora etiam vitia, in tanto viro, toleranda viderentur, &c. Quaſi vero tenuis vitiorum labes eſſet, vel ullæ virtutes poli-

Levit. 20. verſ. 6. ticæ, licet eximiæ, reperiri in aliquo homine poſſent, quæ majoris faciendæ eſſent, quam neglectus Chriſtianæ religionis; in qua, ſicut etiam in

In vita Franciſci I. Valeſii, Regis Gallarum. veteri Teſtamento, Auguria, tanquam res Idololatricæ, & execrabiles, morteque dignæ, prohibitæ ſunt. Rectiori judicio ſcribit Arnoldus Ferronus exprobrans potius, quam excuſans, de Iohanne Medice, qui militans Gallis in obſidione Ticinenſi, ictus pila plumblea juxta pedis talum, Placentiæ obiit. Sane, inquit, habebatur is rei militaris non imperitus: multum in eo audaciæ ad pericula ſubeunda, multum induſtriæ inter ipſa pericula, ni tantas virtutes ingentia vitia fœdaſſent; Quippe & inaudito jurejurando variè Deum divoſque laceſſebat, & fœdis puerorum amoribus deditus cum eſſet, flagrare vitia libidinis apud eum videbantur. Quin à divinæ majeſtatis contemptore auditas has voces ferunt, Florentinis ſe velle imperare, ſed tamen invitis diis: ſi vellent dii, nolle imperare: quæ vaniſſime diſſipata in vulgus ab iis quibus ei magnum odium, cum crudeli diſſidio extitiſſet, multi inprimis authores prodidere: con-

ferentes

a erentes Medicem, aut Themiſtocli, aut Jaſoni Theſſalo illi, commendato Xenophonte, &c.

Caput VII.

De fatalibus diſſenſionibus & rixis, nec non pacifico animo Chriſtianorum.

FAtalium diſſenſionum, præſertim præſulum originem, tempore Germanorum Imperatorum, Georgius Fabricius ita recenſet. Ante Othonis I. Imperatoris tempora, inquit, de Eccleſiaſticis dignitatibus bello certatum eſſe non legimus, quia præſules non eligebantur, reſpectu nobilitatis, aut factionum, ſed integritatis, atque doctrinæ; neque licebat præſuli, verſari in aulis, aut caſtris, ſed erat addictus ſuo quiſque templo, atque collegio. Verum quum frater Othonis Imperatoris, Bruno, Antiſtes Colonienſis, non contentus ſacerdotio, etiam regno vellet eſſe ſublimis, quumque depoſitis ſacris libris, gladio accingeretur, exemplum invaluit, ut utramque ſibi, & cæteri ſumerent poteſtatem, tractandi ſacra, & gubernandi Rempubl. Hæc Fabricius & ea quæ ſequuntur. Docet autem nos Beda, quomodo probandi ſint præſules, ex moribus externis, mitibus, & humanis, utrum recte doceant, nec ne, ita ut ſæpenumero ex levi nota, faſtus, & inſolentiæ, animi hominum abalienentur, & tota res corrumpatur. Epiſcopi, inquit, pij ituri ad concilium, venerunt primo, ad quendam virum ſanctum, ac prudentem, qui apud eos Anachoreticam ducere vitam ſolebat, conſulentes, an, ad prædicationem Auguſtini, ſuas deſerere traditiones deberent? Qui reſpondebat, ſi homo Dei eſt, ſequemini illum. Dixerunt, & unde poſſumus probare? At ille, inquit, ſi Auguſtinus ille mitis eſt, humilis corde, credibile eſt quia jugum Chriſti & ipſe portet, & vobis portandum offerat: ſin autem immitis, ac ſuperbus eſt, conſtat, quia non eſt ex Deo, neque vobis ejus ſermo curandus eſt. Qui rurſus aiebant; Et unde hoc dignoſcere valemus? Procurate, inquit, ut ipſe prior cum ſuis ad locum Synodi adveniat, ut ſi vobis appropinquantibus adſurrexerit, ſcientes, quia famulus Chriſti eſt, obtemperanter illum audite: ſin autem vos ſpreverit, nec coram vobis aſſurgere voluerit, quum ſitis numero plures, & ipſe ſpernatur à vobis. Fecerunt, ut dixerat, factumque eſt, ut venientibus illis, ſederet Auguſtinus in ſella. Quod illi videntes, mox in iram converſi ſunt, cumq; notantes ſuperbiæ, cunctis, quæ dicebat, contradicere laborabant. Poſt hæc Rex Anglorum Edelfridus, collecto grandi exercitu, magnam Brytonum multitudinem trucidavit, & circiter mille ducentos mo-

De orig. Saxon. l. 6.

nachos ſanctiſſimos, inter orandum. Hæc Beda. Quis autem ille Auguſtinus fuerit, ex hiſtoriis certò non conſtat, niſi quòd Pontificius legatus, & poſt magnam cædem Britannorum, Archiepiſcopus conſtitutus fuerit. Cæterum viri Chriſtiani, ſemper omni ſtudio, & diligentia, conati ſunt, ne legitimo magiſtratui, licet à vitiis & maculis non immunis eſſet, in rebus politicis, & puritatem fidei, ac conſcientiam rectam non concernentibus reſiſterent, vel mandatis refragarent, licet tanquam ſeditioſi & rebelles, at falſò proclamarentur. Sed omnia, quæ vel dici, vel ſcribi atrocia poſſunt, ſumma patientia pertulerunt. Ideo nuſquam legitur, Chriſtianos ſcabeo ſeducere ſolitos, cujus ſit hoc piiſſimum dogma: VT MAGISTRATUI PAREANT. Extat hac de re, præ cæteris, exemplum memorabile, apud Euſebium & Nicephorum Calixtum. Cum enim Nicomediæ proponeretur edictum Diocletiani & Maximiani Impp. crudele, adverſus Chriſtianos, nimirum ut templa ſolo æquarentur, divinæ Scripturæ comburerentur, qui inter Chriſtianos magiſtratum, honoreſque gereret, tanquam infamis removeretur, ſervi, qui Chriſtianiſmum abjurarent, libertate donarentur, & alia multa, in ignominiam, & perniciem illorum, ſtatuerentur: Quidam ex iis primas extitit, qui tantæ ſeveritatis, & crudelitatis indignatione motus, auſus eſt, cum uterque Imperator Nicomediæ eſſet, edictum affixum refigere, diſcerpere, & in minutiſſimas partes conſcindere. Innocuum, tanquam ſacrilegum, & peſſimum hominem, cum eſſet atroci ſupplicio animadverſum, reliqui Chriſtiani jure cæſum eſſe eum pronunciarunt; quod privata cupiditate adverſus Imperatores, & publica decreta deliquiſſet. Non ignoro, hoc factum Chriſtiani illius, tanquam pio zelo ortum, adductis multis rationibus, à nonnullis defendi: à nonnullis vero tanquam illicitum & violentum improbari: ſed de eo aliorum judicium eſto. Non rarò enim permiſit Deus malos principes regnare, propter peccata populi, quamvis eos non probet, permittitque Deus regnare hypocritam,
Cap. 34. ut ait Iobus, ad puniendam pervicaciam populi. De hac autem re plura
Lib. 16. c. 7 tractat Petrus Gregorius Tholoſ. in ſua Republ. ubi inter alia ita concludit: Obtemperandum quidem non eſt principibus, ſi contra legem divinam aliquid imperent; ſed non ideo contra regiam poteſtatem, & regem inſurgere oportet. Sicut vere dicebat Livius de ſubjectis, contra tyrannos SCUTUM MAGIS, QUAM GLADIUM IN EOS SUMENDUM ESSE.

Vbi Scutum dicitur id omne, quod poteſt eſſe pro defenſione: gladius pro invaſione & offenſione accipitur.

CAPUT

Capvt VIII.

De veteribus rixis & æmulationibus Iudæorum ob genealogias.

NOn diſſimiles illis, de quibus paulo ante diximus, diſſenſiones, rixæ & æmulationes, paulo ante adventum Chriſti in carne, accidêre, quum Iudæi inter ſeſe rixarentur, an alius poſſet, ex officio ordinario, docere, quam de genealogia Levitica, unde mirificæ ſectæ ortæ ſunt. Levitæ enim, ut Annius refert, dicebant, nullum poſſe eſſe ſcribam, & doctorem legis, niſi ex genere Levitico, dicente Moyſe, ad populum: Levitæ docebunt judicia tua, Iacob, & legem tuam, ô Iſrael. Econtra Ionathan Benoeziel dicebat, quod etiam Genealogia Iudaica poterat docere. Vnde in Targum Geneſin traduxit: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & ſcriba de filiis filiorum ejus, donec veniat Meſſias. Qui vero erant de tribu Iſſachar, dicebant, quod etiam de ſua geneologia poterant eſſe doctores. Nam Paralipomenon dicitur; de filiis Iſſachar erant viri eruditi, qui noverant ſingula tempora, ad præcipiendum, quid deberet agere Iſrael. Plures alii volebant, quod ex omnibus tribubus & genealogiis, etiam converſorum ad Iudaiſmum poterant eſſe doctores, quia interfectis legis Doctoribus, in Zanedri, Herodes poſuit Zanedrum ex neophytis, & proſelythis, qui dicti ſunt Phariſæi & Scribæ. Vnde & Mayr, auctor totius doctrinæ Thalmuticæ, fuit Iudæus, converſus ad Iudaiſmum, ut ſparſim in Thalmut traditur, & Rabbi Moyſes Ægyptius narrat, in prologo ſummæ de auctoritate Thalmutica. Et ita hæc quæſtio, de genealogia doctoratus, nunquam fuit definita. Altera rixa & altercatio de ſacerdotio fuit; quia ſolum eo fungebantur, qui erant de tribu Levi, & Levitæ probabant ex traditis à Moyſe: alii vero dicebant quòd qui etiam ex gentibus converſi tranſiiſſent in tribum Leviticam, poterant eſſe ſacerdotes, quia Moyſes dicit, de comeſtione agni: Si quis peregrinorum voluerit in veſtram tranſire coloniam, circumcidatur, & ita comedat Phaſe: Et mox ſubdens legem univerſam: Eadem, inquit, lex erit indigenæ, & colono. Ergo eadem lex, & jus erit, colono, tranſeunti in coloniam, & genealogiam Leviticam, ſicut & Levitis. Et confirmabant, quia omnes pagani, tranſeuntes in genealogiam Meſſiæ, erunt etiam Sacerdotes. Itaque hæ & hujuſmodi pugnæ, & genealogiarum interminatarum rixæ erant, & ita vocabantur, &c. Hæ tandem in varias ſectas eruperunt, quæ, depravato vero cultu divino, regno & populo Iudaico exitium pepererunt. Cæ-

In Philonis breviario de temporibus.

Cap. 46.

Lib. 1.

Exod. c. 21.

terum ad genealogias quod attinet, Herodes, quem Magnum appellant, obtinendæ & firmandæ potentiæ ſuæ cauſa, eas ſuſtulit. Is enim cum eſſet Idumæus, alienus à ſtirpe, & ſanguine Judæorum, haberi tamen cuperet pro Judæo, quo magis regnum illorum, quod ab Auguſto Cæſare impetraverat, ſibi, poſteriſque ſuis, confirmaret, omnes genealogias, quæ apud illos in Archivis, ab Abrahamo uſque, diligenter fuerant aſſervatæ, & ex quibus facile, nullo errore, deprehendi poſſet, è quo quiſque genere oriundus eſſet, juſſit incendi, & aboleri, videlicet, ne quid ſupereſſet in poſterum, quo ipſe notari poſſet alieni ſanguinis. Et hanc ob cauſam, multorum opinio eſt, reliquias Judæorum, hinc inde per orbem terrarum hodie ſparſorum, non poſſe certò indicare, è qua tribu quiſque originem ſuam, vel genealogiam ducat, multo minus utrum aliquis ex tribu Juda (unde adhuc eorum Meſſiam expectant) ſuperſtes ſit, necne, licet glorientur ſe, in hac re, tam ignaros non eſſe, quin reliquias tribus Judæ, demonſtrare poſſint. Et memini cum Ferrariæ eſſem, unum, veluti ex ſemine & tribu Judæ oriundum, ab iis magno comitatu prodeuntem, cultum & honoratum fuiſſe, quem ſæpius in aula principis vidi, & diligenter ejus faciem, & mores liberaliores, plane differentes à reliquis Judæis obſervavi, ἦθος ἄξιον τυραννίδος de eo poſſet prædicari, ſecundum Euripidem. Verum eorum opinionem, in hoc homine, regia ſtirpe orto, ſicut in aliis quoque rebus, vanam & confictam fuiſſe, eventus declaravit.

Capvt IX.

De Thalmutiſtarum & Alcoraniſtarum ſomniis, Salomone, Moyſe & aliis.

IVdæi in Thalmuticis, & aliis libris ſuis, pro vera & memorabili hiſtoria recenſent, quomodo Salomo Rex non ſolum ſapientia eximia, ſupra cæterorum hominum captum, præditus fuerit; ſed etiam peculiare donum divinitus habuerit colloquendi, cognoſcendi, & diſcernendi genera bonorum & malorum ſpirituum, eorumque diſtincta officia. Vnde in hodiernum diem magi abutuntur ſigillis, quæ vocantur Salomonis; in ſuis conjurationibus, quaſi cabalam haberent, a rege Salomone tanquam peculiare myſterium relictam. Inter alia autem hiſtoriam, vel potius fabellam talem narrant: Regi huic diem natalem ſuum magno

gno

gno apparatu conviviorum, & regio ſplendore, atque magnificentia celebranti, aſtitiſſe miniſtrando pincernam, quem Rex unice, ob fida ſervitia, & induſtriam diligeret. Quum autem is, officio ſuo, in prægustando & porrigendo cibo, & potu, diligenter fungeretur, forte vidiſſe regem, à tergo ipſius, procul tamen, ſtantem angelum mortis, illique veluti minantem. Hoc viſo, eum perterrefactum, & timentem, ne angulus ille propius accederet, poteſtatemque ſuam in fidelem miniſtrum ſuum exerceret, animo conſervandi eum, & periculi imminentis averruncandi cauſa, juſſiſſe eum, monſtrata clave, mox ire in hortum ſuum ſecretiorem, ubi plantas excellentiores plantarat, ibique decrepere, & ſibi afferre herbam talem, qualem deſcriberet, eamque peculiarem, quæ vel vim differendi, vel propellendi mortem habere crederetur: Pincerna, juſſui regis ſui promtè ſatisfacturus in hortum, inſcius, ob quam rem, hoc tempore convivii, mitteretur, properat, & dum herbam deſignatam repertam decerpere conatur, antequam eam attingere potuit, ſubitò mortuus concidit. Quod cum regi indicatum eſſet, maxime commotus fuit, tum quod carum & fidum Pincernam amiſiſſet: tum quod illi maturius non ſubveniſſet. Interiecto verò aliquo temporis ſpatio, regem iterum eundem Angelum mortis conſpexiſſe, qui Pincernam occiderat, cognitumque compellaſſe, & increpaſſe, quamobrem eum in loco tali, in quem ipſum miſiſſet, & quidem, antequam plantam illam ſalutiferam decerpſiſſet, interfecerit. Quod ſi herbam illam, ſicut juſſus fuerat, ſibi afferri contigiſſet, ſecus cum illo actum fuiſſe; Angelum autem illum reſpondiſſe: Regem ipſum auctorem mortis Pincernæ ſui fuiſſe. Nam ſi officio ſuo, ſi ut cœperat, fungi perrexiſſet, neque tunc vano metu aliò miſſus eſſet, ſe nihil juris, tunc temporis in illum habuiſſe: ſed ſolummodo, eo momento, quo in hortum ſecretiorem, prope herbam illam deſignatam, antequam eam decerperet, veniſſet. Fruſtra igitur ſe, qui mandata divina executus eſſet, incuſari, quum Rex ſeipſum incuſare deberet, quod ſuum miniſtrum, ad locum fatalem, quem alioquin non facile attigiſſet, intempeſtive ablegaverit. Iucunda lectu ſunt illa, veluti cantilenæ & aniles fabulæ, quibus vel noctu interpenſa, tempus fallunt, vel nutrices infantibus ſomnum conciliare ſolent, quos Lalli ſomniferi modos vocat Auſonius. Quemadmodum autem nullus liber tam fabuloſus, futilis, & vanus eſt, quin aliquid ſaltem utilitatis ex illo decerpi poſſit, ita exiſtimo, hanc fabulam cò ſpectare, ut doceamur, mortem tam certam & improviſam eſſe, ut nulla tam efficax ars, nullaque herba, plantave videatur tam ſalutaris eſſe, quæ morti reſiſtere ſua efficacia queat, ſi hora extre-

extrema adeſt, neve ejus poteſtas, & vis vitari poſſit, vel tum maxime, quum remoti longe, & ſecuri ab ea cenſeamur, & parata remedia ante oculos cernamus. Vnde etiam vulgaris verſus:

Cap. 4. *Contra vim mortis, non eſt medicamen in hortis.*

Definiti enim ſunt dies hominis (ita alloquitur Iobus Deum) & numerus menſium ejus penes te eſt. Terminos ejus ſtatuiſti, quos non præteribit. Pie quoque nos Cyprianus ita monet: Noſtra nihil intereſt, aut a quo, aut quando perimamur, mortis & ſanguinis præmium à Domino recepturi.

Eandem doctrinam, mortem videlicet certam, & neminem mortalium etiam ſanctiſſimum, ab ea tutum, & immunem eſſe, alia quoque fabella Alcoranus Mahometicus, craſſiore tamen, complecti voluit. Duo ſunt, inquit Zuingerus, quòrum ſepulchra ignorantur, Abitabil et Moyses, uti nugatur perfidus Mahometus, in colloquio cum Iudæis. Abitabil quidem, quum mortem præſentiret, injunxit, ut poſt obitum, camelus, ſuperpoſito cadavere, ſuo, impelleretur ad eundem quocunque ſors duceret, eundemque ſequerentur, quouſque ſponte procumberet: ſic facto, ubi funus Abitabilis deferens camelus procubuit, fodiendo repertum eſt monumentum, quod Noe præparavit Abitabil. Sepulto eo, amiſſus eſt locus, nec unquam poſtea repertus. Moſes vero, quum ſolus per deſertum vagaretur, forte ſepulchrum vacuum & apertum invenit, recte ad quantitatem ſuam effoſſum: quod admirans, incepit ad propriam ſtaturam metiri. Interea Angelus mortis advenit, ad interficiendum Moſen: quem quum cognoviſſet Moſes, quæſivit dicens, ad quid veniſti? Reſpondit ille, miſſus ſum pro anima tua: cui Moſes? Quis ergo putas eam eripere? per os enim non poteris, quo locutus ſum Domino: neque per aures, quibus audivi vocem Domini: neque per oculos, quibus faciem Domini vidi: neque per manus, quibus donum Dei recepi: neque per pedes, quibus montem Synai conſcendi. His auditis abiit Angelus, formaque mutata, attulit pomum de Paradiſo. Quod, quum olfaciendum porrigeret, recepit Moſes: quumque naribus apponeret, arripuit eum Angelus per nares, per quas, tanquam emungens, animam ejus extorſit. Quo facto remanſit corpus ejus in ſepulchro, a nemine unquam reperto. Ridicula iſta ſomnia eſſent, ſi non blaſphemia, corruptis, per ejuſmodi fabellarum figmenta, ſacris literis, accederet. Quis enim aut Abitabil fuerit, aut utrum unquam aliquis, vel hujus vel alterius nominis, cui Noe monumentum præparaverat, extiterit, non eſt operæ precium, utpote in re vana, accuratiore inquiſitione. Verum de obitu & ſepultura Moſis

Deut. c. 35. viri Dei habemus in veteri Teſtamento expreſſos textus, cum vixiſſet

CXX.

CXX. annis, eum, jubente Deo, in deſerto, poſtquam ex edito monte terram promiſſam omnem illi demonſtraſſet, mortuum, & ibi ab eo miraculoſe ſepultum eſſe, cujus ſepulchrum nemini mortalium adhuc innotuerit: licet S. Iudas in epiſtola ſua faciat mentionem contentionis, quam de ipſius cadavere ſuſceperit Satanas cum Michaele archangelo, qui divinam ei vindictam fuerit imprecatus: Increpet te Dominus Satana. Etſi autem hic vir Dei, in tanta ſenecta, adhuc firma valetudine, & integris ſenſibus fuit: tamen veroſimile non eſt, tam ſanctum virum & Prophetam eximium, migraturum in æternam vitam, cujus tunc ſuavitatem cœperit anima ſua beata guſtare, juſſa Dei detrectaſſe, & cum Angelo mortis ejuſmodi colloquia, averſantia mortem, habuiſſe. Mera itaque & blaſphema figmenta iſta ſunt; quæ in Alcorano ſicut pleræque aliæ, ejuſmodi farinæ, nugæ, continentur. Santior autem ac ſalubrior & quidem myſtica doctrina, in morte Moyſis potius intuenda, quam tam delira ſomnia inculcanda, Moyſen videlicet legislatorem, populum Iſraeliticum ex deſerto in terram promiſſam, & fluentem lacte & melle, ducere non potuiſſe, ſed id munus Ioſue proprium fuiſſe. Non ſecus ac lex divina in Decalogo hominibus voluntatem Dei oſtendit & ſignificat, eoſque reos facit, & magis terret naturam humanam, peccato deformatam, quam ſalvat & purificat: Ita ad æternam vitam alio duce, nempe Ieſu Salvatore, opus fuiſſe, qui nos divina potentia ex deſerto, id eſt, ex hoc mundo in æternam felicitatem perduceret. Hoc ita hexametris ſuis expreſſit Nathan Chytræus. *In Protrepticо.*

Hæc etiam illius erat terræ Cananitidi ora,
Quod Moſi nequiit Iudæam inducere gentem
Huiuſquis vaſtis & ſalebris tumulatus eremi,
Ioſua quod proprium ſibi munus credidit, ipſi
Imponente Deo: Ieſu ſalvantis imago
Ipſa & huic etiam jam tum cognominis ipſi.
Poſt ſoli ſed juſtitiæ mirabilis ortum,
Diffugere umbræ: Chriſtus ſibi ſufficit ipſi,
Et tibi, peccatiſque tuis ſine fraude piandis.

Parum diſſimilia ſunt prioribus fabulis, quæ Palladius, ex libro Apocrypho, qui appellatur Pœnitentia Iamnis & Mambrіæ refert: Iamnem & Mambrem videlicet, fuiſſe fratres, propter magicæ artis excellentiam maximam apud Pharaonem & Ægyptios tunc temporis habentes auctoritatem, atque poteſtatem: qui dum vivi eſſent, intra quandam Ægypti ſolitudinem, in hortis quibuſdam ſepulchrum ſibi conſtruxerunt ex lapidibus, quatuor pedum magnitudine, multumque auri ibi condiderunt, *In vita Macarii.*

runt,

runt, & omnis generis arbores plantaverunt, & maximum aquæ puteum foderunt, ſperantes fore, ut poſt ſuum obitum in illo paradiſo deliciis fruerentur. Hic autem locus, ut communis illius regionis fama ferebat, à Dæmonibus tenebatur atque cuſtodiebatur. Inceſſit Macharium cupido viſendi locum, profectuſque cum jam prope acceſſiſſet, obviam illi occurrerunt plures Dæmones, variis formis, alii clamantes, alii exilientes, alii magno cum ſtrepitu in eum ſtridentes dentibus, alii figura corvorum eum involantium: quibus evaneſcentibus, ingredienti jam paradiſum occurrit Diabolus, cum diſtricta romphæa ei minitans: quem facto crucis ſigno repellens, ingreſſus eſt locum, omniaque contemplans, reperit cadum æneum, catena ferrea pendentem ex puteo, jam tempore conſumtum, & fructuum malorum punicorum, quæ nihil intus habebant; fuerant enim areſacta ſole, & plura aurea donaria, &c.

Caput X.

De [illegible] ſuperſtitioſis perſuaſoribus. De judicii [illegible] poſtremo. Nec non de Tiſ[illegible]rum Degnal, & Judæorum Bencobam

Auctarium Cap. 41. Centur. [illegible]

SEmper magna, & quidem intoleranda, conjuncta cum impietate, fuit curioſitas ſuperſtitioſorum hominum, qui non ſolum, neſcio quæ ſomnia, falſa commenta atque traditiones, de certo tempore & die præfinita extremi judicii & futuris rebus, [illegible] ſunt, ſcelerata [illegible] perfricta fronte, id perſuadere voluerunt. Qui tamen [illegible] & [illegible] impoſtura deceperunt, & [illegible]. Quemadmodum contra pluribus rationibus & argumentis [illegible] animus. Fuere certe [illegible] prudentiores Gentiles, quam iſti impoſtores, nominetenus Chriſtiani, multoque circumſpectiore & cautiores. Inter quos fuit Iſocrates, qui allegat Homerum, Deos de futuris deliberantes, ut oſtenderet futurarum rerum præ[illegible] non eſſe noſtri ingenii, ſed humanæ ſapientiæ [illegible] [illegible] ex cedere. Ob hanc rem [illegible] viri, non quidem ſola [illegible] philoſophia & humana, ſed ſacris [illegible] & edocti, avertendus eſſe. Danielis [illegible] ab ipſa curioſitate mentis oculos, & ſibi domini temporum & momentorum [illegible] ſententiam permittendam. Quam ſi filius Dei ab humanitate ſua, ut ejus non propriam, removit, quis cum docuerit? Attendenda

ten lenda igitur graviſſima ejus admonitio, qui diſcipulorum curioſita[illegible] [illegible]ſcens, ut ſe ipſo potius cogitare juſſit: ATTENDITE [illegible] VOBIS. [illegible] igitur [illegible], qui [illegible], terminos ſuæ [illegible] vocationis excedere, & de futurarum rerum [illegible] ſibi nomen & auctoritatem [illegible] ſtudent. Ex hoc genere [illegible] fuit Thiota, de quo in Annalibus Francorum, incerti auctoris cum aliis a P. Pythœo primum editis, dein & a Marquardo Frehero ſub Annalium Fuldenſium nomine repertis, ita legimus: Anno DCCCXLVII. tempore Hludovici Regis, & Hrabana Epiſcopo Moguntinenſe, mulier quædam de Alemanniæ partibus, nomine Thiota, Pſeudoprophetiſſa, Moguntiacum venit, quæ Salomonis Epiſcopi Parochiam ſuis vaticiniis non minime turbaverat. Nam certum conſummationis ſeculi diem, aliaque perplura Dei ſolius notitiæ cognita, quaſi divinitus ſibi revelata, ſcire ſe fatebatur, & eodem anno ultimum diem mundo imminere prædicabat. Unde multi plebeij utriuſque ſexus, timore perculſi, ad eam venientes, munera illi ferebant, ſeque orationibus illius commendabant. Et quod gravius eſt, ſacri ordinis viri, doctrinas Eccleſiaſticas poſtponentes, illam quaſi magiſtram, cœlitus deſtinatam ſequebantur. Hæc in præſentiam Epiſcoporum apud S. Albanum deducta, & diligenter de ſuis aſſertionibus requiſita, Presbyterum quendam ſibi ea ſuggeſſiſſe, & ſe talia quæſtus cauſa narraſſe, confeſſa eſt. Quapropter Synodali judicio, publicis cæſa flagellis, miniſterium prædicationis, quod irrationabiliter arripuit, & ſibi contra morem Eccleſiaſticum vindicare præſumpſit, cum dedecore amiſit, ſuisque vaticiniis [illegible] finem impoſuit. Hujus Thiotæ ſeductricis faciunt quoque mentionem Sigebertus, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Wernerius Rolewinck & alij. [illegible] huic [illegible] curioſum vatem, cujus in allegato capite falſas prædictiones, [illegible] literis annum continentibus, vel [illegible], JESUS [illegible] reXIV D[illegible] M;1532. de tempore deſtinato & certo poſt [illegible] dierum, recenſet, [illegible] in dementia faſcinati ſuperioribus annis Anabaptiſtæ Hollandi. Ita enim de iis ſcribit Lambertus Hortenſius Montfortius: Major [illegible] inter ipſos vates, quos Prophetas ipſi dixêre, ficto [illegible] vaticinari [illegible] credulis, quicquid venit in mentem, cœperunt. Horum vatum [illegible] illud fuit, extremam humanorum diem [illegible] ſpatio affuturum. Multi mortales eo perterrefacti, arbores in agris conſcenderunt, ibi Chriſti adventum exſpectaturi. Aſt ubi eorum expectationem exitus feſellit, tamen [illegible], domos quiſque ſuas redierunt. [illegible] jam [illegible] ſecta [illegible] Verlio, ſed nequaquam ſerius, quam [illegible] & [illegible] Multo plurima delirorum ad genus & faſcinatorum hominum exempla

Matth. 25.

Detu [illegible]

I 2 relata

relata leges à Martino Delrio Jeſuita in Comment. ad Senecæ Tragœdias.

Eodem modo Turcæ, de ſuo Antichriſto, quem Degnal vocant, fabulantur, eum ante diem judicij venturum, quem nominantes, ſemper vocem Lain adiiciunt, ut improbum, maledictum, & ſceleratum fore oſtendant.

Lib.16. Ejus autem præcurſorem faciunt Mechdim, de quo plura in hiſtoria Mu-

Vi in libro ſulmana, opera Leonclavij noſtri edita.

Schebhet Judæi quoque ſæpius ſub ſpecie falſi Meſſiæ vel Antichriſti decepti ſunt,

Iehudah quem Thalmutiſtæ Barcosban vel Bencosban nominant, id eſt, filium mē-

legere eſt. dacij, quia decepit eos, de quo Annius ita ſcribit: Si volumus ſcire, quantū regnaverit falſus ille Meſſias, hoc pacto ſciemus. A trigeſimo primo anno

In Brevia- Herodis, uſque ad vigeſimum nonum Agrippini (ita nominat Philo Agrip-

rio Philo- pam ultimum) numerantur à Philone atque Thalmutiſtis, anni centum &

nis, de tres. Cœpit autem legitimus principatus Herodis, ejus regni anno XXXII

temporib⁹. qui erat Octaviani Auguſti Annus XLII. ut per Olympiades notatur, & Euſebius annotavit. Quare eo anno verè fuit oblatum ſceptrum de tribu Juda, quo natus fuit, qui mittendus erat, Meſſias. Si verò ab hoc anno 42. Octaviani, qui erat primus legitimi principatus Herodis, numeremus, uſq; ad vigeſimum nonum Agrippini, ſupradictos centum & tres annos, utiq; pervenimus ad quintum annum Traiani Imperatoris. Ergo ſequente anno ſexto Traiani, cœperunt ſimul regnare, Agrippinus & Bencosban. Porro, ut ipſi Thalmutiſtæ, atque Latina hiſtoria docet, & Euſebius de temporibus diligenter annotat: Anno Hadriani decimo ſeptimo, Bencosban ingentiſſima clade cum Hebræis, à Legionibus Romanis accepta deletus eſt. Quare Bencosban regnavit, falſi Meſſiæ nomine, annis XXX. una cum Agrippino, qui a totidem ſupputantur à ſexto Traiani, qui imperavit annis XIX. uſq; ad ſucceſſoris ſui Hadriani annum XVII. Si quis verò curat intelligere geſta hujus Meſſiæ, quærat à Thalmutiſtis, & cum primis librum Schebhet Jehudah, & legat Euſebium, cum Eccleſiaſtica hiſtoria, & Joh. Buxdorfij Synagoga Judaica, cap.36. In qua & de Chriſtianorum Antichriſto, quem Armillum Judæi vocant, ex libro Abkas Rochel, hæc leguntur, quæ non pæter ì cui eſſe exiſtimavi, ut in hoc caput tranſcriberentur, & Chriſtianorum quorundam ſimilia ſomnia, certo nihilo prudentiora vaticinia; confunderent. Aiunt inquit, Romæ marmor aliquod eſſe, imaginem virginis præ ſe ferens quod manibus humanis factum non ſit, ſed potentia divina tale extiterit. Ad imaginem iſtam ſeſe congregabunt homines impiiſſimi, quotquot in mundo ſunt, amoreque illius flagrantes, cum illa incelle conſueſcent. Hinc Deus creaturam figuramve infantis in marmore eodem efformabit. E marmore iſto tandem dirupto infans iſte prodibit. Hic Armillus

Haraicha,

Haralcha, id eſt, Armillus iſte impius, nominabitur. Is erit iſte, quem Vmos Chriſtiani ſive Antichriſtum vocabunt. Longitudo altitudoque ejus decem ulnarum erit. Inter oculos ejus ſpatium palmæ tranſverſalis patebit. Oculi ejus profundè in capite jacentes rubei erunt: capillum habebit ad inſtar auri fulvum: plantæ pedum ejus virides erunt. Capitibus duobus deformis erit. Iſte ad impium Regem Romanenſem veniens, ſe Meſſiam illum & Deum Romanenſium eſſe dicet. Cui Romani mox fidem adhibentes, eum ſuper ſe Regem conſtituent. Eum filij Eſavi (ita Chriſtianos vocant Judæi, Eſavitas ſc. & Idumæos) omnes amabunt, ei ſe prorſus agglutinantes. Is ditionem totam ſibi ſubjugabit, & ad liberos Eſavi ſive Chriſtianos. Afferte mihi, dicet, legem iſtam, quam vobis ego dedi. Quam iſti ei tunc afferent, una cum libro ipſorum Precatorio, quæ ille pro confeſſis & veris acceptabit, ſe illis eam legem eumque librum dediſſe dicens? Et ab illis, ut in eum credere velint, efflagitabit. & quæ ſequuntur. Cæterum, de certo tempore adventus Chriſti Salvatoris, ad judicium univerſale, nulli homini, neque angelis, neque ipſius Chriſti humanitati conſtare, antea dictum eſt; licet mundo, ex perſuaſione nonnullorum, ſex millia annorum, in Thalmuticis libris attributa ſint; & citatur quoq; ex Irenæo martyre: Quot diebus hic factus eſt mundus, tot & millenis annis conſummatur. Si enim dies Domini quaſi mille anni. In ſex autem diebus conſummata conſtat, quæ facta ſunt. Ipſorum conſummatio ipſorum ſextus millesimus annus cenſetur. Sic Tertullianus, neſcio quibus rationibus, ſcribens contra Marcionem, poſt mille annos deſignat judicium adventurum. Rectius certe B. Auguſtinus: Diem noviſſimum inquit, *Super* ſcimus venturum: utiliter autem ſcimus venturum, & utiliter ignoramus, *Pſal.36.* quando venturus ſit; ut ſemper paratum cor habeamus bene vivendo, & non ſolum timeamus venturum illum diem, ſed amemus, &c. Non fruſtra *Actor. 3.* igitur hunc diem à Petro Apoſtolo, refrigerij tempus dictum fuiſſe, antea diximus, & rectè quidem magnâque cum conſolatione piorum, ad vitam æternam aditus, refrigerium dicitur, quia refrigerabit laſſos, & feſſos, ſicut quoque dicitur merces, quia compenſabit labores & miſerias, quas habuerunt aliquando pij in hac vita. Cæterùm in computationibus annorum, ſi de noviſſimo die locum haberent, facile errari, antea monuimus, quando in radice temporis dubium exiſtit, cum etiam Olympiades non adeò certæ ſint, licet pleriq; certum temporis curſum inde colligant. Hæc incertitudo in computationibus annorum, commovit Thucydidem graviſſimum ſcriptorẽ, quod negaret certum tempus de annuis magiſtratibus aut ſimilibus notationibus, poſſe indicari cùm aliis de cauſis, tum quod res talibus converſionibus annuis, aliæ incipientibus, aliæ mediis, aliæ

De creat. mundi. (margin, beside "ex Irenæo martyre")

vertentibus geſtæ, fluctuent atque implicentur. Ideo ipſe tempora in hyemes & æſtates diviſit, quibus & compleri & dimidiari annos, omnibus perſpicuum eſt. Cæterum diem illum univerſalem judicij, & adventum Chriſti, non abſque graviſſimis rationibus tectum & occultum eſſe divina
Matth. 24. providentia voluit. Quamobrem non fruſtra monendo ſuos: Neſcitis,
Marc. 13. inquit apud Evangeliſtam Matthæum, qua hora venturus ſit Dominus veſter. Imo ſeipſum horam illam ſupremam dicit neſcire. Quod tamen ita intelligendum eſt, ſicut Nazianzenus interpretatur: Ecquis, ait, dubium eſſe poteſt, quin horam quidem judicij, ut Deus, cognitam habeat, ignoret autem, ut homo? Quæ incertitudo temporis adventus ejus ſane eleganter conſideranda & perpendenda eſt. Hæc enim, quemadmodum plerisque fere omnibus ſegnitiem & ſecuritatem atque incuriam inducit, ita intentionis & vigilantiæ ſtimulis, monentibus id nos piis viris, [illegible] eſſe debet. Nam conſulto abſconditam nobis eſſe voluit Deus, ut ne ullo momento ſecuri, continuas has excubias agamus. Qualis enim fidei & patientiæ eſſet probatio, ſi fideles tota vita otioſe vagantes in ſuis deliciis, in Chriſti occurſum triduo vel pluſculos dies ſe ante accingerent? Nefas itaque pij putant, abſcondita ſcrutari, & ſua commenta cum Dei veritate permiſcere. Cenſent autem potius, perpetuas excubias agendas, ne nos dormientes opprimat, qui venturus eſt, ſicut in diebus Noe, & ſicut fur in nocte. Quare ſatis eſt nobis, intelligere incomprehenſibile gaudium, quod ſperamus: & infinitum cruciatum, qui omnes incredulos manet. Nihilominus nobis ſigna præcedentia attentè obſervanda, & quid illa portendant piis cogitationibus conſideranda ſunt. Scriptura enim ſacra diſertè præmonet ante diem ultimum, Deum in Luna, Sole, & aliis creaturis, non dubia ſigna ſui adventus editurum, ne nos imparatos deprehendi contingat; ſed maturè nos ad illum excipiendum præparantes, ſuccinctis renibus & lampadibus accenſis, cum præſto ſimus, nihil nos remoretur, quo minus ſponſum, in thalamum intrantem, ad
De provid. Dei mei fol. 42. nuptias comitemur: ſicut Spinæus pluribus, & quidem piè, monet. Præcedentibus, & veluti præmiſſis nuntiis, hiſce ſignis, tandem Judex omnium, viſibili forma, qualis aſcendere in cœlum viſus eſt, poſt expletum Electorum numerum, & hujus Mundi machinam, igne repurgatam, veniet è cœleſtibus ſedibus, ac apparebit omnibus, cum inviſibili regni ſui majeſtate, cum immortalitatis fulgore, cum immenſa divinitatis potentia, cum Angelorum ſatellitio innumerabili & coram eo apparebunt, quicunque a condito mundo homines extiterunt. Inde jam jubemur, illum exſpectare redemptorem, ad diem illum, quo agnos ſegregabit ab hœdis, & electos a reprobis. Nec erit quiſquam, aut vivorum

aut

aut mortuorum, qui judicium ejus effugiat. Ab extremis enim orbis angulis exauditur tubæ clangor, quo ad ipſius tribunal accerſentur omnes: tum quos ille ſuperſtites deprehendet, tum quos iam antea è vivorum conſortio mors ſuſtulerit. Non audiendi igitur ſunt illuſores illi ſive ἐμπαῖκται, quos cavere jubet B. Petrus, Ii enim venient, in noviſſimis diebus, juxta proprias concupiſcentias ambulantes, & dicentes: Vbi eſt promiſſio, aut adventus ejus? Ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturæ, &c. *Epiſt.2.c.3.* Quamobrem pernicioſa eſt Sathanæ impoſtura, dum hominibus perſuadet, longe adhuc abeſſe judicium, neque opus eſſe, ut ſingulis horis, imò momentis, illud expectent, cum tamen mandatum Chriſti, & Apoſtolorum doctrina vigilantiam ſummam requirant. Huc pertinet tam diligens exhortatio ad vigilandum & cuſtodiendum veſtimenta, in ſacris literis propoſita. Ad quam ne aliquis in reſurrectione nudus reperiatur, videtur reſpexiſſe Macarius eremita Ægyptius, ubi dicit: Debet igitur quisque noſtrum contendere omni labore, ac virtutum ſtudio, & cum fiducia poſtulare à Deo, ut interior homo gloriæ illius, ab hoc vitæ tempore particeps fiat, & in ſanctitate illa, de Spiritu ſancto participet anima, ut purificatis vitiorum ſordibus, habeamus in reſurrectione quippiam, quod contegat nuda corpora noſtra reſurgentia & deformitatem operiat, vivificet, & in regno cœlorum perpetuò quietè collocetur. *Homil. 5.* Chriſtus enim, ut ſacræ ſcripturæ perhibent, deſcenſurus eſt è cœlo, & ſuſcitaturus omnes filios Adæ, quicunque ab initio ſeculi dormierunt. Quos omnes in duas partes conſtituet, & hos qui peculiari ſigno notati fuerint, hoc eſt, ſigillo ſancti Spiritus, veluti peculiares accerſet, & ſtatuet à dextris. Idipſum præmonet Iuſtinus Martyr: Mortuum Filium Dei, inquit, tandem hac de cauſa, ut fide per ſanguinem & mortem ejus expiaremur, & reſuſcitatum Deus cœlo intulit, tantiſper eum DETENTURUS, dum hoſtiliter adverſantes ei Dæmones percutiat; & eorum numerus, qui boni atque probati eſſe DEO præcogniti ſunt, expleatur. Tum enim è cœlis, cum gloria & angelica militia ſua adveniet, aderitque, ſi ut prædictum eſt, cum omnium etjam, qui unquam extitêre, mortalium corpora excitabit. Atque dignos quidem induet natura incorruptibilitatis univerſæ experte: Iniuſtos autem in perpetuo ſenſu, una cum malis geniis, in ignem mittet ſempiternum, &c. Rectè itaque & pie ſentiunt, qui Mundum immundum, hoc noſtro ſeculo, comparare ſolent cum ruinoſa domo, ex qua, ob metum periculi, omnes habitatores ad tutiora loca migrare maturè feſtinant, antequam improviſo caſu obruantur. *Lib. de mortal.* Quam ſimilitudinem Cyprianus ita eleganter illuſtravit: Si, inquit,

inquit, in habitaculo tuo parietes vetuſtate nutarent, tecta deſuper tremerent, domus jam laſſa, ædificiiſque labentibus ruinam proximam minitaretur, nonne omni celeritate ad migrationem feſtinares, & de rebus tuis cogitares? Mundus ecce nutat & labitur, & ruinam ſui non tam ſ[illegible] ce-rum, quam fine teſtatur, &c. Huc ſpectat pium diſtichon Chytræi.

Mors certa eſt, incerta dies, ipſa horaq; mortis,
Conſulat ergo animæ, qui ſapit ipſe ſuæ.

Prolixiorem me fecit, in hoc capite, recens luctus meus domeſticus, ſane acerrimus, ob pie defunctam conjugem meam, & veluti abſciſſam dimidiam partem corporis mei, cum qua vixi plus quam XXXVI. annos, ut veteres locuti ſunt, abſque bile & querela. Nullas autem conſolationes in hoc mœrore meo efficaciores reperi, quam in ſacris literis, & præter eas meditatione noviſſimi diei, qui, ut ſupra dixi, rectiſſime refrigerium dicitur. Remedium itaque efficaciſſimum in iis reperi, recte curans & ſanans vulnera animi, cum in reliquis ſcriptis nihil tale ſalutiferum, ſed ſolummodo cicatrices leniens, exſtet. Hunc diem vel univerſalem, vel particularem, ratione ſenectutis meæ (ſeptuagenario enim major hæc ſcribo, quem terminum ordinarium Moyſes, vir Dei, vitæ hominum ſtatuit) ante fores pulſare cum ſentiam, me mirifice recreat, cum cogito, exantlatis & depoſitis tot laboribus, ærumnis & moleſtiis, ægritudinibus & perturbationibus, nec non lividorum morſibus & obtrectationibus, (quibus ab ineunte ætate hucuſque vita mea ſæpenumero obnoxia fuit) mox in ſorte beatorum una cum cariſſimis noſtris, quos hactenus abſentes magno cum deſiderio deploravimus, reſurrecturos, & deinceps in ſinu Abrahæ, tanquam membra myſtica, cum paſtore & capite noſtro Chriſto, in manſionibus, quas ſanguine ſuo nobis peperit ac paravit, in æterna felicitate, expertes omnis luctus & miſeriæ, cum cœtu electorum, & Angelis ſanctis, victuros & permanſuros. Veni ergò, imo veni Domine Ieſu, exclamo cum Evangeliſta & Apoſtolo Ioanne in fine Apocalypſeos ſuæ.

CAPUT XI.

De Iudæorum & Mahumetis, ejuſque ſectatorum pertinacia & impoſtura.

Cap. 24. cent. 1.

Diximus in proximo antecedente capite, & antea quoque in [illegible] centuria de Iudæorum everſo templo, de eorum regno autem florentiſſimo, obſtinatia & ſeditione contra Romanos, & quam cruenta bella, cum ſua ipſo-

ipſorum tamen clade, & internecione, excitarint, hoc loco nonnulla attexemus. Præ cæteris autem admodum cruentum fuit, quod, poſt natum Chriſtum anno 138. regnante Adriano Imperatore geſtum eſt. Cujus in ipſorum Thalmuticis mentio hiſce verbis fit: Adrianus Cæſar haraghe Alechſandria ſchel Mizraim Ichiſchim ribbo al ſchiſchim ribbo kifaliimke joze mizraim. Veſpaſianus Cæſar hârach bichrach Biter arbameos ribbo, id eſt, Adrianus Cæſar occîdit Alexandriæ, urbe Ægypti, ſexagies decem millia Iudæorum, & iterum totidem, hoc eſt duplo plures, quam ex Ægypto exierunt. Veſpaſianus Cæſar occîdit quater centum decies millia Iudæorum, in urbe Bitera. Etſi autem hæc multitudo immensa, non ſecus ac alia multa, in illis libris Thalmuticis, id eſt, doctrinalibus, fabuloſa videtur: tamen non eſt dubium, multa millia ſeditioſorum, utriuſque ſexus interfecta tunc temporis fuiſſe: inprimis cum Adrianus, non abſque labore, & ſanguine ipſorum, Pſeudo Meſſiam, ſi ut paulo ante recenſuimus, Bencochab, id eſt, filium ſtellæ, quem poſtea Bencosba, & Barcozabh, id eſt, filium mendacii, vel Bencuzibha, id eſt, filium noſhum, ut in libro Schebhet Iehudah legere eſt, nominarunt, oppreſſiſſet. Fracta autem & conciſa tunc temporis eorum potentia, & vires bellicæ videbantur, ut deinceps nullam uſpiam, in orbe terrarum, certam ſedem, nullum proprium domicilium, non libertatis, aut juris ſpeciem, habuerint: Et nunc quoque diſperſa fere per univerſum orbem terrarum, exul & ſervilis natio, neque Dei religionem tueatur, & in omnium pene mortalium odium, qui eos propter vitia, & ſordes fugiunt, incurrerit. Id Turcis, in quorum regno ingens multitudo Iudæorum degit, & conductis teloniis negotiatores, ad decipiendum, & impoſtores egregii ſunt, non ignotum eſt; ita ut licet, hoc noſtro tempore, ſolummodo in urbe Theſſalonice, ultra 70. millia Iudæorum, utriuſque ſexus eſſe, peregrinatores qui ibi fuerunt, affirment: tamen illos admodum exoſos habent, & contumelioſo nomine SCHIBOUT appellant, neque cum illis commercium vel conjugium, ſicut cum Chriſtianis, habent. Sordes autem & fœtor, non ſolum ex allio, & cæpis, quibus frequenter in cibo utuntur, illis familiaris, ſed etiam in opprobrium à Deo rejectæ & invitæ gentis, tanquam macula perpetua, videtur innatus eſſe, eoque reſpexiſſe Ammianum Marcellinum, cum eos fœtentes tumultuantes vocat. Iudæos autem olidos ere .i. & virulentum exſe odorem emittere, notat Philelphus, ſive id ex mala victus ratione accidat ſive ex eo, quod menſarii fere ſint, nullaque exercitatione utantur, alimentum probe non concoquunt: Vnde fœtidæ fuligines per corpus univerſum expellantur. Alludit huc fortaſſis Martialis, ubi dicit:

In lib. Cothin.

Lib. 22.

In epiſt. ſuis volum. 2, lib. 2.

Et jejunia Sabbatariorum.

Cauſam referunt in id quod jejuni malum habent anhelitum, ſicut

Vol. 2. lib. 2. Zuingerus de Iudæis, & viris, atque mulieribus, plura retulit in ſuo theatro humanæ vitæ. Puto enim fabuloſa eſſe, quæ de pœnis Iudæorum juxta tribus ſuas diſtinctis refert M. Franciſcus ex Iudæo Chriſtianus factus, in ſingulari ea de re inſtituto libello: quum ſupra demonſtraverim, eos tribuum ignorare diſtinctiones. Quomodocunque autem ſeſe res habeat, ſæpius obſervari hunc fœtorem vel ex ſordido victu, vel à natura graveolentia, alioque vitio ortum in Iudæis, tam in Italia, quam in Germania, ubi natio iſta adhuc ſordide vivit, & ſtabulatur: Præterea memini autem cum juſſu Ducis Ferrariæ Alfonſi, in cujus nuptiis, cum Barbara Auſtriaca, Imperatoris Ferdinandi filia, Comœdiam, de origine, vita, & obitu Turcorum, Turcicis, & quidem ſumtuoſis veſtibus, nocturno tempore (ſicut Italis mos eſt, ut accenſis innumeris cerei candelis oloribus, oculos ſpectatorum rectius perſonæ ficta fallere poſſint) Italico ſermone ſplendide agerent. Actores enim illi omnes erant ex Aſia, & parte Europæ, Turcorum tributarii. Facile autem conceſſerio, hircoſum illum odorem huic genti familiarem ex otio & ſedentaria vita, atque vitioſis humoribus augeri, cum experientia teſtetur

In commentariis Ariſtoxeni. eos, qui uſque ad ſudorem laborant, melius olere. Et ob eam rem legimus Alexandri Magni ex bona conſtitutione corporis, & perpetuo exercitio militari odorem ex cute gratiſſimum efflaſſe; os ejus totumque corpus reddidiſſe fragrantiam, quam interiores tunicæ retinebant. In cauſa fortaſſis etiam fuit fervidum & igneum corporis ejus temperamentum. Gignitur enim odoris ſuavitas, ut Theophraſti eſt opinio, concoctis à calore humoribus. Vnde aridi & fervidi tractus, plurima & optima aromata edunt. Exhaurit enim ſol humorem in ſummis corporibus exiſtentem, ut putredinis materiam, ſic ut Plutarchus obſervavit. Huc referri poteſt, quod Plinius de Parthorum oris graveolentia ſcribit propter immiſſeretos cibos, & quod grano ex Aſſyrii malo in eſculentis ſibi medentur.

In Alex. & lib. 1 conviv. q. 6.

Lib. 11. c. 53.

In Argumento Ep. Pauli ad Roman.

In Apolog. Iudæic. antiqu.

Cæterum judicium Eraſmi Roterodami de Iudæis, iſtale: Eſt, inquit, ei genti quædam pertinacia, nec ulla unquam ſuæ religionis tenacior, ut eleganter docet Ioſephus. Adhac, ut Iudæorum natio tum omnibus orbis nationibus peculiariter invita, ita viciſſim omnes execrabantur illi, eu impuros, prophanos; ac impios, adeo ut nec congreſſu dignarentur, & templum ſuum pollui crederent, ſi quis forte incircumciſus eſſet intro illos. Tantum erat præciſæ pelliculæ ſupercilium, & … inter cæteros autem impoſtores fuit admodum famoſus, qui, poſt

natum

natum Chriſtum, Anno 434. Judæos, ex Creta, per mare, in continentem, & promiſſam terram, ſicut Moyſes per mare rubrum fecit, ſalvos & incolumes ducturum promiſerat. Cum autem, ex quodam præcipitio ejus aſſeclæ ſe præcipitaſſent, & in mari miſerè periiſſent, ſicut ante retulimus, & illum Cretenſem Moyſem (ſicut deinceps appellatus eſt, comprehendere vellent, confeſtim diſparuiſſe ferunt; hinc ſuſpicati ſunt, pernicioſum quendam dæmonem, ſub humana ſpecie, gentem hanc in exitium perducere voluiſſe, ut Nicephorus Caliſtus autor eſt. Quomodo autem olim, & hodierno die adhuc natio illa pertinax, erga Chriſtum, & Chriſtianos affecta ſit, experientia teſtatur. Omnibus enim artibus, & viribus occultis, & ſi poſſunt, apertis, odium atrox erga Chriſtianicolas oſtendunt, & arcana illorum ex propriis ipſorum libris ſumma diligentia & accuratione collegit Johan. Buxdorffius, Profeſſor Baſilienſis. Hoc teſtantur miſera mancipia, quæ ideo magno pretio ſæpenumero à Turcis emunt, ut crudelius in ea ſævire, & odia ſua explere poſſint.

Cap. 42. cent. 1.

Li. 14. Hiſt. Eccleſ. c. 40.

In Synagoga Judæor.

De mira quoque Judæorum & impia aſtutia meminit Joannes Vaſæus, quæ cùm rara & admodum malitioſa ſit, huc inſerere volui. Scribit enim, ſe in ſchedis quibusdam Nicolai Clenardi, viri undecunque doctiſſimi, legiſſe, quas ille in Africa conſcripſerat (dum illic Arabicarum literarum peritiam, ad bellum Antimahumeticum, quod parabat, indefatigabili ſtudio conſectabatur.) totum Mahumetiſmum, decem Judæorum commentum fuiſſe: Hoc Judæos excogitaſſe, ut Chriſtianis inſignem aliquem excitarent hoſtem, ac de ea re extare librum apud Judæos. Idem (pergit Vaſæus) olim mihi retulit Germanus quidam, vir probus, & eruditus, qui multos annos in Africa ſuorum negocia geſſerat, & dum reditum pararet in Hiſpaniam, ſiniſtris auſpiciis captus, duram apud Mauros ſervitutem ſervierat. Is mihi affirmavit, audiſſe ſe à viris gravibus, in Africa, Judæum quendam aſtutum, angelum ſe mentientem, Mahometi nocturnis illuſionibus perſuaſiſſe, ut ridicula multa, & à rerum natura abhorrentia Alcorano ſuo infarciret, uti Judæos tam ſtultæ legis ludibrio à ſecta Mahumetica averteret. Cæterum ad Mahumetem quod attinet, quemadmodum is in vita impoſtor & planus fuit; ita ejus Secta & imitatores poſt mortem ipſius eodem modo peregrinatores, ad ejus monumentum, vel potius cenotaphium, quotannis catervatim, religionis ergo accedentes, decipiunt. Qualis autem peregrinatio hæc ſit, ſicut ex plurimorum hiſtoricorum prolixis ſcriptis conſtat, ita ſingularia & haud vulgaria recenſendo eam paucis comprehendit Proſper Alpinus. Ita enim Guilandino ſuo collocutori refert. In Arabia felici civitas eſt primaria, Mecha dicta, quæ eſt ad mare rubrum ſita, ab ipſaque altera Medina vocata, di-

In Chron. Hiſpaniæ.

De plantis Ægypt. c. 14.

ſtat itinere octo dierum, in qua eſt ſepulchrum Mahometis, ipſorum Pſeudoprophetæ. Ad quod ſingulis annis, ex Ægypto, duodecim vel quindecim millia peregrinorum ſe conferunt, ſacrificaturi, & holocauſtum oblaturi. His præficitur Dux quidam, qui trecentorum militum præſidio illos omnes peregrinos, Mecham, Medinamque conducat, & mox Cayrum reducat, incolumes ab iniuriis Arabum, qui non rarò, in his deſertis, eos invadunt & occidunt, ac deprædantur. Vivunt enim Arabes hi rapina victum quæritantes, ſuntque ferociſſimi, atque audaciſſimi, habentque equos velociſſimos, quibus utuntur, legeque ſancitum etiam habent, ut nuſquam conſiſtere queant, ſed continuo equitent, degentes ſub tentoriis. Peregrini itaque duce illo, quem Hamirag appellant, rectà Mecham pergunt; deinde redeuntes, proficiſcuntur ad ſepulchrum Medinæ quod iter perficiunt diebus quadraginta: Medinæ, & Mechæ per alios viginti morantur. Turcarum Rex Medinam mittit duos præfectos, quorum alter ſacris præeſt, & alter prophanis & militibus. Mechæ verò, quæ Turcarum Imperio non omninò obedit, præeſt quidam Arabum princeps, quem Seriph appellant. Hoc nomine vocant omnes, qui à Mahomet oriundi ſunt, & ſe illius cognatos ſcripto oſtendunt. Habet hic princeps, equitum armatorum decem millia, & viginti quinque millia peditum, quibus timens à Turca ſibi hac itineris occaſione inſidias fieri, ſtatim, cum audit peregrinos ad ſua loca appropinquare, recedit à Mecha, & in montes ſe recipit, ubi, uſque dum abierint peregrini, moratur, quibus quotidie minatur, niſi diſcedant, poſt viginti dies, ſe aquas intercepturum, quando aquæ omnes defluunt ex montibus. Mittit Rex Turcarum huic Seriph munera hæc: quippe chlamydem auratam, ejuſque filiis & fratribus centum & quinquaginta millia aureorum, ſingulis annis; pro quibus muneribus ipſe Regi Turcarum dono mittit quadraginta petias lineas Indicas ſubtiliſſimas, cujuſmodi eſſe byſſum, de quo ſacræ literæ meminere, exiſtimari poteſt. Amplius, cum eo byſſo, mittit etiam Regi opobalſami tres quatuorve libras, & præfecto Cayri libram, atque Hamirag peregrinorum ſemilibram, &c. Hæc cum ſint memorabilia & rata,) quoniam Mahometis deceptoris, quo pacto mortuus etiam in ſuperſtitione ſua impia, nunc quoque Maſulmanos peregrinatores dementat, mentio incidit) ex Alpino, qui diu fuit in Ægypto, deſcribere volui.

Vt autem ad Judæorum pertinaciam, & crudelitatem adhuc durantem, redeam, notum eſt, quomodo ſuæ religioni, quæ tamen cum veteri Moſaica non convenit, ita ut plane neſciant, quemadmodum dixi, ex qua tribu orti & ſuperſtites ſint, inſulſis & ſordidis ceremoniis pertinaciter inhæreant. Id ſane non ſemel antea perfunctorie quidem & obiter, ſed ſuperiori anno, in-

rio, in Conventu liberarum Civitatum Imperij, in urbe Vangionum, (quam hodie Wormatiam nominant) diligenter obſervavi. Non enim decalogum, ſicut Moyſes ex mandato peculiari divino illis præſcripſit, ordine recitare poſſunt, ſed tantum confuſe aliquot præcepta, non quidem integra, ſed mutilata proferunt. Notabile autem in illa urbe eſt, quod adhuc bovem, in quodam ædificio peculiari, prope ipſorum cæmiterium, & ſepulchra, (inter quæ ſane ſunt antiquiſſima, ita ut lapidem, cum inciſis literis Hebraicis, monſtrent, quem ante natum Chriſtum poſitum eſſe, numerus annorum deſignat) gilvo colore, ſicut tunc vidimus, pabulo exquiſito diligenter curent. Qui ſi, vel pinguedine, vel alio morbo moritur, eum pretioſis linteamentis involvunt, & tanquam hominem bene meritum, magno luctu, & certis ceremoniis ſepeliunt: Deinde alium ſimilem quærunt, & eodem modo nutriunt. Sciſcitantibus autem nobis cauſſam, nihil aliud reſponderunt, præterquam hunc ritum, ante multa ſecula indeſinenter obſervatum, ſe à majoribus accepiſſe. Præbuit id occaſionem, de hoc bove & ejus ſepultura exquiſita, mihi, & aliis Legatis, rationes exquirendi, quas Judæi illi, vel neſciebant, vel ſe ſcire diſſimulabant. Nonnulli ex amicis erant in illa opinione, Judæos expulſos patria, & hinc inde diſperſos, atque in exilio, abſque publicis ſacrificiis, & mactationibus pecorum, quæ ſolummodo in templo Hieroſolymitano permiſſa ac licita erant, degentes, potentia Meſſiæ ſui (cujus adventum, magno deſiderio, præſertim in tonitruis, & fulgetris adhuc expectant) ſe reſtituto regno Iſraelitico) in qua opinione intempeſtiva etiam Apoſtoli, antequam χαρίσματα & dona ſancti Spiritus acceperant, fuerunt) in patriam, ad ſacra Moſaica & priſtinam mactationem boum, & pecorum, veluti poſtliminio reductum iri. Alij putarunt, hunc bovem in memoriam Ægyptiaci bovis, quem tanquam Deum coluêre, & Apim, interdum Serapim appellavere, adhuc nutriri. Erat enim hoc idolum, bos, corpore niger, candida fronte, in tergo alba nota inſignis, duplicibus pilis, in cauda, & lingua, canthero notatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hunc, ubi conſenuiſſet, in lacum demergebant, ac ſuffocabant, & judicio indicto, ruptis veſtibus tonſo capillitio, fuſo pectore pugnis, fœde laceratis corporibus, ingentique planctu edito lugebant. Deinde cum alium inveniſſent, geſtiebant rurſum, & gratulabantur: Sicut Herodotus, Diodorus Siculus, & alij, plura de hoc idolo ſcribunt; In ſacris literis quoque legimus, Judæos hujus bovis, ſub ſpecie aurei vituli, culturam in deſerto, & deinceps pertinaciter retinuiſſe. Fieri igitur potuit, ut hæc ſuperſtitio adhuc apud illos vigeat, & bovem illum, de quo paulo ante dixi, ideo tanta induſtria, in memoriam Ægyptij, nutriant.

Verum autem iſta vel prior opinio verior ſit: aliis prudentioribus excutiendum relinquo. Et retulit mihi Melchior Haiminsfeldius Goldaſtus, Franco urti ad Mœnum ſimiliter bovem taurum in cœmiterio ali; inquiſitoque à ſelo illius Rabbinos reſpondiſſe, eſſe primogenitum Deo juxta legem oblatum, quem adolere cum Chriſtianorum legibus prohibeantur, mactare autem & veſci nefas ſit permittere ut ad mortem naturalem, curetur. Accepiſſe autem eum à Wormatienſibus ſociis, qui vaccas alunt, & in ſynagoga illa in pluribus bobus nutriendis nimium gravetur, primogenita ſua apud diverſos offerre & diſpertiri ſolere. Idem fieri in caprarum & ovium primogenitis ab iiſdem ſibi confirmatum.

Caput XII.

De diverſitate religionum, inter Perſas & Turcos, eorumque internecino odio

Mirantur, plerique & ſcire cupiunt, cum Perſæ & Turcæ pariter Mahumetani ſint, & Alcoranum, in quem librum Mahometanæ leges & inſtituta, ab ipſo Mahomete Pſeudopropheta, congeſta ſunt, ſummo in honore, tanquam ſacroſanctum & divinum habeant, adeo ut capitale ſit, de contentis in illo diſputare, vel in dubium aliquid revocare: quamobrem tam irreconciliabili tamen & hoſtili odio inter ſe diſſideant. Inprimis autem eſt memorabile, licet ridicula ſit ſuperſtitio, quod Georgius Douſa ſcribit: Cum aliquando ad Tahtcalcala (ita nominatur area Baiazetis, templo vicina) me conferrem, Camelum quendam, frequenti ſtipatum populo, lento veſtigio gradientem animadverto. Ego inſolenti hoc ſpectaculo attonitus, meum comitem Polonum, qui religionem Turcicam profitebatur, quid ſibi hoc vellet, interrogo. Tum ille Camelum illum, quoniam Meccha venit, & Alcoranum (qui divinæ legis habetur liber) dorſo geſtavit, honorem illum promereri: alios proinde pilos ejus, tanquam ſacros, evellere, alios eum oſculari: nonnullos ſudorem axillarum ejus extergere, eoque ſudore oculos & faciem perfricare: tandemque Cameli mactati carnes in minutiſſimas partes conciſas, inter fideles, ad manducandum, diſtributum iri. Tantum honoris Turcæ Camelo deferunt, quem ex ſolo Alcorani contactu, ſanctificari putant. Jam quanta reverentia ipſum Alcoranum proſequantur, ex hoc cognoſce, quod hominem Chriſtianum, ſi imprudens Alcoranum tetigiſſet, capitis ſupplicio affeciſſent. Ejuſmodi ſuperſtitione laborant Turcæ, &c.

De itinere ſuo Conſtātinopolit.

Alcora-

Alcoranum autem Nicolaus Clenardus ita deſcribit, eum eſſe librum Mahumetanis veluti Iudæorum Pentateuchus, aut Chriſtianorum Evangelium. Suſcipiunt, inquit, illi vetus ac novum Teſtamentum, jubente Alcorano: at innumeris ſcatent hæreſibus. Chriſtum Deum negant, nec eum occiſum à Iudæis, & multa alia ſunt dogmata, quæ pugnant cum Evangelio. Ut Evangelio prodito, abrogata eſt lex Ceremoniarum Moyſi: ſic ajunt Mahometum ſucceſſiſſe CHRISTO. Et pergit ibi Clenardus recenſere ridicula, & inania figmenta, in Alcorano, & alio quodam Legiſlatoris Suna libro, continente multa volumina, de dictis & factis Mahumeti, Arabica lingua comprehenſa: ita ut nemo tam à communi ſenſu remotus ſit, qui non protinus illam ſuperſtitionem deteſtaretur, adeò pleraque ſunt fabuloſa, &c. In his Mahumetem tanquam verum Prophetam, qui legem divinam ſuis aſſeclis promulgavit, ſequuntur, & obſervant, tam Perſæ, qui Sophi vocantur, quam Turcæ. Diſſenſio autem inter eos orta eſt inde. Hales, ut multi referunt, frater patruelis, atque gener Mahumetis extiterat. Filiam namque illius, nomine Fatimam, uxorem duxerat: Is poſt Mahumeti mortem, cum in principatu defuncto ſucceſſiſſet, ejus legem, multis in locis immutavit. Quædam enim ſuſtulit, non pauca etiam adiecit, alia novis interpretationibus ita correxit, ut nova quædam lex gentibus illis videretur. Sic factum eſt, ut dum quidam Mahumetis, quidam verò Halis diſciplinam & interpretationem ſequerentur, Mahumetis ſecta in duas diviſa partes, gentes religione diſſidentes, odiis etiam, quod conſequens erat, diſcinderet. Perſæ namque, qui Halim ſecuti fuerant, reliquos Mahumetis diſciplinis infectos, ut homines impuros, & divinæ legis ignaros, à conſortio repellebant. Arabes contra Perſas, ut deſertores atque legis divinæ corruptores, deteſtabantur. Cæterùm cum Halis nomen, apud multas nationes in obſcuritate lateret; Homaris vero diſciplina, qui ut potè diſcipulus Mahometis, religionem ſummo ſtudio conſervavit, inviolata permanſit; donec tandem Sophus Muza Camu ſtirpe propagatus. cum primum, ſapientiæ & religionis oſtentatione, multos ad ſui ſtudium allexiſſet. tum armis eam ſectam, quam ſequebatur, eſſe veram Dei legem, demonſtrare, omnibus artibus & rationibus concupivit. Cum igitur illi, nationes multæ nominis adderent, evenit ut Halis decus è tenebris emerſum videretur & illius nomen extinctum reviviſceret Is pro linteis ſpiris, quibus Mahumetani caput texerant, pileos è lana conſtipata, rubro colore infectos, & ſenis utrinque gradib. diſtinctos, eo artificio, ut vel porrigi ſi vel contrahi poſſint, ad tegendum caput, inſtituit, quibus ii, qui Halis diſciplinis adhærent, ab aliis Mahumetanis, qui ejus memoriam odio proſequuntur, internoſci facillime poſſent. Turcæ itaq. vocant Perſas Pharſic vel Quezelbach, id eſt,

Epiſt. lib. 1. ad Latomum. fol. (mihi) 41.

capita

capita rubra. Nonnulli etiam eoſdem appellant Etnazarios, quod pileum in duodecim partes diſtinctum geſtare conſueverunt. Quandoquidem Etnazarii vox apud Arabes, prout illam plerique interpretantur, duodecim ſonat. Præfatum pileum, qui eſt rubri coloris, ſuo idiomate Kuſelbas nuncupant, quod ſignificat caput rubrum. Hæc ex Iovio, & Petro Bizarro collecta, huc referre viſum fuit. Differentia iſta religionis Mahumeticæ, ſolummodo ex diverſis interpretibus Alcorani orta, tantum odium, inter illas duas nationes, excitavit, ut ad arma devenerint, & ſæpenumero atrociſſima & cruenta prælia inter ipſos commiſſa fuerint, modo his, modo illis victoribus, ſicut adhuc in hodiernum diem ea odia, plus quam Cainica, durant. Etſi autem potiſſima religionis diverſitas, inter Perſas & Turcas, prætexebatur: tamen cum utraque gens ſit regnandi cupidiſſima, etiam regionis & imperii acquiſitio odia magnopere auxit. Regnum autem & Imperium Perſicum, ſua felicitate, & prudentia auxit Iſmael Sophus, maximis auctus victoriis contra Turcas, & alios Mahumetanos; ita ut militibus ipſius perſuaſum fuerit, eum potiſſimum, ob ſuæ legis incrementum, & propagationem arma ſumſiſſe, & propterea neminem eorum dubitaſſe mori, ac ſtrenue pugnando mortem oppetere, cum certam animi ſpem conciperent, ſeſe recta via, in cæleſtes beatorum ſedes ituros. E contra pro certo credebant, neminem ex his poſt mortem cœleſtia regna petiturum, qui Mahumetem colerent, niſi eos legis ritus ſequerentur, quos Halis, ſcribendo ac docendo, poſteris tradidiſſet.

Lib 14. hiſt. Lib. 10. de reb. Perſicis.

Turcis ſane contraria opinio de Sophianis Perſis firmiter mentibus inhæret. Homariq; diſcipuli Mahumetis interpretationem Alcorani, pro ſalutifera, alteram vero peſtiferam tenent: ideoque neque cum Sophianis matrimonia contrahunt, neque commercio eorum gaudent, & ſicut inter illos pax nulla certa & conſtans, ita induciæ infidæ & parum durabiles. Quod ſi contingit nonnunquam ut unus vel alter a ſua opinione deficiat, & ad aliam ſe conferat, non tamen recipitur, niſi prius de novo circumcidatur, & prior quaſi deleatur. Quare Turcis nullus hoſtis, quos præpotentes alioquin habent, tam formidabilis eſt, quam Perſa Sophiani, non ſolum propter potentiam, ſed multo magis, ob metum religionis, ne ulterius propagetur in Turcico Imperio. Ob hanc cauſam, circa annum Chriſti 1514. Bajazetes, ſuo imperio haud parum metuens, Conſtantinopoli ſupra ducentas domos, cum ipſis habitatoribus, qui de Iſmaele, ceu propheta, bene ſentiebant & loquebantur, igne permiſſit, & publico edicto, ſub capitis pœna vetuit, ne quis de eo publice loqueretur, aut ſcriberet: & ejus juſſu Ionusbaſſa exacto Techelle Culalbaſa, ex Eremita Imperatore

tore militum facto & acerrimo propugnatore novæ Perſicæ religionis, & atrociſſimo hoſte Turcarum, ex Aſia, per omnes minoris Aſiæ urbes, intentiſſima inquiſitione habita; quos Perſicæ religionis cultores invenit, omnibus tormentis excruciatos interfecit: his vero qui bello minime interfuiſſent, neq; arma tractaſſent, inuſſit frontem, ut ſtigmate defectionis titulum præferrent, quos protinus cum affinibus atque propinquis eorum, qui Techellem ſecuti fuerant, in Europam traduxit, ſpa. ſit per Macedoniam, & Epirum & Peloponenſem oram, ne Techelles, auxiliis Perſicis novis copiis comparatis, bellum renovaret, cogerent curſus, & novas res novâ defectione, molirentur. Eodem modo odium & contemptus erga Turcas ex hoc apparet, quod nonnulli retulerunt, propter odium in Ottomanicam familiam, ab Iſmaele in aula ſuem educatum, ac probe ſaginatum fuiſſe, atque aulici Turcorum Regi illuderent, illi, porco, opima atque ludibrium, ipſius Bajazetis nomen impoſitum fuiſſe.

Ex illa ſecta novæ religionis Perſicæ fuit is, de quo Busbekius ſcribit, Non me inquit, pigebit adſcribere, quod magno argumento ſit, quam non pulli illi Aſiatici Religionem imperiumque Ottomanorum gravate ferant. Fiut, dum adhuc eſſem Conſtantinopoli, quidam e aſtutis Turcicis reverſus; Referunt Suleimannum Amaſiæ, uſum fuiſſe hoſpitio hominis cujuſdam Aſiatici, inque illius domo pernoctaſſe. At illum ubi princeps migraſſet, luſtralibus aquis, multoque ſuffitu, & certo ceremoniarum ritu domum ſuam, ut pollutam & contaminatam contagione talis hoſpitis expiaſſe. Quod ubi Suleimanno innotuiſſet, juſſiſſe hominem interfici, domumque ſolo æquari, ſic ille magnas, averſi a Turcis, propenſioſique in Perſas ſtudii pœnas dedit. Hinc manifeſto apparet, verum eſſe quod vulgo dicitur: Nihil magis conjungere animos hominum, nihil quoque magis eos disjungere, quam religio vel ejus falſa imitatrix ſuperſtitio, ; licet non tanquam, ut paulo ante dixi, ſub prætextu religionis, etiam Regiones ambiantur, & acquirantur.

5. Fulfor.

De præſtig. dæmon. lib. 1 cap. 6. Jo. m. 69. & alibi in ſacris literis.

Epiſt. 1.

In Syntagm. mult. 349.

CAPUT XIII.

De Ritu Ethnicorum in evocandis Diis tutelaribus.

Auctarium. Cap. 60. Centur. 1. cap. 10. & 11. cent. 2.

IN duabus prioribus centuriis meis multa diſſerui, & exempla memorabilia allegavi de ritibus Ethnicorum quibus uſi ſunt, in evocatione Deorum, & Dearum ſuarum tutelarium. Perſuaſi enim mira ſuperſtitione fuere, numinum horum ope, auxilio, & potentia, loca & homines,

Cent. 1. cap. 60. & cent. 2. 10. & 11.

L

mines, quibus præeſſent, ni hoc facerent, tutos ab omni vi, & injuria eſſe neque ullo pacto poſſe expugnari. Fuerunt autem, tam publice, quam privatim, culti, & hi quidem genii, & Lares, & Præſtites vocabantur, unde Ovidius?

5. Faſtor.

Quod præſtent oculis omnia tuta ſuis.

id eſt, ut Wierus explicat, quod res omnes conſervent, & tueantur in ædibus: pacato enim & quieto numine, domum poſſidere putabantur. Hæc autem vana numina recte, à Regio Propheta, dæmonia, & Dii gentium, atq; Dii populorum terræ, Idola nationum, nec non Dii alieni nuncupantur. Inprimis autem de Palladio Trojanorum idolo ejuſque forma & cultu, plura congeſſimus, quibus auctarii loco nonnulla hic addere viſum fuit. Conſtat igitur Palladium fuiſſe ſignum fatale, vel potius numen tutelare Trojanis, quaſi illa urbs capi non poſſet, niſi id auferretur. Quare cum Vlyſſis & Diomedis aſtutia illud ablatum eſſet, Troja paulo poſt à Græcis dolo occupata & deſtructa perhibetur. Illud Æneæ, oraculi iuſſu, in Italiam venienti reſtitutum, & deinceps à Conſtantino Roma Conſtantinopolim allatum, atque ibi in foro defoſſum eſſe, ſcribunt hiſtorici. Fuit is forte in illa opinione (nam hoc ejus factum ſuſpicione ſingularis ſuperſtitionis non caruit; ſicut Græci ea non caruerunt, & ſtatuis ſuis fatalibus nimis multum tribuerunt, ſicut antea diximus, & paulo poſt plura dicemus) ibi fore imperium orbis terrarum, ubi ſimulachrum illud cuſtodiretur. De evocationibus autem tutelarium numinum, & angelorum, Pet. Gregorii Tholoſani hæc eſt opinio, quam adſcribere operæ precium duxi: Vocarunt, inquit, antiqui, hominum & locorum cuſtodes, Deos tutelares, quos prius expugnabant evocatione, qui locis potiri deſiderabant, & ita alliciebant, ut loco decederent, arbitrantes non poſſe aliter ſubigi loca, niſi evocatis & abſentibus tutelaribus. Vocant Rabini hos tutelares angelos, Intelligentias. Et ſic Thalmutici & Cabaliſtæ dicunt, Moſen viciſſe, & colliſiſſe Amonino Intelligentiam Ægypti, antequam Ægyptios proſterneret. Et Davidem, antequam Goliam vinceret, amoviſſe Intelligentiam ipſius, in virtute nominis Domini dicens: EGO VENIO IN NOMINE DOMINI. Sic & Dominus noſter Ieſus Chriſtus mundum ſibi iugans, prius foras principem mundi ejecit. Et Iacob triumphum acturus ſuper Eſau, cui benedictionem ſurripuerat, prius angelum eius, cum quo conflictatus eſt, vicit & coegit ſe benedicere. Et certe facilior eſt Sathanæ victoria de nobis, ubi virtutem ſuam, & adminiſtros æternæ vitæ, angelos tutelares, Deus ſubtraxerit. Quod graphice expreſſit David, dicens: Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi, & qui cuſtodiebant animam meam, conſi-

De præſtig dæmon. lib. 1. cap. 6.

Pſalm. 65. & alibi in ſacris literis.

In ſyntagm. mihi f 349.

Pſalm. 70.

conſilium fecerunt in unum, dicentes: Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum, quia non eſt, qui eripiat. Hactenus Tholoſanus. Cæterum quod allegatus autor ſcribit: Luctatorem illum Angelum proprium Eſau fratris Iacobi fuiſſe, commentum Iudæorum eſt, qui ſcil. arcere vellet Iacobum à terra Chanaan, favendo partibus Eſau, quoad liceret, & quamdiu Deus permitteret. Sic in Propheta Daniele legimus, de Perſarum principe, qui abſque dubio fuit angelus, quomodo reſtiterit 21. diebus ne veniret is, qui loquebatur cum Daniele, ad ſatisfaciendum ejus precibus. Quod ſi tam diu iſte angelus alium impedire potuit, quid modo obſtat, inquiunt, angelum Eſau opponere ſe Iacobo, ne conſequatur hæreditatem & terram patribus repromiſſam? &c. Siquidem non obſtinate refragatus eſt angelus, verum Dei voluntate præcognita, non modo victori Iacobo ceſſit, ſed jam impetratas benedictiones illi confirmavit. Afferant præterea Rabini alias rationes, ut confirment hæc ſua commenta, quas, ne extra propoſitum prolixior ſim de induſtria, omitto. Sanior autem & receptior piorum interpretum eſt conſideratio hujus luctæ, illa curaſſe, ut Iacobi animus confirmaretur, ad diſceret, ſibi divinitus addendum tantum roboris, ut, neque cœleſti, neque humana virtute unquam ſit impediendus, à conſequendis promiſſionibus, à Deo exhibitis: Verum convulſionem vel luxationem ideo eſſe adiectam, quo intelligeret, ſe iſta non habiturum, ſine gravi carnis moleſtia & dolore, ſiquidem plura experiri coactus eſt, dum viveret, admodum triſtia & calamitoſa. Tentationes enim Deus immittit, quibus vult nos exerceri. Nonnulli autem patres (inter quos eſt B. Auguſtinus) ſunt autores, ut Angelum in hac lucta Chriſtum adumbrare intelligamus, qui pro diſpenſatione & œconomia noſtræ redemtionis, viſus eſt ab Iſrael, qui eum crucifixerunt, ſuperari, qui tamen occumbens benedixit hoſtibus ſuis, pro eis efficaciſſime orando. Inde tamen claudi ſunt redditi. Nam pars eorum Chriſtum ſequuta eſt, alii vero credere noluerunt, ſive, quod eorum regnum temporale, jam tum cœpit ægre procedere. Beatus Hieronymus ſpiritualem fecit hanc luctam: Quod ſumſiſſe videtur ex Oſea Propheta, ubi ſcribit, Iacobum ita viciſſe, luctando cum Angelo, ut fleverit, & oraverit eum. Ex quo apparet, luctam hanc fuiſſe precum vehementiam, præter illud corporale certamen. Verum qui plura de hac lucta ſcire cupit, is Petrum Martyrem prolixe ex ſacris literis & patribus interpretantem legat: Meum propoſitum non eſt, in hac materia diutius inhærere. Poſtremo addere volui, quid Cornelius Tacitus Ethnicus, de exceſſu Deorum ſenſerit: Ex panſæ, inquit, repente delubri fores, & audita major humana vox, Excedere

Cap. 6.

Geneſ. c. 35.

De civit. Dei 18.

In Epiſt. ad Epheſ. c. 12.

In lib. Gen. cap. 32.

Lib. 5 hiſt.

Animadv. in Euſeb. Chron. mi- hiſ. 171.

L 2 Deos

Deos, ſimul ingens motus excedentium; de qua re plura memorabilia congeſſit Scaliger.

CAPUT XIV.

Cap. 11. *De ſuperſtitione hominum ſuper libros, ſtatuas, & monumenta fatalia.*

Auctarium Cap. 11. operarum ſubciſivarum Cent. 2.

PRoxime antecedenti capite non vulgaria, ut puto, auctarii loco, ad caput x. cent. 2. congeſſimus, de evocatione tutelarium numinum & angelorum: Nunc vero, veluti in ſimili materia pertexenda, capiti xi, de ſuperſtitione hominum, libris, ſtatuis, & monumentis, figuris fatalibus, auctarium, peculiari capite, annectere volui, ex quibus apparet, quam ſtudioſiſſime ejuſmodi nugis, olim, & ſuperioribus annis, plurimi dediti fuerint. Incipiam autem a Græcis, quæ gens ejuſmodi ſuperſtitionibus admodum dedita fuit, ut mirificis artibus & impoſturis futura cognoſcere poſſet. Inprimis conſtat, tempore Cæſaris Leonis Armeni, Bardæ filii, cupiditatem hanc præpoſteram, inveſtigandi ſucceſſionem in imperio & aliis rebus, admodum uſitatam fuiſſe, à qua tamen, doli & fallaciæ non abfuerunt. Fuere autem tunc celebratæ quoque Sibyllinæ vaticinationes. Et ex libris notarum quidem conjecturæ, multos exercuerunt. Has notas Græci *βίβλους συμβολικὰς* nominarunt. De quorum librorum unius ſignificatione, Leonem Imperatorem cognoviſſe diem & genus mortis ſuæ, accepimus, quod notaſſet inter duas literas x & ρ expreſſam figuram Leonis, qui jugularetur. Nam & in jugulum Leonis, ab interfectore, enſis defixus eſt, feriis natalitiis Chriſti Jeſu, in templo, fraude inſidioſa crudeliter obtruncati, cum auctores cædis ornatu ſacerdotali ingreſſi fuiſſent, noctu luminibus accenſis: atque fulgentibus, in die Chriſti naſcentis, lumina cædem illam factum iri, demonſtraretur, id eſt *κατὰ ἀρχὴν Φῶτα ἡ χριστοφάνεια*, ſicut notavit pater meus, piæ memoriæ, in Chronologia Nicephori. Id confirmat Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus, Legatus Ottonis Imperatoris, quæ legatio Conſtantinopolitana, ſcripta eſt, circa annum Chriſti 968. Habent, inquit, Græci & Saraceni libros, quos *ὁράσεις*, ſive viſiones Danielis, vocant. Ego autem Sibyllinos, in quibus ſcriptum reperitur, quot annis Imperator quiſque vivat, quæ ſint futura eo imperitante tempore, pax an ſimultas? ſecundæ Saracenorum res an adverſæ? Cæterum de Græcorum

ſuperſtitione, veteri & recentiori, in futuris cognoſcendis; ante hunc modo dicto capite plura congeſſimus. Venio itaque nunc ad alia ſimilia. Memorabile fuit ſive idolum, vel ſtatua fatalis, aliis & circa tempora Caroli Magni, in Hiſpania (ſi vera ſunt, quæ ſub Turpini nomine circumferuntur.) Id Pſeudoprophetam Mahumetem, ſuo nomine attributo, fabricaſſe, & dæmoniacam legionem quandam, ſua arte Magica, in eo ſigillaſſe dicitur, tanto robore, ut à nullo frangi potuerit. Cæterum Chriſtianos, ad illud, abſque periculo, accedere non potuiſſe. Verum ſi Saracenos adorandi cauſa accedere, tuto hoc potuiſſe præſtare. Si etiam avis forte ſuper eam ſedit, illicò mortuam cadere. Fuit autem lapis Saracenicis literis antiquis inſculptis faſtigiatus, miræ altitudinis, ſuper quo Idolum hoc Mahumetis, effigie humana, & aureum collocatum fuit, manu dextra clavem tenens ingentem, quæ ſecundum Saracenorum vaticinia, ſi è manu lapſa fuerit, illo anno Rex Galliarum, expulſis Saracenis, totam Hiſpaniam Chriſtianis legibus ſubjugaturus ſit. Igitur advenientc Carolo cum exercitu, cum Saraceni viderent, illam clavam delapſam, convaſatis ſuis rebus aufugerunt.

Qualis autem, obſecro, liber iſte fatalis, qui Anno 1525, in Hiſpaniis, à Judæo quodam, dum provinca ſua amplianda rupem perfoderet, inventus fuit? patefacta enim rupe cava, eum librum, ligneis foliis, inveniſſe ſcribunt, Hebraicis, Græcis & Latinis literis ſcriptum, in quo continebatur, de triplici mundo, ab Adamo, uſque ad Antichriſtum. In quo principium tale fuiſſe: In tertio mundo, filius Dei naſcetur, ex Maria virgine, &c. pro ſalute hominum, crucis patibulo patietur. Additum etiam fuit, hunc librum inventum iri, ſub Rege Hiſpaniæ Ferrando, ſicut in Chronico Auguſtenſi, & alibi, hoc notatum eſt. Porro de ſtatua fatali equeſtri Papienſe vel Ravennate (cujus quoque Platina mentionem facit) ita ſcribit Bernardus Saccus: Miraſolem, nonnulli vero Regiſolem appellant, quoniam Orientem verſus faciem converſam habebat, contra Papienſes, faciem equitis vertentes in ſeptentrionem, & terga in meridiem, ſtatuam Regiſolam, id eſt, ſolium vel ſedem Regis appellarunt, dixeruntque, regium potius eſſe, cavere à ſeptentrione, unde Hunni, Gothi, Heruli, Alani, aliique erupere in Italiam, quam in Meridiem, vel Orientem reſpicere, ubi Italia mari cingitur, & niſi magno claſſis apparatu petitur, ſuo ſitu tutiſſima eſt. De ſtatua Crocodili fatali, vel incantationibus præparata, ita ſcribit Bodinus. Nuper in quodam Ægypti oppido, ubi non tam Crocodili, ut in aliis oppidis, ſecundum Nilum, inventum eſt plumbeum Crocodili ſignum, ſub ædis limine conditum, quam Mehemet ben Thaulon cremari juſſit, quo nomine expoſtularunt Incolæ, dicentes, ſe ex eo tempore à Crocodilis graviſſime infeſtari.

Recenſuimus quoque ante obſervationes fatales, in marmoribus

De rebus geſt. Caroli Magni c. 4.

In Ticinenſi hiſt. lib. cap. 6.

De Dæmon. lib. 1. c. 3.

tam ſcriptas, quam mutas, myſterium tamen in ſe continentes, inventas fuiſſe; ad quas pertinent picturæ, ex opere teſſelato, in templo Marci Veneti confectæ. Inter quas nonnullæ dicuntur eſſe Ioachimi Abbatis Sanflorii inventæ, vaticiniis olim, ante aliquot ſecula, clari, quibus rerum Italicarum mutationes quaſdam prænuntiatas fuiſſe, multorum opinio eſt. Quemadmodum interpretantur duos criſtatos gallos, vulpem delineantes, ſignificaſſe duorum Regum Galliæ victorias, de Ludovico Sfortia, Mediolanenſi principe. Præterea per Leones opimos & pingues, ex aquis prodeuntes, rurſum per alios macilentos, in terra procumbentes, ipſum ſignificaſſe tradunt Reip. Venetæ (cujus inſigne Leo Evangeliſta eſt) fatum atque conditionem, maritimis ſcilic. commerciis opulentam, belliſque navalibus potentem, ac felicem, econtra relicto mari, ad continentis dominatum, terreſtreſque expeditiones converſam, infelicem a imbecillem mox futuram.

Eodem modo antea recenſuimus, quas fatales præmonitiones Rex Alphonſus, Ferdinandi filius, habuerit, quibus addere præterea libet. Hujus patris ſpectrum, ter diverſis noctibus, Iacobo regiæ domus chirurgo, apparuiſſe ſcribunt. Et primo lenioribus verbis, poſt admodum minacibus mandaſſe; diceret hæc, ſuo nomine, Alphonſo, Ne ſperaret, ſe Regi Galliæ poſſe reſiſtere, quod in fatis eſſet, ejus progeniem infinitis caſibus vexatam, ac demum tam præclaro regno ſpoliatam, extinctum iri. Ejus rei cauſam eſſe, cùm multa ab ipſis patrata ſcelera, tum vero illud maxime, quod ipſius ſuaſu, Puteolis redeuntis in D. Leonardi fano, in via Glarea, prope Neapolim, commiſſum non expreſſiſſet, exiſtimarunt homines, Alfonſum eo loci, Ferdinando perſuaſiſſe, ut non paucos regulos, quos diu in carcere detinuiſſet, clam necari juberet, ſicut Guicciardinus, Sabellicus, & Iovius, memoriæ tradiderunt. Conſtat ſane, Imperatores, Reges & heroes, ſæpenumero varias indices & monitiones, & ſtatuis, & monumentis, veluti miraculoſe habuiſſe. Refert enim Turpinus, inter alia ſigna præcedentia mortem Caroli Magni, Nomen, id eſt, CAROLUS PRINCEPS. quod erat ſcriptum in beatæ Mariæ baſilica rotunda, Aquiſgrani, cujus fundator ipſe erat, paulo ante mortem ejus, omnino per ſemetipſum deletum fuiſſe: Porticum, quæ inter Baſilicam & regiam erat, die aſcenſionis funditus everſam fuiſſe, Eodem modo pontem ligneum, quem Moguntiæ ſuper Rhenum, ſex annorum ſpacio, ingenti ſtudio, ædificari curavit, in cendio funditus conſumptum.

In hiſtor. de Carolo Magno in fine & Einhardus ipſius Imperatoris Cancellarius in Geſtis Caroli Magn.

Inſuper mira ſunt, quæ Procopius, de Theodorici Gothorum Regis, ſtatua, ſcribit: Belliſario, inquit, contra eoſdem Gothos, bellum gerente, ſub Iuſtiniani imperio, Neapoli admiranda res contigit. Nam Theodorici Regis, in foro ipſo, imago erat, lapillis ſectilibus, quadratiſque, & vario

De bello Goth. lib. 1.

vario colore infectis compoſita. Hujus imaginis caput, adhuc Theodorico ſuperſtite, neſcio quo defluxu, caſu derepente, & ſua ſponte depulſa lapillorum compago, unde mox ſubſequutum, ut Theodoricus vitam finiret. Poſt annos deinde octo, lapilli, qui imaginis ejus ventrem effigiabant, quoniam eundem in modum excidiſſent, Athalarius Theodorici ex filia nepos, fato defungitur: paulo poſt, labentibus circa pudenda lapillis, Amalaſuntha, filia Theodorici, ex humanis deceſſit. Gothis autem obſidentibus urbem, à femoribus ipſis, ad imos ejuſdem imaginis pedes, lapillorum compages omnis dilabitur, & imago tota ex pariete penitus abolita fuit.

Gentiles quoque olim non diſſimiles obſervationes habuerunt; ſicut notatum fuit in Cæſaris Auguſti vitâ, tanquam prænuntias mortis, quod ſub extremum tempus ejus vitæ, tabula in qua nomen ejus inſculptum fuerat, de cœlo tacta, & prima nominis litera dejecta eſt. Hinc reſponſum, centum cum dies, non amplius victurum, quod per convulſam ſignificaretur literam, ipſum vero inter deos referendum, quod reliquum percuſſi nominis indicaret. Quoniam Æſar, Deus dicitur, Tuſcorum lingua ſicut Petrarcha id, & aliis notis obſervavit. Huc referendum eſt, quod noſtro tempore accidit. Nam Mauritius, Elector Saxoniæ, fortiſſimus & præſtantiſſimus heros multa, paulo ante funeſtum prælium, in Luneburgicis ſaltibus, ſigna commonefactoria, denotantia mortem ejus, habuit, inter quæ non poſtremum eſt, quod in tempeſtate quadam, & procella ventorum ex ejus ſtatua lapidea, quæ inter alias Electorum, in loco conſpicuo Berlini, affabre facta, poſita erat, capite truncata, non abſq; admiratione omnium, conſpecta fuit, reliquis ſtatuis incolumibus. Id quoque eximius vir D. Thuanus hiſtoriæ ſuæ inſeruit, & verum eſſe ocularis demonſtratio teſtatur. *Rerum memorab. lib. 4.*

Caput XV.

De nonnullis rebus admirandis quarum vera & explorata ratio reddi nequit.

Auctarium Cap. 37. Cent. m

Ea, quæ in priori capite, de fatalibus ſtatuis, monitionibus & nunciis, præcedentibus mortem Regum, principum, & heroum, obſervavimus, & recenſuimus, mihi præbuere occaſionem, ulterius cogitandi & meditandi, nec non auctorum loco adjiciendi iis, quæ antea, peculiari capite, de nonnullis mirandis rebus, de quibus vera ratio reddi nequit, congeſſimus.

Cent. 1. c. 73. ſionis. Ut igitur de prænunciis fatalibus & notis, mutationem principum & regnorum ſignificantibus, vetera cum recentioribus, & noſtra, conjungentes, pergamus, habuerunt veteres Ægyptii peculiare indicium in Nilo flumine. Id enim, quando non exundabat, ſequebatur ſterilitas, ut ante mortem Antonii & Cleopatræ, toto biennio non exundavit Nilus, quo ſimul ſignificabatur regni mutatio. Sic tempore famis ſub Claudio non exundavit Nilus, & iterum ſunt ſecutæ mutationes. Quod ſi nimium autem auxit Nilus, tum etiam ſterilitas ſequebatur, quia non poterant juſto tempore conſeri agri. Erat igitur ſingulare beneficium, quoties juſta menſura Nilus exundabat, ut, poſt alios, Melanchthon obſervavit. Etſi autem in Nilo, vel deficiente, vel nimium creſcente, rationes naturales non deſunt: tamen non raro etiam naturales cauſæ tam in fluminibus, quam in terra, & aere, futura portendere ſolent, ut in Cometis, & aliis meteoris fieri ſolet.

In explic. Evangel. feria 2. Natal. Christi, par. 1.

Giardino di fiori curioſi mihi fol. 199.

Sæpenumero autem eveniunt portenta, de quibus ratio reddi nequit, ut antea demonſtravimus, & ex ſequentibus apparebit. Memorabile imprimis quod Antonius Torquada, in ſuo libro Italico, ex Hiſpanico idiomate tranſlato, recenſet, quod ita in Latinum tranſtuli: In Norvegiæ finibus eſt arx munitiſſima, Caſtrum novum appellata. Hæc eſt ſita in præcipitio rupis, ad quam ſolummodo ex una parte aditus patet. In radice hujus rupis, flumen immenſæ profunditatis tranſit, cujus undæ nigræ apparent; ob eam cauſam piſces quoque nigreſcunt. Oritur autem in montibus aquilonaribus, & ex ſummis præcipitiis labitur, ita ut ejus ſcaturigo explorari nequeat. In hoc rapidiſſimo flumine magna eſt copia Salmonum, & aliorum piſcium, ſuaviſſimi ſaporis, & eſu gratiſſimorum. Affirmatur autem pro re certiſſima, conſpici interdum in hoc flumine ſpectrum, pubetenus inſtar hominis, hinc inde natantis, & dulciſſime inſtrumento Muſico ſonantis. Quando vero accolæ ab hoc ſuaviſſimo concentu attoniti, attentius id audire cupiunt, tunc mox ſub aqua ſe abſcondit, & nihilominus audiuntur varia inſtrumenta muſica, cum tamen nemo conſpiciatur. Quod ſi contingit, habetur id pro ſiniſtro omine; & portentum malorum: Paulo poſt enim evenire ſolet infortunium, & calamitas alicui ex præfectis vel præſidiariis præcipuis, hujus arcis, & verum id eſſe ſæpenumero experientia demonſtravit &c. Simile portentum apparere ſcribitur in loco, quo olim Trajanus Imperator, debellaturus Decebalum Regem, pontem ſuper Danubium extruxit, cujus fragmenta hodie adhuc extant, cum inſcriptione, TRAIANI DIVI NERVÆ FILII CÆSARIS VERE PONTIFICIS [illegible] qui S. Gavius vulgo dicitur, & magna mira [illegible] quoties enim Rex aliquis Hungariæ, vel moritur, vel periculum aliquod incurrit, eum [illegible] tur,

tur, aqua fontis in cruorem vertitur, ad multos hominum languores, quibus medetur, haud inutilis. Quod accolis longe lateque patet, & longa experientia comprobatum eſt, ſicut Cuſpinianus obſervavit. Tale præſa- *In Orat. de* gium vel omen fuit, cum Rex Matthias, potentiſſimus & fortiſſimus he- *bello Tur-* ros, Viennæ apoplexia correptus, diem ſuum obiret. Eodem enim die o- *cico.* mnes Leones, qui Budæ in clauſtris detinebantur, interiêre. Cui ſimile eſt illud, quod Iohanni Caſimiro, Comiti Palatino Rheni & Admini-ſtratori Electoratus, heroi pariter fortiſſimo, contigit. Nam pauloante obitum ejus, Leo, quem diligentiſſima cura alebat, obiit, ipſeque Caſimi-rus id pro omine ſibi duxit & interpretatus eſt. In ditione Archiepiſcopi & Electoris Trevirenſis, non in obſcuro loco notus eſt lacus vel piſcina, in qua, quoties piſcis immanis emergit, & ſe conſpiciendum præbet, to-ties certo id portendere mortem hujus Principis, idque longa experien- *Cent. 1. c. 73.* tia, tanquam certiſſimum omen, obſervatum fuiſſe affirmant.

Recenſuimus præterea ante, non abſque cauſa habere nonnullos Principes, Comites, & nobiles Germaniæ, præſagia, & veluti notas quaſdam peculiares, quæ ante vel circa obitum ipſorum apparent & audiuntur. Ita in Baronatu Hohenſaxio apud Helvetios, quoties uni ex illa familia mors imminet, ſolet ex altiſſimis illis montibus, qui Baronatum ab Abbatis cel-lana ditione interſecant, lapis tantæ molis tantoque cum fragore decide-re, ut labentis ſonitus in tota ditione longe lateque exaudiatur, donec in agro arcis Forſteggiæ conſidat. Inter notas iſtas etiam intempeſtivi ſonitus in horologiis numerati ſunt. Hoc confirmatur exemplo memorabili & qui-dem recente, quod ex relatione vera habeo. Arx eſt Comitum ad Rhenum, Comitum à Weſterburg, in edito monte ſita, ex qua cum ſuperioribus annis Comites unà cum ſuis, ob contagia ibi cœpta, paulisper ad tutiora loca ſeceſſiſſent, attamen intempeſtive reverſi eſſent: dumque mon-tem, in quo hæc arx ſita eſt, aſcenderent, & ad portam venirent, mox tintinnabulum horologii in turri undecimam horam, cum tertiam vel quartam ſonare deberet, ſonuit. Ob hanc rem inſolitam interrogatus portitor vel janitor, qui ſolus cuſtodiæ cauſa in arce relictus erat, affir-mavit, ſe eam neſcire, nam per aliquot dies horologium plane neglectum, neque ab aliquo tactum fuiſſe. Mox contagia in arce recruduerunt, & tot perſonæ una cum Comitibus infectæ & mortuæ, quot ſimul arcem ingreſſe ſunt, quorum undecim fuere. Eodem modo ante indicavimus, ex equis varia omina & præſagia, vel bona vel mala, ſumi. Equos enim hinnitu alacriore, & ferociore fremitu, victoriam ominari in prælia milita-ris etiam nunc militibus perſuaſum eſt. Inprimis autem ſiniſtrum omen & indicium eſt, quando equi præſtantiores abſque rationabili cauſa ſu-

biro turbantur, vel omnino exanimantur, & ii quidem quibus Principes peculiariter equitando, uſi delectatique fuerunt, & qui noſtra vernacula lingua, Leibhengſt vocantur. Obſervavit hoc tanquam malum omen Tacitus in equo Peti Conſulis in Annalibus In tranſgreſſu, inquit, Euphratis, quem ponte tranſmittebat, nulla palam cauſa turbatus equus, qui conſularia inſignia geſtabat, retro evaſit. Præterea recens exemplum habemus præ cæteris memorabile in Rege Hungariæ, Ludovico, quum ex prælio Vuaneſi fugiens, in paluſtri loco, paulo ante equo ſuo ex improviſo mortuo, præcipitato caſu alterius periit, ſicut Bonfinius & alii notarunt. Alterum exſtat in generoſiſſimi equi ſubito obitu Stephanii Batori, Regis Poloniæ, cum frater ejus, Tranſylvaniæ Princeps, diem obiiſſet: cujus Epitaphium antea retulimus.

lib.17.

Gent. 1. c. 21.

Caput XVI.

De facibus, vel ignibus nocturnis, qui vulgo FATVI, Germanice vero Irrwiſch *vocantur.*

CONtigit ſuperioribus annis, ut cum noctu mihi in comitatu plurium iter faciendum eſſet, tam in diſſitis, quam propioribus locis, præſertim in convallibus, ſparſim & conjunctim faces & ignes hinc inde conſpiceremus; qua occaſione cum ex meis comitibus nonnulli metu trepidarent, præſertim cum propius ad nos accedere, & modo in ſublimi, modo humi, veluti ſaltantes, apparere viderentur, ideoque precibus piis ſe conſolarentur; nonnulli cordatiores, eos, tanquam res innocuas & naturales contemnerent, imo affirmarent, ſi ſpectra eſſent, quæ noſtra vernacula lingua, Irrwiſch / ab Helvetiis, brennende vnd fewrige Männer vocantur, ea potius execrationibus abigenda eſſe. Præbuit id paulo poſt, iis non amplius apparentibus, ſed veluti uno momento diſparentibus, materiam cogitandi & diſſerendi, unde illi ignes ortum & occaſionem haberent, atq; utrum res naturales vel illuſiones Diabolicæ eſſent? Venit autem mihi in mentem. Bodinum hanc de re quæſtionem movere, *Cur ignes, quos Fatuos vocant flammæ in aere penſiles, viatores terreant, fugientes ſequantur, ſequentes in aquas aut præcipitia deducant, at ſibilo evocati repente advolent?* Ad hanc quæſtionem [illegible] cum dubius hæſiſſet, tandem ita reſpondet: Mihi quidem magis ingenuum videtur, de ignorantia confiteri mea, quam ridiculam cauſam promere. [illegible] ſi quæratur, quomobrem præſterem ardentem e nubibus violenter [illegible], ex[illegible] ſuperfuſum, aut cur typhones leviſſimus imber coerceat? Probabile eſt, [illegible] frigiditatem eximiam [illegible] cum [illegible] olei, laricini, ſulphuris camphoræ, aqua inflammati, aceto, vel urina vel cineribus reſtingui videamu

In theatro lib. 2. fol. mihi 179.

mus. Sed quoniam me piget ineptiarum, malo ego de ignorantia confiteri, & univerſa, quæ de fulgure, tonitru, procella, præter naturam fieri videmus, ad geniorum poteſtatem referre: quæ vera ſint, an falſa, nolim aſſeverare: vero tamen ſimiliora ſunt, quam quæ leviſſimis expirationibus tribuuntur, &c. Etſi autem hoc in loco hanc quæſtionem quaſi in medio relinquit, Bodinus tamen eodem libro poſtea ſuam ſententiam apertius indicat, ubi ita quærit Theorus: An verum eſt, eos ignes, qui a noſtris F A-T U I vocantur, & qui circa ſepulchra, paludes, ac patibula vagantur, dæmones eſſe, ut plerique putant? Cui reſpondet ejus collocutor Myſtagogus; Ludibria dæmonum eſſe, vel hoc argumento convinci poteſt, quod ſibilo procul etiam evocati, celerrime advolant, & vocantem necant, aut crudeliſſime torquent, niſi feneſtram, qua venientem viderit, repente concludat. Viatores etiam in flumina, aut periculoſa præcipitia ſequentes deducunt, quos arcere ſi voles, clara voce Deum appellare, aut prono in facie terram contingente, adorare oportet. Hoc amuletum majoribus noſtris acceptum ferre debemus. Idem fere judicium eſt de ignibus, quos antiqui Caſtorem & Pollucem vocabant, qui procella jactatos comitantur, ac navium adyta penetrant. Helenam vero noxiam eſſe opinantur, cum unica flamma in prora conſedit. Huc n. referenda ſunt illa: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Sunt enim ab illis literis naturæ arcana petenda. Certe Plinius Caſtores & eorum cauſas, in majeſtate naturæ abditas, latere ſcribit. Hæc ibi Bodinus. Sed nos in noſtra materia cœpta pergamus. *Fol. 208.* *Pſalm. 103.* *Lib. 2.*

Extat de re, ſive vera, ſive conficta narratio, & quidem faceta Euphormionis Luſinini, de ejus nocturno itinere cum ſuo comite Perca. *In Satyrico* Exaudiebatur, inquit, apertius decurrentium undarum fremitus: Quoniam rebus aliis nox quietem indixerat, & liber alveus non mitius, quam ſi ubiq; obices morarentur, ſeſe ſpumanti impetu effundebat, cum improviſo amnis tanquam & ipſe nocti cederet, obmutuit, faceſque aliquot ex ſtratis fluctibus emerſerunt, & voces, tanquam viarum indices, nos ad ſe non obſcuro clamore vocabant. Tot miracula, an vero metus prudentiam meam interceperit, haud facile judicarim; certe jam à via deflectebam, iterque ad ignem illum deſtinaveram: Cum Perca incertum meum tenuit, & à mortis limine revocavit ad vitam. Quo te, inquit, agis Euphormio? quid te miſerabili letho involvis fluctibus tanquam in terra mori non poſſis? Iraſcebar primo mihi hærenti fortiſſime, & amentiam meam ſuo pondere continenti. Sed tandem cum hæ faces non uno loco fulgerent, & nunc ſecundo, nunc adverſo amne decurrerent, hic extinctæ, alibi naſcerentur, modo numeroſo lumine, modo infrequenti igne, & maligne lucerent, cœpi ipſe damnare impetum meum, & Percam

interrogare, quis illius flammæ auctor, quæ alimenta igni in tanto undarum curſu, quis ille denique, qui nos ad ſe tanquam errantes benignius evocaſſet? Tum ille, ſpectra, inquit, & infelices Spiritus, quibus nihil eſt hominum ruina potius, non in hoc modo gurgite, ſed in omnibus prope fluminibus, nocturna hæc incendia excitant. Incauti viatores, dum his utuntur ducibus, ſe plerumque vel nodoſis vorticibus implicant, vel ſi meliori genio ducuntur, cœnoſis paludibus impediti, longiſſimam noctem inter preces & vota conſumunt. Adhuc loquebatur Percas, cum ingentis viri ſpecies extruit ex fluctibus primum caput, comis undique ac barba contectum latiſſimum, deinde pectus, lacertosque toris, ut ad Lunam judicari poterat, viriliter nodatos. Cumq; paulo infra umbilicum aperuiſſet corpus, ſtatim clunibus ad noſtrum latus verſis, eas utraque manu diu ac fortiter increpuit, riſuiq; barbarum & inconditum clamorem admiſcens, ſeſe iterum in flumen immiſit. Hæc ille Satyricus: quorum fides penes auctorem eſto, &c.

Diſputant ſane Philoſophi, faces & ignes hos (quos Fatuos vel erraticos, aut etiam ambulones, a circumvagatione vocant) naturali modo fieri, cum exhalationes ab aere frigido & nimis condenſato prope nos detineantur, per vehementem quarundam exhalationum invi[...]em ſuccedentium compulſationem, calefieri, & inflammari, diverſos quoque colores & figuras recipere, prout vapor craſſior & ſubtilior fuerit, & prout diverſimode fuerit configuratus, rubram apparere, vel nigram flammam, in materia craſſiore; candidiorem & clariorem in ſubtiliore, & cæteram figuræ varietatem, ex lucis reflexione, repræſentare. Hanc ſententiam, cum aliquot exempla recenſuiſſet, ſequitur Petrus Gregorius Tholoſanus Iuriſconſultus, ubi dicit: Quod ejuſmodi ignes vel faces prodigii inſtar ſint cauſam ignorantibus, quæ tamen naturalis eſt. Id enim procedit ex continua fumida exhalatione, quæ in caſtris vel navibus à militibus & hominibus elevatur, quæ incenditur impreſſione facta in aere, ut explicat latius P. Caſtrabolus, & P. de Medimna. Hinc cauſa quoque, cur appareant ignes ambulones, quos vocant Fatuos, potiſſimum circa cadaveroſa patibula, cœmiteria, coquinas, ædes ſacras, ubi ſepulturæ, & alia loca uliginoſa ac viſcida, in quibus fœculentus, putris, igneus, craſſus & oleagineus tranſpirat halitus, qui facile ignеſcit. Apparent autem noctu potiſſimum, quod exhalatio ſit calida & ſicca, aer autem frigidus & craſſus, quæ duo tantiſper occurrunt & ventilantur, donec ab agitatione flamma excitetur, &c.

In Syntaxi artis mirabilis, lib. 3. 5. cap. 1

2. Meteor. lib. 1 de arte navig. cap. 8.

Mizald. l. 1. Cometogr. cap. 4.

Hanc opinionem confirmat Wierus, ubi ita dicit: Pleraque oculis noſtris ſubinde obverſantur, quæ præter legem dæmonum ludibria & actiones cenſentur, licet ea certis de cauſis & rationibus haud obſcuris, ipſa rerum parens produxerit natura. Hujuſmodi eſt ignis ille fatuus, quem Candelam

Lib. 1. de præſt. dæm. c. 18.

ſam ardentem etiam vocant, qui exhalatio eſt ad infimam aëris regionem elevata, & ibi, per antiperiſtaſin incenſa. Dum enim aſcendit, à frigore regionis mediæ repellitur, & quaſi Sal ens apparet, loca decliviora petens: unde etiam ad aquas noctu ducere ſequentem videntur. Imo quandoque, non ſine horrore, vel ambulantes vel equitantes, ſive navigantes, aut præcedere, aut inſequi apparet, diutius in aëre perdurans; tale meteoron Plinius Caſtorem & Pollucem vocat, &c. De qua re etiam Caſpar Peucerus docte diſputat, ubi dicit, ignes quos antiquitas Caſtori conſecratos & Polluci, ſi ſolitarii illucerent, inque malis navium inhæreſcerent, aut deciderent in ima carinæ, ut graves noxioſque metu ac terrore: Si gemini ferrentur, ut ſalutares proſperique curſus prænuncios lætitia excepit. Plura ſcire de iis cupiens legat Roterodamum in ſuis colloquiis. *In l. divin. de meteorologia.* *In naufragio.*

Fateri autem non inficior, naturales cauſas in ejuſmodi ignibus fatuis adeſſe: tamen negari non poteſt, diaboli technas & artes tales eſſe, ut ſe naturalibus nonnunquam immiſceat, quo per eorum abuſum rectius & commodius hominibus nocere, & in perniciem ducere poſſit. Exemplum habemus (ut de aliis taceam) in iis, qui atra bile abundant, cujus ope, ſenſus, & mentes ægrotorum ita immutat, ut dicant & faciant alia, quæ atrocia & nefaria eſſe ſolent. Inprimis autem mœſtitia, veluti organo idoneo, ut ægre faciat hominibus, præſertim mulieribus, ob infirmum ſexum, alioqui debilibus, ad nocendum uti, vel potius abuti conſuevit: quod Chryſoſtomus recte obſervavit ubi dicit: Omni diabolica actione potentior ad nocendum eſt mæroris magnitudo: Quia Dæmon quoſcunque ſuperat, per mœrorem ſuperat. Et alibi: Sexus mulierum incautus & mollis eſt: incautus, quia non omnia, quæ videt aut audit, cum ſapientia & ratione conſiderat: mollis autem, quia facile flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum. Nec abſurde huc accommodabimus, quod Itali vulgari ſuo idiomate hominem facinoris aut flagitii quippiam vel meditantem vel deſignantem appellare TRISTEM conſueverunt.

CAPUT XVII.

De Hecla monte, & Islandiæ Inſulæ miraculis.

MUlta prodigioſa & miraculoſa de hoc monte narrantur, præſertim ab Olao Magno, & aliis, ſicut nonnulla ex eo antea retuli. Cum autem inter amicos hac de re conferremus, aliis alia, inter quæ fabuloſa inſperſa erant, narrantibus, præbuit id mihi occaſionem, ulteriora & quidem certiora cogitandi & indagandi. Ortelius ſane de Islandia ita ejus- *Cap. 75. cent. 2.*

In Theatro mundi, cart. 98.

facit mentionem: Hecla inprimis eſt mons perpetuis ignibus, inſtar Ætnæ, æſtuans, de quo monte Georg. Bruno, vir editis orbis terrarum omnibus urbibus notiſſimus, ſcribit ad me, eum ann. 1350. tanto fragore & tonitru ignes eructaſſe, ut inde ad octuaginta milliaria grandiores machinæ bellicæ explodi putarentur. Apud hunc vorago quædam, ubi ſpectra ſe offerunt, congreſſibus notorum tam manifeſta, ut tanquam viventes accipiantur, ab ignaris mortis illorum, nec deprehenditur error, prius quam diſparuerint umbræ. Peucerus de hoc monte ita ſcribit: Hecla immanis barathri vel inferni potius profunditate terribilis, ejulantium miſerabili & lamentabili ploratu perſonat, ut voces plorantium circumquaq. ad intervallum magni milliaris exaudiantur. Circumvolitant, ſpe gitille) hunc corvorum & vulturum nigerrima agmina, quæ nidulari ibidem ab incolis exiſtimantur. Erumpunt ex eodem monte fontes duo, quorum alter aquarum frigiditate, alter fervore intolerabilis, excedit omnem elementorum vim. Vulgus incolarum deſcenſum eſſe per voraginem illam ad inferos, perſuaſum habet; inde quod ſere, quum prælia committuntur alibi in quacunque parte orbis terrarum, aut cædes fiunt cruentæ, commoveri horrendos circum circa tumultu, & excitari clamores atque ejulatus ingentes, longa experientia didicerint. Tacitus præterea de Oceani cruento aſpectu, & humanorum corporum effigie relicta mentionem facit. Idque tanquam portentum in bello Britannico commemorat.

De divin. ubi tractat de Magia.

Annal. lib. 14.

Sed his nunc omiſſis, audiamus non diſſimilia & magis certiora ab homine oculato teſte, qui non ſolum illam Inſulam aſperam, montoſam & nivoſam, quam duplo eſſe majorem Sicilia, & in longitudinem centum milliaria continere exiſtimat, diligenter perluſtravit, & accurate deſcripſit: Is eſt Dithmarus Blefkenius. Vixit enim ibi per aliquot annos in familia præfecti Regis Daniæ, cui illa Inſula ſubdita eſt, quare etiam majorem commoditatē habuit, omnia memorabilia explorandi. Is in genere de Iſlandis ita ſcribit: Natio omnis Iſlandicorum admodum dedita eſt ſuperſtitionibus, ſpiritusque familiariter ipſis ſervientes habent. Ii enim in piſcatione tantum ſunt felices, qui noctu a Dæmone ad piſcationem excitantur. Quamvis vero Evangelii miniſtri in dehortando ab iſta impietate omnem diligentiam adhibent, tam alte tamen hæc impietas in mentibus illorum hæret, & radices egit, itaque ſunt a Sathana faſcinati, ut nullam ſanam doctrinam & dehortationem admittant: Imo Diaboli opera, oblato precio, ventum ſecundum pollicentur & præſtant, quod mihi compertum eſt. Simile quippiam Olaus Magnus de Finlandis ſcribit &c. Idem Dithmarus de montibus præcipuis Iſlandiæ, præſertim de Hecla, ita pergit: Sunt in Iſlandia tres montes valde mirabiles, unus mons Crucis: alter Saevelltockel. Hi

De Iſlandicorum vita & moribus

Lib. 3. De montib. mirabilib in Iſlandia

duo

duo nubes altitudine penetrant, quorum capita ſive ſummitates nemo unquam vidit, neq; unquam glacie & nive vacui viſi ſunt: In his quotidie fulgura & tonitrua horrenda audiuntur, cum tamen in propinquis convallibus aere æſtivo tempore ſit ſudus & ſerenus. Tertius mons ad Septentrionem Inſulæ eſt, neque adeo excelſus; annos vero complures arſit, quo igne quave materia ignoratur: cum vero per totam Inſulam ſulphur effodiatur, videtur ſulphurea materia aliquando ibi incenſa eſſe. Mons hic haud procul à mari eſt, mareque ex parte illum alluit: HECLA dicitur. Interdum flammam, aliquando ignitam aquam, poſt nigrum cinerem & pumices, tanta quidem copia eiicit, ut ſolem obſcuret. Nemo quoque in propinquo, ad milliaria ſex, habitare poteſt: neque paſcua ulla circum ſunt. Aliquando homines audaces & vitam nihili facientes, lapides per cavernas iniiciunt. Nam interdum mira eſt in monte tranquillitas, præſertim ubi Zephyrus ſpirat: immiſſos lapides ſtatim horribili fragore ac ſonitu reiicit. Damnatorum animas hic torqueri vulgus credit: varia & horrenda in hoc monte & circum, ſpectra obſervari, certum eſt. Nam ſi alicubi ſit prælium commiſſum, Iſlandici, præſertim ii, qui in mari vicino Heclæ navigant & piſcantur, prælii commiſſi diem ſciunt, etiamſi ignorent ubi ſit factum: vident enim (ut ipſi referunt) Cacodæmones exeuntes & revertentes, umbraſque adducentes. Et circumfertur hiſtoria talis in Iſlandia. Piſcator juxta Heclam navigans, aliam navem obviam habuit: uterque ſecundo vento utebatur, cumque more nautarum, ex quis eſſet, & unde, quæſitus, Bremenſem Epiſcopum ſe in navi habere reſpondit, quem ad Heclam deducere vellet: & compertum eſt, eo ipſo die Epiſcopum è vita diſceſſiſſe: Quod tamen ego pro vero ponere nolim. Si qui fluctibus, aut alioquin perierint aut mortui fuerint, interdum ſuis amicis & notis triſtes apparent, quæſiti quo & unde? ad Heclam ſibi inclementi pædagogo Dæmone deduci ſe, reſpondent evaneſcuntque: ſicque a Satana faſcinati ſunt, ut animas demortuorum eſſe credant. Sed quia infernum in hoc monte eſſe, nemo ſanæ mentis facile credet, quæri tamen poſſet, unde mons iſte materiam habeat, qua tot annorum flammas, tot cineres, tantamque pumicum copiam producat. Et cum ſuas rationes naturales recenſuiſſet, pergit idem auctor. Eodem anno (nempe 1563.) quo in Iſlandia eſſem, die 19. Novembris, circa medium noctis, in mari, juxta Heclam flamma apparuit, quæ totam Inſulam illuſtrabat, ut omnes attoniti miraremur, atque exitum anxiè expectaremus: ſeniores & hujus rei periti ex Hecla hominem venire dicebant, poſt horam tota Inſula contremuit, quaſi ſuis ſedibus moveretur; terræ motum ſecutus eſt horribilis fragor, ut ſi omnia bellica tormenta exploderentur, nihil ad hunc terrorem eſſet.

Non

Non poteſt cogitatione, nedum verbis comprehendi, quam horribile fuerit. Totam mundi fabricam corruituram, poſtremumque adeſſe diem credidimus: at compertum eſt poſtmodo, mare ad duo milliaria retroceſſiſſe in illo loco, atque exſiccatum eſſe. Sub initium Iulii, tempore anniverſario, glacies magna copia noctu ex improviſo inſulam circa Heclam alludit, ac vagatur rumor, per totam Inſulam, imo creditur, damnatas animas in hac glacie torqueri, alternis vicibus in flammis in monte, ac deinde in glacie. Hæc glacies menſes tres continuos ſolum circa Heclam natat. Hujus glaciei ſi partem aliquam mari exemeris, linteoque involveris, atque in ciſta repoſueris, tam diu illæſa manet, quoad illa in mari natat, ſi vero in mari glacies evanuerit, (quod repente in una nocte fieri ſolet) hæc nuſquam apparet, neque ullum humiditatis ſignum in linteo relinquit, quod Satanæ haud difficile eſt, glaciem ſine humiditate tollere, ut illorum credulitatem augeat. Meminit hujus glaciei etiam Olaus Magnus.

Lib. 2. Sed quia (pergit Blefkenius) ego omnia diligenter perquirere ſtatueram, non ſine horrore ad hanc glaciem navigavi, & animadverti, vi ventorum eam ad ſcopulos torqueri, & ita lugubrius quid ſonare à longinquo, quaſi exaudirentur ibi miſerandi ejulatus. Hinc Islandici damnatorum animas in iſta glacie torqueri putant, &c. Prope finem hujus libri idem auctor ita pergit recenſere, quid ipſe in monte Hecla, ex commendatione regii præfecti, magno cum periculo vitæ viderit. Ego, inquit, comitatus duobus Islandicis & Dano quodam, qui commeatum & tentoriolum equo vehebat, totum quatriduum conſumpſi, dum per loca aſpera, montoſa & avia, ad hunc montem contendimus. Ad aliquot miliaria, circum Heclam, omnia nigro cinere & pumicibus erant repleta. Monebant me Islandici, ne propius accederem, abducto & equo, quem ipſi mihi conceſſerant. Ego, quia omnia diligenter inveſtigare decreverim, Dano homine comitatus, propius quaſi montem aſcenſurus, acceſſi, & quamvis primo aſpectu horror nos invaſerat, ab inſtituto tamen diſcedere nolui, & per ætatem periculum non intelligens, per cineres & pumices ſolus, relicto Dano, ad Heclam contendebam. Erat tunc mira ibidem tranquillitas, ut nec ignem, nec fumum quidem viderem. Ecce ſubito in terræ viſceribus magnus auditur fragor, hunc ſecutæ ſunt flammæ cærulei coloris, quæ ſulphureo ſuo & teterrimo fœtore me pene extinxerunt, vixque ad relictos comites & equos evaſi. Ex ſubita illa conſternatione in morbum incidi, & vehementem cogitationem, cum horrendæ iſtæ flammæ ſemper mihi ob oculos verſarentur, ita quidem, ut Islandici mei comites ad ſuam habitationem me abducere cogerentur, apud quos integros menſes duos decubui, &c.

Hæc

Hæc & alia miraculoſa & prodigioſa, ab illo auctore oculato, recenſentur. Inter ea, quæ de nonnullis lacubus & thermis obſervavit, memorabilia & rara ſunt. In iſtis, inquit, calidiſſimis aquis, quibus digitum ſine periculo inſerere non potui, mergi rubei à longe quidem conſpiciuntur, ſi propius accedas, evaneſcunt, ſi rurſus abieris, emergunt, ita per totos dies, ſi cui libido eſt cum hominibus ludunt. An revera mergi ſint, aliis judicandum relinquo. Ad occaſum ejus Inſulæ (pergit auctor) ingens eſt lacus, fumoſus & frigidus valde, qui omnia, quæ quidem immerguntur, in lapides convertit, idque paucis diebus, & quod ſumma admiratione dignum eſt, ſi lignum recta in fundum poſueris, ima pars, quæ in terram figitur, ferri ſpeciem & duritiem, poſt biduum, habet: ſuperna pars, quæ ſupra aquam manſit, priſtinam formam retinet: Atque hujus rei veritatem bis fui expertus, ſed cum imam partem, quæ ferrum repræſentabat, igni, ut liqueſceret, admoviſſem, ut carbo arſit, &c. De ſimili lacu ſcribit Hector Boethius, qui ſit in Hybernia, in quem ſi pertica vado defigatur, & exactis aliquot menſibus revellatur, partem quæ luto inhæſerat, in ferrum converſam eſſe: quæ in aqua remanſerat, in cotē: reliqua manente lignea. Iſta & alia rara, quæ paulo ante dixi, ut vix credenda, recenſet Blefkenius, cum hac cautione: Neque mihi quiſquam perſuaſurus erat, vera hæc eſſe, etiamſi decē Ariſtoteles mihi affirmaſſent, niſi meis oculis pleraque conſpexiſſem. Ne quis igitur protinus clamet, fabuloſum eſſe ſibi non compertum.

De mirabilibus lagunis & fontibus Islandia.

Prolixior fui in referendo, vel potius exſcribendo, ex ſæpe allegato libello, quam forte par fuit: ſed meæ cupiditati veluti calcar adiecit, cognoſcendi, cum admiratione, raras & peculiares res, in illis remotioribus Septentrionalibus locis: Quarum licet alij quoque hiſtorici, videlicet Saxo Grammaticus, Olaus Magnus, Crantzius, Munſterus, Surius, Majolus, &c mentionem faciunt, tamen eorum narratio non eſt tam exquiſita, & accurata (quia ſolummodo ex audita, & aliorum relatu ſuas hiſtorias cōtexuerunt) quam Blefkeniana, quem αὐτόπτην fuiſſe cognovimus: ideoque autorem magis eſſe judico fide dignum, quam cæteros qui in illa Inſula non fuerunt, & notatu digna præſentes, ſicut ipſe, non obſervarunt. Poſtremo operæ pretium duxi rhytmos Gallicos, Eraſmi Michaelis, de hac Inſula & monte Hecla, adſcribere:

In deſcriptione Islandia.

La derniere isle au Nort, eſt l'Islande fameuſe,
Non ſeulement d'autant qu'en ſa terre ſoulfreuſe.
Le jaune ſoulfre croiſt, & qu'es prés verds & bas
Le beſtail qui y paiſt devient grand & gras.
Mais auſſi pour autant que le marchant y charge,
De poiſſons ſa nef, & la rive en deſcharge,

N *Ou ils*

On ils ſont à monceaux, cependant qu' en la mer
Le nombre touſiour croiſt. La chaſcun eſtranger
Cognoit ce pays c'y, l' endroit auquel ſe couche
Le jour; y a un mont, qui brusle, & de ſa bouche
Iette pierres & feux, ſi que le Firmament
Par les flammes d' Hecla reluit inceſſamment.

Caput XVIII.

De bubone, inauſpicata ave, & quid ea viſa portenderit. Deque horrendo exitu eorum, qui humanæ ſortis immemores, cultum & honores divinos, ex quadam ſuperbia & arrogantia, affectarunt.

Auctarium Cap. 67. Cent. 1.

Receuſuimus, qua de cauſa Tartari criſtas & pennas bubonis avis, ob ſervatum Cingi Han (ita enim rectius legitur) ſuum Imperatorem tā magni faciant, ut ornamenti cauſa, in galeis, pileis, eas geſtare ſoliti ſint; quo deinceps etiam imitati ſunt Turcæ. qui etiam aliis alitum pennis ſe ornant, inter quas magno pretio potiſſimum pennas erodij, tam viri, quam fœminæ illuſtriores, & nobiliores comparere, & iis capita ornare ſtudent. Ob eamque rem cum Sultanæ lucrum ex ejuſcemodi criſtis ſuperioribus annis capere conſueſſent, petierunt à Venetis, per internuntios, & familiares, ut fictæ illæ pennæ vitreæ, quæ Murani conficiuntur, & Conſtantinopoli vili pretio venderentur, prohiberentur, ſicut Sorantius notavit. Nunc vero, de inauſpicata & ferali illa ave plura enarrabimus. Mira certe ſunt, quæ Flavius Joſephus de bubone, quæ avis Agrippæ Judæo, partim fauſta, partim infauſta fuit, ſcribit. Cum enim, propter nonnullos ſermones, & blanditias, de ſucceſſione in Imperio, cum Caio Tiberij Nerone habitos, ex indicio Eutychis, ab eodem Tiberio, in vincula conjectus eſſet, & præ mœrore inter alios quoſdam vinctos, in quandam arborem, cui insediſſet bubo, incubuiſſet, unus e vinctis Germanis alterum conſpicatus, Agrippæ liberationem & ampliſſimam dignitatem, quam poſtea, regnante Caio, qui Caligula dictus fuit, conſecutus eſt prædixit, ſed adiecit: Memento autem, quando hanc avem iterum videris, quintum ex eo diem fatalem tibi futurum, quod etiā evenit. Nam cū triennio poſt, referente eodē Joſepho Cæſareæ (quæ prius Stratonis turris dicta fuit) ſolennes ludos, pro ſalute Cæſaris, celebris,

In Ottovanno.

Antiquit. Judæorum lib. 18. c. 8.

Li. 19. c. 7.

celebraret, ad quam feſtivitatem magna multitudo nobilium procerum ex tota provincia convenerat: Ejus celebritatis die ſecunda, proceſſit Agrippa mane in theatrum, amictus veſte, tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radiis exorientes ſolis percuſſa, & divinum quendam fulgorem emittens, venerationem cum horrore incutiebat ſpectantibus, moxque adulatores pernicioſi, alius aliumde acclamantes, Deum conſalutabant, rogantes, ut faveret propitius. Hactenus enim ut hominem reveritos, nunc agnoſcere, & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius. Hanc impiam adulationem ille nec caſtigavit, nec repulit, pauloque poſt ſuſpiciens, vidit ſupra caput ſuum bubonem funi extento inſidentem, moxque ut ſenſit hunc eſſe calamitatis nuntium, qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordiis indoluit. Secuta ſunt ventris tormina, ſtatim à principio vehementia, per continuos quinque dies nihil ſe remittente, confectus vitam finiit, annum natus quartum ſupra quinquageſimum, poſtquam regnaſſet per ſeptennium. Atque hic fuit exitus Agrippæ Regis. Hactenus Joſephus. Lucas vero in actis Apoſtolorum, ſuccincte mentionem hujus Agrippæ, ſub nomine Herodis, facit, cui certa fides adhibenda eſt. Nempe cum is Jacobum fratrem Joannis occidiſſet, & Petrum in vinculis morti adiudicaſſet: Is autem ab Angelo Domini ex vinculis liberatus eſſet, eumque, poſtquam cuſtodes carceris excruciatos interfeciſſet, indignatum Cæſaream profectum, eo animo ut bellum Tyriis & Sidoniis (forte quod B. Petrum apud illos deliteſcentem foviſſent, ſicut nonnulli cauſam illam hujus indignationis & belli prætendunt) inferret. Sedata autem, interceſſione conſiliariorum, ejus ira, cum regia veſte, & ornatu, populo in tribunali ſe oſtentaſſat, eique à multitudine divini honores attributi eſſent, ab Angelo, quod cultum Deo non tribuiſſet ſuum, ſed ſibi vindicaſſet, percuſſum, & à vermibus corroſum fuiſſe. Non igitur fruſtra inducitur à Joſepho moribundus ita amicos compellans: En ego ille, veſtra appellatione Deus, vitã relinquere jubeor, fatali neceſſitate coarguente veſtrum mendacium, & quem immortalem ſalutaſtis, ad mortem rapior, &c. Hanc autem totam hiſtoriam vel potius tragœdiam, eleganti heroico carmine, ita expreſſit Chytræus, quod certe dignum eſt, ut aſſeribatur:

Cap. 12.

In Faſtis menſe Iul. mihi f. 35. 55

Namque paludatus cum ſole oriente ſederet,
Regali in ſolio, rutilaque in veſte refulgens.
Magnificeque loquens, plauſu mox plebis inani,
Non homo, ſed Deus eſſe, levi reſonante theatro,
Dicitur infelix atque infatuatus honore,
Eheu! mendaci nimium, non ducta refellit.

Sed turgens animis inſtar pavonis inepti,
Explicat auriſluos adverſo ſole colores,
Mirificeque ſibi placet ipſi. Aſt omnia cernens
Vltore intuitu Dominus, tolerare ſuperbos
Neſcius, hunc etiam nutu compeſcuit uno.
Scilicet aſpectu terrens & carmine bubo
Importunus adeſt & ſeſe Herodis ad ora
Fertque refertque ſonans, & tempora verberat alis.
Illi membra novum ſolvit formidine frigus,
Stant horrore comæ arrectæ, vox faucibus hæret,
Cum ſimul aſtrifera demiſſus ab arce Iehovæ
Angelus aſſiſtit, qui frontem oculoſque tyranni
Percutit horrendoque ictu demittere criſtas
Edocet. Ille jacet, ceu fulmine tactus & eheu
Exclamans ſero agnoſcit, ſeſeque fatetur
Seſe hominem tantum miſerum, quo nullus ubique
Eſſe etiam in toto queat ærumnoſior orbe.
Semineçem pueri abducunt, lectoque reponunt,
Nec mora viſceribus putrefactis, ventre ſupino
Erumpunt vermes, eroſis undique coſtis.
Exagitant animum furiæ, proprium ipſe cadaver
Vivus adhuc videt, & fœtore efficitur acri.
Sic totos cum quinque dies jacuiſſet anhelus,
Inviſam ſuperis animam Sathanæque dicatam
Cum gemitu horrendo efflavit. Sic vincla neceſque
Sic Dominus plagas, Sanctorum ulciſcitur. I nunc
Si placet, & Chriſti damnum moliere miniſtris:
Aus etiam divos mortalis in corpore reges
Eſſe puta, & vivis divinos defer honores,
Aut adeo patulis da aſſentatoribus aures.

Vt autem rectius cognoſcatur, quis ille Agrippa fuerit, ſciendum eſt, eum Herodem Agrippam appellatum, nepotem fuiſſe Magni Herodis, filium Ariſtobuli, qui patruum habuit Herodem Antippam, ſicut differentiam horum nominum, H[illegible] Cruſius, D. parens meus, complexus eſt, tam Græcis quam Latinis verſibus, quos ex homiliis ejus domeſticis adſcribam. Exſtant autem in feſto die S. Iacobi:

Ὁ μὲν Ἀσκαλωνίτης σφαγεὺς τῶν νηπίων.
Ὁ δ᾽ ἐστὶν Ἀντιπάτρου τὸν προειρημένον κτανὼν

Ἰάκωβον

Ἰακωβὸν, Ἀγρίππας δ᾽ ἀνεῖλε, καὶ Πέτρον,
Μέλλοι ἐπεὶ γ᾽ ἔδησε, θεόθ᾽ ἐκωλύθη.
Τῶν δ᾽ εἶχεν Ἡρώδου δ᾽ ἕκαστος τοὔνομα.

Quæ carmina latine ſic ſonant:

Infantium Aſcalonita interemtor eſt:
Antipa præcurſorum Ioannem necat,
Iacobum Agrippa ſuſtulit, & erga Petrum
Vinctum impeditur facere idem divinitus:
Herodis his nomenque ſingulis fuit.

Cæterum aliis quoque hiſtoriis demonſtrari poterit, quando homines immemores ſortis ſuæ caducæ, & ſingulis momentis ærumnis, & morti obiectæ, ſeſe divinis honoribus, & titulis, veluti titillarunt, & deſpectis aliis, arrogantia quandam ſeſe mox ex alto ita nimium extulerunt, tunc ſubito atque improviſo eos ita præcipitatos & ad humilitatem redactos eſſe, ut ſibiipſis & aliis exemplum præberent manifeſtum, ne ultra, quam decet, ſeſe efferrent; ſed cum ſuo damno & dedecore, in ſua conditione fragili manerent. Hoc docet nos Choſroes II. hujus nominis, Rex Perſarum potentiſſimus, qui dum eo inſolentiæ & arrogantiæ pervenit, ut divinos ſibi honores arrogaret, confeſtim cœleſtis νεμέσις in ipſum exarſit, ut contemptus morte crudeli occumberet, de quo late Reineccius.

Eodem modo Philippo, Regi Macedoniæ, patri Alexandri magni iſta affectata apotheoſis infeliciter accidit. Cum enim, ut refert Diodorus Siculus, in pompa quadam celeberrima, ſupra alium maximum apparatum, XII deorum (qui à veteribus Magni Dij vocabantur) ſimulachra eſſent invecta, artificio & ingentibus ſtructuris, mirifice exornata, & poſt illa tertium & decimum ipſius Philippi ſignum, divino habitu repræſentatum eſſet, (qua in re dignitate parem XII. deis rex oſtendere ſe voluit) mox pleno theatro, cum ipſe coronatus prodiiſſet, ſpiculatoribus à ſe amotis, à Pauſania interfectus eſt. *De Regibus Perſicis in ejus vita Li.16.*

Sed ut de ave illa prodigioſa & inauſpicata hoc caput abſolvam, Dio de ea ita ſcribit: Bubo in templum Concordiæ deinde in reliqua fere omnia, quæ habebantur, delubra devolavit, ac cum undique exigeretur, in ade Genij populi conſedit, ac neque captus eſt, & tarde omnino avolavit. Sane ſuperſtitio iſta de bubone fatali ave, multorum animos, & olim, & nunc quoque, plus æquo occupavit, quam tamen Petracha lepide deridet, ubi introducit Rationem ita loquentem: Mœſtior te forſit aſtrix offendit, neque tam proprio, quam poetarum carminibus infamis bubo, qui quibusdam *Lib 50.* *De remediis utriuſque fort. dialog. 50.*

buſdam tamen, quam læti fuerit augurij, apud Joſephum legis: quamvis utrumque ridiculum, hinc ſpem ſcilicet metumve concipere. Hujus enim & multorum triſtis aſpectus, , & lugubris cantus: at uterque naturalis. Non ſic canunt, ut nobis aliquid nuntient, ſed quia canere aliter non norunt, &c.

Quomodocunque autem ſeſe res habeat, ſemper avis hujus aſpectus, ululatus, & gemitus pro malo omine habitus fuit, ſicut Clivis etiam non ita pridem, accidit. Eo enim tempore, quo Carolus Fridericus, Dux Juliacenſis, & Clivenſis, ſummæ ſpei juvenis, Romæ, cum lethali morbo conflictaretur, ex quo paulo poſt VI. Idus Februarij Anno M.D.LXXV. obiit, bubo per plures dies in palatio viſus, & auditus media luce, vixque jaculis, a turribus, ac tectis, arceri tum potuit, ſi ut Stephanus Pighius teſtatur. *In Hercule Prodítio.* Vtrum autem bonum vel malum Moguntinæ urbi portentum fuerit bubo vel noctua, (quantitate enim tantum differunt) incertum eſt. Rem vero ipſam Trithemius ita deſcribit Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo, cum Adolphus Naſſovius, quem Pius II. abrogato Dithero Iſembergio, Archiepiſcopum Moguntinenſem conſtituerat, in menſe Octobri, Moguntiam urbem, quæ partes Ditheri adhuc ſequebatur, noctu clam conſcenſis mœnibus capere vellet, dum in ſuperata foſſa, in loco commodo, & minus cuſtodito, ſcalas apponerent muris, vidit quiſpiam muro inſidentem eminentemque noctuam, quæ ſedens uno fixo in loco, ſuper murum, alas jam extendit, jam depreſſit. *De rebus geſtis Fride. Palatini.* Cumque hoc in longam faceret horam, territi fuere cernentes, propterea quod latere fortem inibi arbitrarentur cuſtodiam. Nam propter tenebrarum horrorem, clare, quid eſſet, diſcernere non poterant. Prope jam erat, ſi paulo diutius duraviſſet ſpectaculum, ut ſcalis à muro depoſitis, infecto negocio receſſiſſent, metu perculſi, cum ecce beſtia ſubito devolans metu levavit ſemideſperatos. Facti itaque alacriores, muros ibi conſcendunt, & urbem occupant, &c. Cæterum noctua (avis licet minor bubone, ſed tamen ejuſdem generis, ut paulo ante diximus,) apud Ægyptios, & Æthiopas, mortis erat ſignum. Cum enim, ſive viva, ſive ſimulachrum ejus, reis & damnatis, in carcere, à lictore afferretur, ij hoc ſigno lethali conſpecto, mox ſibi ſponte mortem conſciſcebant, magno & ſibi & patriæ dedecori futuri, niſi feciſſent. Atqui ferunt quendam, oblato hoc ſigno, morti deſtinatum, cum de fuga cepiſſet conſilia agitare, priuſquam ſe periculo abſtraheret, zona à matre ſtrangulatum: adeo perſuaſum fuit non licere mortem, magiſtratuum pronunciatione decretam, exilio, vel ſubterfugio quopiam alio commutare, ſicut Diodorus Siculus & Pierius, in Hieroglyphicis *Lib. 3. Lib. 2.*

phicis, notavit. Augurium autem noctuæ apud gentiles tale fuit, ſi ea volaſſet, victoriam nuntiare videbatur, ſi ſereno cecíniſſet, turbare aerem, ſi tempeſtate occineret, ſerenare. Et cum hæc in haſta Pyrrhi regis, contra Argos euntis, conſediſſet, fatum illi & diſcrimen extremum portendere credita fuit. Hoc quoque Maro, in duello Æneæ & Turni, obſervavit hiſce verſibus, ubi fingit, unam ex diris Megæræ natis miſſam, ad perterrefaciendum Turnum, quæ in bubonis vel noctuæ ſpecie, clypeum ejus alis everberans:

Alitis in parvæ ſubito collecta figuram,
Quæ quondam buſtis, aut culminibus deſertis,
Nocte ſedem ſerum canit importuna per umbras.
Hanc verſa in faciem Turni ſe peſtis ad ora
Fertque refertque ſonans. clypeumque everberat alis.
Illi membra novus ſolvit formidine torpor,
Arrectaque horrore comæ, & vox faucibus hæſit,

Huc quoque Ovidius reſpexit, ubi ita, de hac ferali ave, canit:

tectoque profanus
Incubuit bubo, thalamique in culmine ſedit.

Poſtremo, Thomas Chalonerus, eques & Legatus Reginæ Angliæ ad Hiſpaniæ Regem, ingenioſe fingit bubonem, exturrito culmine vitia, illecebras & voluptates, atque inde ebullientes pravos mores decantantem, quos elegantiſſimos verſus heroicos, antea integros recenſui.

Metamorphoſ. lib. 6.
De reipubl. Angl. inſtau. lib. 6.
Cent. 2. cap. 33.

CAPUT XIX.

De jactantia, quam exoſa res ſit.

Dio in ſua Romana hiſtoria vere ſcribit: Laudes magnæ, honoreſque immodici, nulli aut exiguæ certe rei geſtæ tributi, traducere eam modo, ac ſigillare exiſtimantur, &c. Quamobrem ſi ea, quæ ab alio, vel adulatione, vel ſpe alicujus lucri, vel commodi fiunt, culpantur: Multo magis ii reprehenduntur, qui præcones intempeſtivi propriæ laudis eſſe ſolent. Experientia enim teſtatur, eos quis ob aliquam rem, egregie præſtitam, aliove modo, ob felicitatem, divitias, ingenii dotes, vires corporis & alia ſua facta memorabilia, propriis laudibus ea exaggerant & prædicant, ſua jactatione omnibus nauſeam, & moleſtiam parere, ſuiſque rebus geſtis potius invidiam inurere, quam ex iis gloriam acquirere: Imo, quod gravius eſt, ejuſmodi gloriationib. intempeſtivis, & jactatoriis, inculcandis,

candis & exprobrandis, apud potentiores, ſibiipſis damnum nonnunquam etiam exitium proprium arceſſere. Hoc vitium etiam Catullus Poëta notat, ubi dicit:

Quodcunque agit, renidet. hunc habet morbum.

Lib. 19. c. 7. Hujus rei extat exemplum apud Flavium Ioſephum; Sila, inquit, magiſter militiæ, Regis Agrippæ, cum propter fidelia officia, fretus amicitia regia licentius ageret, & ei in colloquiis moleſtus eſſet, atque nunquam non labores, in ejus gratiam exhauſtos, memorans, ſine fine repeteret, ideoque opprobrare videretur: Rex tandem immodica libertate offenſus eſt. Iniucunda enim eſt temporis ingloriæ acti memoria, & ſtultum eſſe indeſinenter exprobrare debitum. Poſtremo in tantum eſt exaſperatus Regis animus, ut iræ plus quam rationi tribuens, non contentus fuerit, illi ademiſſe præfecturam; verum etiam victum, in ipſius patriam adſervandum, miſerit, &c. Hinc confirmantur noſtræ cogitationes, quæ me, ad ſcribendum hoc caput, impulere: Cum conſtet nihil magis diminuere laudis præconium, quam ſuos aſſidue jactare ſucceſſus, & ſingulis diebus anni vendere unum diem, ut etiam Hannibal Scotus Placentinus obſervavit, allegans Marium, qui cum plurima feciſſet egregie, vana ſui jactatione gloriam famæ perdidiſſe, & quia ſibi præſumſit a ſcribere, quod ex ore alieno captare debuerat, publicæ commendationis vota demeruiſſe. Iactantia enim eſt inanis & ſtulta de ſe prædicatio, qua quidem qui utitur, ſemper vilem ſe cordatis hominibus reddit. Idipſum Cicero quoque obſervavit, dicens: Deforme eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. Vnde Hannibal Scotus alibi monet, Abſtinendum ei eſſe à nimia jactantia, qui ingens aliquod beneficium in alterum contulit. Nam ſemper hac exprobratione totam vim beneficii illius animo deleri, ſiquidem ſemper inviſi ſunt exprobrantes. Ideoque qui dedit beneficium, tacere debet; qui autem accepit, narrare. Vnde, Martialis ſcitum eſt epigramma:

In ſuo comment. ad Annal. Tacit. l. 5.

In comment. ad Tacit. lib. 4. hiſt.

Quæ mihi præſtiteris, memini, ſemperque tenebo,
Cur igitur taceo, Poſthume? tu loqueris:
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat, Dixerat ille mihi.
Non belle quædam faciunt duo: ſufficit unus
Huic operi: ſi vis, ut loquar, ipſe tace.
Crede mihi: quamvis ingentia, Poſthume, dones,
Auctoris pereunt garrulitate ſui.

De unione Portugal. f. mihi, 185. Huc ſpectat obſervatio Coneſtagi, Reges non tanto amore proſequuntur eos, qui de ipſis benemeriti ſunt, quanto eos, quos ipſi beneficiis affecerunt.

cerunt. Jactantia ſane tam exoſum eſt vitium, ut ſemper ex faſtu quodam deſpicientiam aliorum aſſeclam, & veluti pediſſequam habeat: ſicut multa exempla recenſeri poſſent, ex quibus conſtat, eam fere ex ſuperbia & *Li. moral.* æſtimatione nimia elationeque ſuimet ipſius ortum habere, quod etiam *34 c.18. eſt.* Gregorius Magnus obſervavit: Qui, inquit, ſemper aliena opera deſpicit, *23.* ſemper miratur, quæ ipſe facit, quia & quicquid egerit, egiſſe ſe ſingulariter credit, atque in eo quod exhibet, per gloriæ cupiditatem, ſibimet ipſi favet per cognitionem, & cum ſe in cunctis tranſcendere cæteros æſtimat, per lata cognitionem ſpatia ſecum deambulans, laudes ſuas tacitus clamat. Huc ſpectat jactantia ex ſuperbia orta, adjuncta deſpicientia, Hugonis Capeti, qui teſte Cranzio, Ludovicum Franciæ Regem, qui Ottonis I *In Sax. lib.* ſororem, in uxorem habebat, eumque captum ſub cuſtodia publica Lugdunum miſerat. Dum autem Otto, ad liberandum ſororium, exercitum *3.c.23.* in Francos validum conſcriberet, Hugo per contemtum m[illegible] Legatis, ut domi ſederet, monuit, adjuncto juramento, per animam patris ſui, plura ſibi eſſe arma, quam unquam Otto vidiſſet. Quid enim poſſent Saxones, quorum tria tela una potione hauſturus eſſet? Otto viciſſim eiſdem Regi ſuo renuntiare juſſit, plures ſibi eſſe ſtramineos pileos, quam unquam vidiſſet Hugo. Eos Hugoni præſentari oportere, ut pileatus ſit pro Capeto. Habebat autem tunc Saxonicus ritus, ut omnes per æſtatem ſtramineis uterentur pileis. Præterea, quoniam Hugo Saxones nominaſſet effœminatos, Otho juſſit ut ſinguli milites, in ſuis ſtramineis pileis, geſtarent colos fœmineos, ſubtiliter tornatos, cum fuſis, ut irriſioni Gallorum, ipſa ſpecie, reſponderent. Hugo metu adductus Ludovicum cuſtodia liberavit, & quum nuſquam Hugo contra exercitum Ottonis prodiret, hic multis locis in deditionem receptis, in Germaniam rediit. Hugo non multo, poſt ſuo Regi conciliatus eſt.

Ex his apparet, ſemper jactantiam virium ſuarum, & contemtum aliorum infelicem exitum habuiſſe: ſicut quoque Ludovico duci Aurelianenſi qui ob jactationem admodum intempeſtivam, de amoribus ſuis, quâ conjugem Johannis, Ducis Burgundiæ etiam attigit, ab eo occiſus eſt, quum antea quoq; inter hos duos principes non leves ſimultates efferbuiſſent, ut Girardus in ſuis Gallicis hiſtoriis ad late intervit.

Huc pertinet hiſtoria à Buchanano relata, de comite Martiali Scoto, *Ad an.* Roberti Regis Scotiæ vicario, quem verbis, quam armis ferociorem fuiſ- *976. &* ſe ſcribit, qui cum Scotorum in pugna illa memorabili Otterburnenſi *992. lib. 9.* virtutem elevaret, & Anglorum ignaviam graviter increparet, utri- *Rer. Sot.* uſque gentis odium, ob nimiam jactantiam adverſum ſe concitavit.

Caput XX.

De praſagiis ruinæ & cladium regnorum & Rerumpubli-carum.

IN hiſtoriis Ammiani Marcellini ita legimus; Solent, manum iniectantibus fatis, hebetari ſenſus hominum, & obtundi. Quo reſpexerunt veteres gentiles, qui ſenſerunt, Vejovis fulmine mox tangendos, adeo hebetari, ut nec tonitru, nec majores aliquos poſſint audire fragores. Cui ſententiæ ſimilia ſunt etiam apud Velleium Paterculum. Non fruſtra igitur antea diſſeruimus & multa exempla congeſſimus, ex quibus apparet, plerunque evenire, ut homines, appropinquantibus ſuis malis, prudentiam inprimis, & ſalubriora conſilia, quorum ope imminentes calamitates evitare potuiſſent, amittere & negligere ſoleant, effu ereque (quod miſerrimum eſt) ut quod accidit, etiam meritò accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat, ut Paterculi verbis utar. Operæ pretium igitur duxi, hanc materiam cum latiſſimè ſeſe extendat, & admodum frequens in vita & actionibus humanis ſit, prolixius retractare, & priora, pluribus rationibus, & hiſtoriarum exemplis illuſtrare. Memorabilia enim paſſim documenta humanæ miſeriæ occurrunt, quæ nos triſtes admodum eventus docent, quando Reges & Principes, vel ſuperbia, & potentia elati, vel contumacia, & obſtinatione ex. cæcati, ſalutaria conſilia, prorſus intempeſtivis, & immaturis, aut ab aliis ſuppeditatis, aut à ſeipſis excogitatis opinionibus, præpoſterè poſtpoſuêre. Iis enim idem accidit, quod ægroto, cui guſtandi ſenſus morbo infectus eſt, qui dulce judicat amarum, & amarum, dulce: ſic, præeunte aliquo immodico affectu, patitur divina providentia, principes etiam ſummos, non tantum in dignoſcenda aliqua veritate caligare, & hallucinari: ſed etiam veritatem ipſam quodammodo abhorrere. Quemadmodum palato non ſano, pœna eſt panis, qui ſano ſuavis eſt, & oculis ægris odioſa lux, quæ puris eſt amabilis: Hoc B. Auguſtinus, & ipſa potius experientia docet: Quod etiam Paleotus obſervavit. Id quoque non ignoravit olim Antiſthenes, qui inimicis omnia optavit, præter ſanam mentem, quam ſi haberent, conſecuturi eſſent, quæ vellent. Non ratiò enim ſano, & prudenti conſilio & tempori ſerviendo, impendens periculum vitatur. Recte itaq; Cicero Quintum fratrem ita monet: Nos plerunq; non recte ex ſtimamus, quæ pœna divina ſit, & opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus, cum doloribus corporis, morte, luctu, hominum miſerias ponderamus, quæ ſunt humana, & multis bonis viris accidunt.

Lib. 14.

Cap. 16. cent. 1.

De ſacri conſiſt. conſult. fol. 86.

Lib. 2. de Legib.

dunt, &c. Indicium autem & præſagium manifeſtæ ruinæ, & infelicitatis Regnorum & Rerumpubl. eſt, non ſolum, ſicut antea monuimus, quando Deus mentem principibus ita imminuit, ut, ſapientum conſiliis repudiatis, provehant homines novos, ſtolidos, & vecordes aſſentatores: ſed etiam, quando optimorum, & prudentiſſimorum virorum, qui ratione Reipublicæ, (cujus potiſſimum reſpectum habent) inter cogitandum, & deliberandum, timidi, & circumſpecti ſunt, colligentes omnia mala, quæ evenire poſſe videantur, in agendo verò alacres, & confidentes ſeſe præbent, conſilia fidelia & matura negliguntur: audaculorum verò, qui in laceſſendo fortes, & in agendo ſegnes ac timidi eſſe ſolent, opiniones, & conſilia, laudantur, & approbantur. Cæterum Cominæus prudenter obſervavit, *Lib. 9.* quid evenire ſoleat, quando princeps potiſſimum privatis, & iis conſiliis, quæ ſibi arrident, poſthabita matura conſultatione, inhæret: ideoque ita ratiocinatur: Inſolenter nimium faciunt principes, & inconſulte, quando ſuam privatam ſententiam multorum judiciis anteferunt. Dici enim non poteſt, quantum ſæpe malorum ex eo proveniat, &c. Exemplum habemus in Lautrechio, qui, teſte Guicciardino, procul dubio omnium Gallorũ ducum princeps, diu in bellis exercitatus, & maximæ apud exercitum autoritatis, ſed natura elatus, & imperioſus; dum ſibi uni credens, reliquorum omnium conſilia contemnit, dum neminem audire vult, dum, non omnia ſolius judicio geri homines animadvertere, ſibi turpe ducit, ea quæ adhibita fortaſſe ipſi victoriam peperiſſent, neglecta vero bellum Neapolitanum tanta ſpe cœptum, funditus everterunt, prætermiſit. Recte itaque hoc eleganti diſticho ingenioſus Poeta Naſo monet:

Crede mihi, miſeros prudentia prima relinquit,
Et ſenſus cum re, conſiliumque fugit,

Idipſum Appianus in quodã ſuæ Syriacæ hiſtoriæ loco, de Rege Antiocho loquẽs, obſervavit: Θεῦ inquit βλάπτοντος ἤδη τοὺς λογισμοὺς, ὁ περὶ ἅπασι προϊόντων ἀτυχημάτων ἐπιγίγνεται, ideſt, Deo jam mentem ejus lædẽte ꝗ omnibus accidere ſolet, quũ calamitates imminent. Sed ut ad ſacra divertamus: Quid obſecro magis nocuit Roboamo filio Regis Salomonis, quam quod mortuo patre ſapientiſſimo, obſtinatione, & perſuaſione quadam impia, ſalutares monitiones ſeniorum conſiliariorum patris, in ſublevandis oneribus populi, repudiaret, & ſuggeſtiones, & opiniones adoleſcentulorum, audaculorum, & imperitorum, maturioribus, ſanioribus, moderatioribus & mitioribus conſiliis, anteponeret? dum enim Regis propriis affectibus depravatis, poſtpoſita pietate in Deum & clementia in ſubditos, inſervit, nonne major populi pars ab eo defecit, & ſeſe Jeroboamo adiunxit? ſicut in lib. Reg. legimus. Omitto prolixiorem *Lib. ca. 12.*

 narra-

narratione de Pharaone Rege, qui neglectis mandatis divinis, in ſua obſtinatione, perverſo, & obdurato corde, in affligendis Iſraëlitis perſiſtens, effecit, ut in illo puniendo, Deus gloriam ſuam, pro liberatione populi ſui, cum proprio ipſius, & ſuorum exitio, in mari rubro ſuffocatus, inſigni miraculo oſtenderet & manifeſtaret. Hoc movit Andream Gorrutium, ut ita diſſereret; Quemadmodum ſua miſericordia Dominus intellectum poſcentibus concedit: ita peccantes, juſtitiæ judex amentia, cœcitate, atque adeo furore mentis percellit. Ideoque Iſraelem obteſtans Moyſes. Percutiet te Dominus, dixit amentia, & cœcitate ac furore mentis, & palpabis in meridie, ſicut palpare ſolet cœcus in tenebris, & non diriges vias tuas. Et Apoſtolus: ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio & judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Idipſum diligenter & pie obſervavit Flamminius; Nullo verò, inquit, majore ſupplicio poteſt afficere Deus illos, qui parere nolunt ſalutaribus monitis ipſius quam ſi eos patiatur indulgere, atque obſequi cupiditatibus ſuis, & ſua conſilia ſequi, quibus ſibi peſtem ac perniciem machinantur, & comparant: Idque tum maxime. quum ſibi ſapere ac rebus ſuis optimè conſulere videntur. Itaq; ſemper orandus Deus eſt, ut nos ipſe Spiritu ſuo ſancto regat, & gubernet. Quicunque enim Spiritu Dei ducuntur, ut ait D Paulus, ij ſunt filij Dei; cæteri Deum non propitium, ſed iratum habent. Huc accommodari poteſt doctrina Elihu, poſt ceteri amici Jobi, dicentis, Spiritum Dei, qui eſt in homine, & inſpirationem omnipotentis dare intelligentiam, &c. Ex quo à contrario ſenſu colligimus, unde inſpiratio illa divina abfuerit, inde neceſſario intelligentiam omnem exulare, ſuccedere autem in ejus locum vecordiam, quæ παραληθείαν atq; exitium accerſat & acceleret.

De providen. Dei li. 9. c. 2.

Deuter. c. 28.

2. Theſſ. 1.

In explan. Pſalm. 2. Et dimiſi, &c.

Job. ca. 32.

Caput XXI.

Auctarium cap. 56. cent. 1. Et qua ratione Deo pœnitentia in ſacris literis attribuatur.

ALlegavimus antea, ex lib. Samuelis, quomodo ob peccata Iſraelitarum, furore Domini, David concitatus ſit, ut contra præceptum divinum, numerari juſſerit populum & Cedreni explicationem. Quoniam autem hæc res prolixiore interpretatione digna nobis viſa eſt, plura hic de ea diſſeremus. In lib. Paralipomenorum legimus, conſurrexiſſe Sathanam, contra Iſraelem, & concitaſſe David, &c. Ex quibus verbis notandum eſt,

Cap. 21.

ab

ab ipſius populi ſceleribus variis profectum eſſe hoc Dei decretum, quo & David ipſe ſecuritatis, & negligentiæ alicujus, in caſtigando populo, & ipſe populus multiplicium peccatorum pœnas, hujus numerationis occaſione, pependit, ſicut erudite, adductis multis egregiis exemplis, diſputat Andreas Gorrutius, in curia Arvernorum, Regius conſiliarius, in ſuo eleganti libro, ubi in fine memorabilem locum citat, ex Gregorij Moralibus, dicentis. Secundum merita ſubditorum tribuuntur perſonæ regentium, ut ſæpe, qui videntur boni, accepto mox regimine, permutentur, ſicut Scriptura ſacra de eodem Saule intulit; quia cor cum dignitate mutavit. Vnde ſcriptum eſt; quum eſſes parvulus in oculis tuis, caput te conſtitui, in tribubus Iſrael. Sic pro qualitatibus ſubditorum, diſponuntur acta regentium, ut ſæpe, pro malo gregis, etiam vere boni delinquat vita Paſtoris. Ille enim, Deo atteſtante, laudatus; ille ſupernorum myſteriorum conſcius David Propheta, tumore repentinæ elationis inflatus, populum numerando, peccavit. Cur hoc? quia videlicet ſecundum meritum plebium diſponuntur corda Rectorum. Juſtus vero Judex peccantis vitium, ex ipſorum animadverſione corripuit, ex quorum cauſa peccavit. Sed quia ipſe, ſeſe et ſua voluntate ſuperbus, à culpa alienus non fuit, vindictam culpæ etiam ipſe ſuſcepit. Nam ira ſæviens, quæ populum quoque corporaliter perculit, Rectorem quoque populi, intimo cordis dolore proſtravit. Certum vero eſt quod ita ſibi invicem, & Rectorum merita connectantur, & plebium, ut ſæpe, ex culpa paſtorum, deterior fiat via plebium, & ſæpe, ex merito plebium, mutetur, vita paſtorum &c. Quibus congruenter Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus: Reges quando boni ſunt, muneris eſt Dei; quando vero mali, ſceleris eſt populi. Secundum enim meritum plebium diſponitur vita Rectorum, teſtante Job: Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Iraſcente enim Deo talem rectorem populi ſuſcipiunt, qualem pro peccato merentur. Nonnunquam pro malitia plebis etiam Reges mutantur, & qui ante videbantur eſſe boni, accepto regno fiunt mali. Et Origenes Adamantius in lib. Judicum: Si mali fuerint actus noſtri, & operantur maligna in conſpectu Dei, datur nobis Princeps ſecundum cor noſtrum. Evariſtus quoque Papa in eadem verba: Pro meritis ſubditorum diſponitur à Deo vita Rectorum, &c.

De providentia divina, l.6.c.7.

Sentent. de ſummo bono l.3.c.48.

Homil.4.

Epiſt.2. ad Ægypt.

Cæterum, non ſolum in numerando populo, & oſtendendis viribus, hæc ſuperbiæ & inſolentiæ plena curioſitas, Davidi, aliàs quidem Regi pio, & Prophetæ Dei, fraudi & noxa fuit: ſed etiam aliis, qui eodem modo cupiditatibus ſuis ambitioſis indulſerunt. Exemplum habemus in Guihelmo, Rege Angliæ. Is enim, ut antiquus hiſtoricus Florentius Wigornienſis ſcribit, circa annum M. C. IX. (quo tempore ipſe vixit) fecit deſcribi omnem Angliam, quantum terræ quiſque Baronum ſuorum poſ-

In Chronico.

 ſidebat

ſidebat, quot feudatos milites, quot carrucas, quot villanos, quod animalia: imo quantum vivæ pecuniæ quiſque poſſidebat, in omni regno ſuo, à maximo uſque ad minimum, & quantum reditus quæque poſſeſſio reddere poterat. Et vexata eſt terra multis cladibus, inde procedentibus, &c. Præbuêre autem tales loquendi modi, in ſacra Scriptura, verbi gratia, Deum commotum eſſe ira, & furore, item pœnitere, atque ſimiles, piis viris occaſionem cogitandi, & interpretandi, ut recte, & pie, illæ accipiantur, & intelligantur. Cum enim audimus Deum iratum, imaginari non debemus, aliquam in ipſo animi commotionem; ſed reputare potius locutionem hanc eſſe à ſenſu noſtro deſumptam: quam græco vocabulo, ἀνθρωποπάθειαν appellant. Quia faciem excandeſcentis, iratique præ ſe ferat Deus, quoties judicium exercet. Ita nec aliud debemus concipere ſub pœnitentiæ vocabulo, quam factorum mutationem, quoniam ſolent homines, facta ſua mutando, teſtari, ſibi priora diſplicere. Cum igitur mutatio quælibet inter homines correctio ejus ſit, quod diſplicet: correctio autem ex pœnitentia proveniat, ideo per pœnitentiæ nomen ſignificatur, quod Deus in ſuis operibus mutat: interim, nec conſilium illi, nec voluntas invertitur, nec affectus commutatur, ſed, quod ab æterno providerat, probaverat, decreverat, perpetuo tenore proſequitur, utcunque appareat ſubita hominum oculis varietas. Hoc innuit B. Auguſtinus, ubi Manichæis ita reſpondet; Dei omnipotentiam quidem omnia poſſe facere, ſupra captum noſtrum: nolle tamen ea, quæ ipſius veritati contraria ſunt, ne ſeipſum evertat. Et hujuſmodi quædam Deum non poſſe, non eſt in Deo impotentia, ſed conſtantia. In eandem ſententiam ſcribit B. Hieronymus: Si agimus pœnitentiam, Deum quoque ſuæ pœnitebit ſententiæ. Et Jeremias Propheta; Si converſa gens illa, à malo ſuo, contra quam locutus fuero, pœnitentiam egerit, agam & ego pœnitentiam, ſuper eo malo, quod cogitaveram facere ei. Vnde quærit idem Auguſtinus: Nunquid quomodo hominem, ſic pœnitet Deum? Minime certè. Nam in illum, nec error, nec mutatio ulla cadit: ſed pœnitere dicitur, cum juxta æternum ſuum, juſtiſſimumque decretum, aliquid mutat, quod mutari voluit; & cum certa conditione denuntiaverat. Sic pœnitet eum mali, quod nobis minatus erat, quando illud à nobis mutatis avertit. Id enim fert Dei decretum, ut, ſi pœnitentiam agamus, à nobis mala avertantur. Reo mutato, mutat judex ſententiam.

Li. 26. contra Fauſt.

In Prophet. Amos. C. 18.

Cap. 56. centur. 1.

Porro non abſque ſingulari ratione allegavimus antea ex Theodoreto, memorabilem doctrinam. Quod benignus Dominus, quaſi menſura quadam, & trutina miſericordiæ, & juſtitiæ utens, ubi intellexerit, magnitudinem ſcelerum ſuperare menſuram benignitatis, tum juſta animadverſione, ulteriores progreſſiones coerceat. Etenim eo ſpectant

ſana

ſana interpretatione monitiones ſacræ Scripturæ: Pervenerunt peccata uſque ad cœlum, id eſt, conſpectum Domini, ut puniat. Et clamor Sodomorum & Gomorrhæorum, & peccatum eorum grave. Et pervenit uſque ad cœlos. Documento meritò nobis deberent eſſe Iudæi, qui licet peculiaris, &, ex omnibus gentibus, electus populus eſſent, recepti in ſacro fœdere, admodum gratus: attamen, cum legem Dei, ſuis delictis, data opera, & malatioſe violarent, & ſeſe ſanguine innocentum inquinarent, atque repudiatis legitimis, & ordinariis ducibus, inprimis autem ante obſidionem Hieroſolymitanam, eademque durante, impios & ſceleratos Duces, Ioannem, Eleazarum, Simonem & Zelotas, tyrannidem exercere non tantum permitterent, ſed major pars adiutores, & miniſtri ſcelerum eſſent, tunc apparuit, menſuram iniquitatum ipſorum, completam eſſe, ita ut tandem urbs, unà cum templo, atque ſacrificiis, funditus deſtrueretur. Vnde deplorat Flavius Ioſephus ſuæ gentis calamitatem, & interneecionem, addita origine, unde ea fluxerit, his verbis: Cum Zelotæ omnia ſurſum deorſum miſcerent, atque cadaveribus occiſorum urbem implerent, ſepelientibus autem ſuorum corpora, idem, quod transfugis, imminebat ſupplicium mortis. ſtatimque ſepultura indigebat, qui hanc alteri præſtitiſſet, & ut breviter dicam, nulla tam, quam miſericordia perierat, in illis cladibus mentis affectio, hiſque irruabantur noxii, quæ miſeranda vidiſſent, à vivis in mortuos, à mortuis in vivos iracundiam transferentes. Modum autem excedente metu ſuperſtitibus, mortui, adepti requiem, beatiores videbantur, & qui erant in cuſtodiis, comparatione ſui cruciatus, inſepultos quoque fortunatiſſimos demonſtrabant. Omne quidem ab illis jus hominum calcabatur; ridebatur etiam divinitas, prophetarumque reſponſis, tanquam vulgaribus reſponſis, illudebant. Quum vero multa contemſiſſent de virtute & vitiis ſtatuta majorum, etiam quæ de patria olim prædicta fuerant, vera eſſe exitu probavêre. Vetus enim ſermo ferebatur, tunc demum civitatem captam iri, ſancta quoque flammis exurenda eſſe lege belli, quum ſeditio fuiſſet exorta, fanumque Dei propriæ manus ante violaſſent. Quibus Zelotæ, nihil de eorum fide dubitantes, miniſtros ſe præbuerunt. Et ſequenti libro. Non equidem recuſabo dicere, quæ dolor jubet: puto, ſi Romani contra noxios venire tardaſſent, aut hiatu terræ devorandam fuiſſe civitatem, aut diluvio perituram, aut fulmina, ac Sodomæ incendia, paſſuram. Multo enim magis impiam progeniem tulit, quam quæ illa protulerat. Denique cum eorum pertinacia deſperata, totus populus interiit. Deinde quoque in excidio Maſſadæ. Caſtelli munitiſſimi, ita pergit idem auctor; Fuit quodammodo illud tempus apud Iudæos omnium generum malitiæ fœcundiſſimum, ut nullum

Apoc. c. 18.
Gen. 18. & 20.
Hierem. c. 51.
De bello Iudaico lib. 5. cap. 2.
De bello Iud. lib. 6. c. 16.
De bello Iud. lib. 7. c. 28.

buſdam tamen, quam læti fuerit augurij, apud Joſephum legis: quamvis utrumque ridiculum, hinc ſpem ſcilicet metumve concipere. Hujus enim & multorum triſtis aſpectus, & lugubris cantus: at uterque naturalis. Non ſic canunt, ut nobis aliquid nuntient, ſed quia canere aliter non norunt, &c.

Quomodocunque autem ſeſe res habeat, ſemper avis hujus aſpectus, ululatus, & gemitus pro malo omine habitus fuit, ſicut Clivis etiam non ita pridem, accidit. Eo enim tempore, quo Carolus Fridericus, Dux Juliacenſis, & Clivenſis, ſummæ ſpei juvenis, Romæ, cum lethali morbo conflictaretur, ex quo paulo poſt VI. Idus Februarij Anno M.D.LXXV. obiit, bubo per plures dies in palatio viſus, & auditus media luce, vixque jaculis, a turribus, ac tectis, arceri tum potuit, ſicut Stephanus Pighius teſtatur. Vtrum autem bonum vel malum Moguntinæ urbi portentum fuerit bubo vel noctua, (quantitate enim tantum differunt) incertum eſt. Rem vero ipſam Trithemius ita deſcribit Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo, cum Adolphus Naſſovius, quem Pius II. abrogato Dithero Iſembergio, Archiepiſcopum Moguntinenſem conſtituerat, in menſe Octobri, Moguntiam urbem, quæ partes Ditheri adhuc ſequebatur, noctu clam conſcenſis mœnibus capere vellet, dum in ſuperata foſſa, in loco commodo, & minus cuſtodito, ſcalas apponerent muris, vidit quiſpiam muro inſidentem eminentemque noctuam, quæ ſedens uno fixo in loco, ſuper murum, alas jam extendit, jam depreſſit. Cumque hoc in longam faceret horam, territi fuere cernentes, propterea quod latere fortem inibi arbitrarentur cuſtodiam. Nam propter tenebrarum horrorem, clare, quid eſſet, diſcernere non poterant. Prope jam erat, ſi paulo diutius duraviſſet ſpectaculum, ut ſcalis à muro depoſitis, infecto negocio receſſiſſent, metu perculſi, cum ecce beſtia ſubito devolans metu levavit ſemideſperatos. Facti itaque alacriores, muros ibi conſcendunt, & urbem occupant, &c. Cæterum noctua (avis licet minor bubone, ſed tamen ejusdem generis, ut paulo ante diximus,) apud Ægyptios, & Æthiopas, mortis erat ſignum. Cum enim, ſive viva, ſive ſimulachrum ejus, reis & damnatis, in carcere, à lictore afferretur, ij hoc ſigno lethali conſpecto, mox ſibi ſponte mortem conſciſcebant, magno & ſibi & patriæ dedecori futuri, niſi feciſſent. Atqui ferunt quendam, oblato hoc ſigno, morti deſtinatum, cum de fuga cepiſſet conſilia agitare, priuſquam ſe periculo abſtraheret, zona à matre ſtrangulatum: adeo perſuaſum fuit non licere mortem, magiſtratuum pronunciatione decretam, exilio, vel ſubterfugio quopiam alio commutare, ſicut Diodorus Siculus & Pierius, in Hieroglyphicis

In Hercule Prodito.

De rebus geſtis Fride. Palatini.

Lib. 3.

Lib. 2.

phicis, notavit. Augurium autem noctuæ apud gentiles tale fuit, ſi ea volaſſet, victoriam nuntiare videbatur, ſi ſereno cecini ſſet, turbare aerem, ſi tempeſtate occineret, ſerenare. Et cum hæc in haſta Pyrrhi regis, contra Argos euntis, conſediſſet, fatum illi & diſcrimen extremum portendere credita fuit. Hoc quoque Maro, in duello Æneæ & Turni, obſervavit hiſce verſibus, ubi fingit, unam ex diris Megæræ natis miſſam, ad perterrefaciendum Turnum, quæ in bubonis vel noctuæ ſpecie, clypeum ejus alis everberans:

Alitis in parvæ ſubito collecta figuram,
Quæ quondam buſtis, aut culminibus deſertis,
Nocte ſedem ſerum canit importuna per umbras.
Hanc verſa in faciem Turni ſe peſtis adora
Fertque refertque ſonans, clypeumque everberat alis.
Illi membra novus ſolvit formidine torpor,
Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæſit.

Huc quoque Ovidius reſpexit, ubi ita de hac ferali ave, canit: *Metamorphoſ. lib. 6.*

tectoque profanus
Incubuit bubo, thalamoque in culmine ſedit.

Poſtremo, Thomas Chalonerus, eques & Legatus Reginæ Angliæ ad Hiſpaniæ Regem, ingenioſe fingit bubonem, exturrito culmine vitia, illecebras & voluptates, atque inde ebullientes pravos mores decantantem, quos elegantiſſimos verſus heroicos, antea integros recenſui. *De republ. Angl. inſtau. lib. 6. Cent. 2. cap. 33.*

Caput XIX.

De jactantia, quam exoſa res ſit.

Dio in ſua Romana hiſtoria vere ſcribit: Laudes magnæ, honoreſque immo ici, nulli aut exiguæ certe rei geſtæ tributi, traducere eam modo, ac ſigillare exiſtimantur. &c. Quamobrem ſi ea, quæ ab alio, vel adulatione, vel ſpe alicujus lucri, vel commodi fiunt, culpantur: Multo magis ii reprehenduntur, qui præcones intempeſtivi propriæ laudis eſſe ſolent. Experientia enim teſtatur, eos quis ob aliquam rem, egregie præſtitam, aliove modo, ob felicitatem, divitias, ingenii dotes, vires corporis & alia ſua facta memorabilia, propriis laudibus ea exaggerant & prædicant, ſua jactatione omnibus nauſeam, & moleſtiam parere, ſuiſque rebus geſtis potius invidiam irritare, quam ex iis gloriam acquirere: Imo, quod gravius eſt, ejuſmodi gloriationib. intempeſtivis, & jactatoriis, inculcandis,

candis & exprobrandis, apud potentiores, ſibiipſis damnum nonnunquam etiam exitium proprium arceſſere. Hoc vitium etiam Catullus Poëta notat, ubi dicit:

Quodcunque agit, renidet. hunc habet morbum.

Lib. 19. c. 7. Hujus rei extat exemplum apud Flavium Ioſephum; Sila, inquit, magiſter militiæ, Regis Agrippæ, cum propter fidelia officia, fretus amicitia regia licentius ageret, & ei in colloquiis moleſtus eſſet, atque nunquam non labores, in ejus gratiam exhauſtos, memorans, ſine fine repeteret, ideoque opprobrare videretur. Rex tandem immodica libertate offenſus eſt. Iniucunda enim eſt temporis ingloriæ acti memoria, & ſtultum eſſe indeſinenter exprobrare debitum. Poſtremo in tantum eſt exaſperatus Regis animus, ut iræ plus quam rationi tribuens, non contentus fuerit, illi ademiſſe præfecturam; verum etiam victum, in ipſius patriam adſervandum, miſerit, &c. Hinc confirmantur noſtræ cogitationes, quæ me, ad ſcribendum hoc caput, impulere: Cum conſtet nihil magis diminuere laudis præconium, quam ſuos aſſidue jactare ſucceſſus, & ſingulis diebus anni vendere unum diem, ut etiam Hannibal Scotus Placentinus obſervavit, allegans Marium, qui cum plurima feciſſet egregie, vana ſui jactatione gloriam famæ perdidiſſe, & quia ſibi præſumſit a ſcribere, quod ex ore alieno captare debuerat, publicæ commendationis vota demeruiſſe. Iactantia enim eſt inanis & ſtulta de ſe prædicatio, qua quidem qui utitur, ſemper vilem ſe cordatis hominibus reddit. Idipſum Cicero quoque obſervavit, dicens; Deforme eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. Vnde Hannibal Scotus alibi monet Abſtinendum ei eſſe à nimia jactantia qui ingens aliquod beneficium in alterum contulit. Nam ſemper hac exprobratione totam vim beneficii illius animo deleri, ſiquidem ſemper inviſi ſunt exprobrantes. Ideoque qui dedit beneficium, tacere debet; qui autem accepit, narrare. Vnde Martialis ſcitum eſt epigramma:

In ſuo comment. ad Annal. Taciti, l. 5.

In comment. ad Tacit. lib. 4. hiſt.

Quæ mihi praſtiteris, memini, ſemperque tenebo,
Cur igitur taceo, Poſthume? tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamas, Dixerat ille mihi.
Non belle quædam faciunt duo: ſufficit unus
Huic operi: ſi vis, ut loquar, ipſe tace.
Crede mihi: quamvis ingentia, Poſthume, dones,
Auctoris pereunt garrulitate ſui.

De unione Portugal. f. mihi, 185. Huc ſpectat obſervatio Coneſtagi, Reges non tanto amore proſequuntur eos, qui de ipſis bene meriti ſunt, quanto eos, quos ipſi beneficiis affecerunt.

cerunt. Jactantia ſane tam exoſum eſt vitium, ut ſemper ex faſtu quodam deſpicientiam aliorum aſſeclam, & veluti pediſſequam habeat: ſicut multa exempla recenſeri poſſent, ex quibus conſtat, eam fere ex ſuperbia & æſtimatione nimia elationeque ſuimet ipſius ortum habere, quod etiam Gregorius Magnus obſervavit: Qui, inquit, ſemper aliena opera deſpicit, ſemper miratur, quæ ipſe facit, quia & quicquid egerit, egiſſe ſe ſingulariter credit, atque in eo quod exhibet, per gloriæ cupiditatem, ſibimet ipſi favet per cognitionem, & cum ſe in cunctis tranſcendere cæteros æſtimat, per lata cogitationem ſpatia ſecum deambulans, laudes ſuas tacitus clamat. *Li. moral. 34. c.18. eſt. 23.* Huc ſpectat jactantia ex ſuperbia orta, adjuncta deſpicientia, Hugonis Capeti, qui teſte Cranzio, Ludovicum Franciæ Regem, qui Ottonis I ſororem, in uxorem habebat, cumque captum ſub cuſtodia publica Lugdunum miſerat. *In Sax. lib. 3. c. 23.* Dum autem Otto, ad liberandum ſororium, exercitum in francos validum conſcriberet, Hugo per contemtum miſſi Legatis, ut domi ſederet, monuit, adjuncto juramento, per animam patris ſui, plura ſibi eſſe arma, quam unquam Otto vidiſſet. Quid enim poſſent Saxones, quorum tria tela una potione hauſturus eſſet? Otto viciſſim eoſdem Regi ſuo renuntiare juſſit, plures ſibi eſſe ſtramineos pileos, quam unquam vidiſſet Hugo. Eos Hugoni præſentari oportere, ut pileatus fiat pro Capeto. Habebat autem tunc Saxonicus ritus, ut omnes per æſtatem ſtramineis uterentur pileis. Præterea, quoniam Hugo Saxones nominaſſet effœminatos, Otho juſſit ut ſinguli milites, in ſuis ſtramineis pileis, geſtarent colos fœmineos, ſubtiliter tornatos, cum fuſis, ut irriſioni Gallorum, ipſa ſpecie, reſponderent. Hugo metu adductus Ludovicum cuſtodia liberavit, & quum nuſquam Hugo contra exercitum Ottonis prodiret, hic multis locis in ditionem receptis, in Germaniam redut. Hugo non multo, poſt ſuo Regi conciliatus eſt.

Ex his apparet, ſemper jactantiam virium ſuarum, & contemtum aliorum infelicem exitum habuiſſe: ſicut quoque Ludovico duci Aurelianenſi qui ob jactationem admodum intempeſtivam, de amoribus ſuis, quâ conjugem Johannis, Ducis Burgundiæ etiam attigit, ab eo occiſus eſt, quum antea quoq; inter hos duos principes non leves ſimultates eſſent: ita ut Girardus in ſuis Gallicis hiſtoriis id late interpret.

Huc pertinet hiſtoria à Buchanano relata, de comite Martiali Scoto, *Libr. if. 976. & 992. lib. 9. Rer. Sot.* Roberti Regis Scotiæ vicario, quem verbis, quam armis ferociorem fuiſſe ſcribit, qui cum Scotorum in pugna illa memorabili Otterburnenſi virtutem elevaret, & Anglorum ignaviam graviter increparet, utriuſque gentis odium, ob nimiam jactantiam adverſum ſe concitavit.

Caput XX.

De præſagiis ruinæ & cladium regnorum & Rerumpubli-carum.

IN hiſtoriis Ammiani Marcellini ita legimus; Solent, manum iniectantibus fatis, hebetari ſenſus hominum, & obtundi. Quo reſpexerunt veteres gentiles, qui ſenſerunt, Vejovis fulmine mox tangendos, adeo hebetari, ut nec tonitru, nec majores aliquos poſſint audire fragores. Cui ſententiæ ſimilia ſunt etiam apud Velleium Paterculum. Non fruſtra igitur antea diſſeruimus & multa exempla congeſſimus, ex quibus apparet, plerunque evenire, ut homines, appropinquantibus ſuis malis, prudentiam inprimis, & ſalubriora conſilia, quorum ope imminentes calamitates evitare potuiſſent, amittere & negligere ſoleant, efficereque (quod miſerrimum eſt) ut quod accidit, etiam meritò accidiſſe videatur, & caſus in culpam tranſeat, ut Paterculi verbis utar. Operæ pretium igitur duxi, hanc materiam, cum latiſſimè ſeſe extendat, & admodum frequens in vita & actionibus humanis ſit, prolixius retractare, & priora, pluribus rationibus, & hiſtoriarum exemplis illuſtrare. Memorabilia enim paſſim documenta humanæ miſeriæ occurrunt, quæ nos triſtes admodum eventus docent, quando Reges & Principes, vel ſuperbia, & potentia elati, vel contumacia, & obſtinatione excæcati, ſalutaria conſilia, prorſus intempeſtivis, & immaturis, aut ab aliis ſuppeditatis, aut à ſeipſis excogitatis opinionibus, præpoſterè poſtpoſuêre. Iis enim idem accidit, quod ægroto, cui guſtandi ſenſus morbo infectus eſt, qui dulce judicat amarum, & amarum, dulce: ſic, præeunte aliquo immodico affectu, patitur divina providentia, principes etiam ſummos, non tantum in dignoſcenda aliqua veritate caligare, & hallucinari: ſed etiam veritatem ipſam quodammodo abhorrere. Quemadmodum palato non ſano, pœna eſt panis, qui ſano ſuavis eſt, & oculis ægris odioſa lux, quæ puris eſt amabilis: Hoc B. Auguſtinus, & ipſa potius experientia docet: Quod etiam Paleotus obſervavit. Id quoque non ignoravit olim Antiſthenes, qui inimicis omnia optavit, præter ſanam mentem, quam ſi haberent, confecturi eſſent, quæ vellent. Non ratiò enim ſano, & prudenti conſilio & tempori ſerviendo, impendens periculum vitatur. Recte itaq; Cicero Quintum fratrem ita monet: Nos plerunq; non rectè exſtimamus, quæ pœna divina ſit, & opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus, cum doloribus corporis, morte, luctu, hominum miſerias ponderamus, quæ ſunt humana, & multis bonis viris accidunt,

Lib.14. *Cap.16. cent.1.* *De ſacri conſiſt. cō-ſult. fol. 86.* *Lib.2. de Legib.*

dunt, &c. Indicium autem & præſagium manifeſtæ ruinæ, & infelicitatis Regnorum & Rerumpubl. eſt, non ſolum, ſicut antea monuimus, quando Deus mentem principibus ita imminuit, ut, ſapientum conſiliis repudiatis, provehant homines novos, ſtolidos, & vecordes aſſentatores: ſed etiam, quando optimorum, & prudentiſſimorum virorum, qui ratione Reipublicæ, (cujus potiſſimum reſpectum habent) inter cogitandum, & deliberandum, timidi, & circumſpecti ſunt, colligentes omnia mala, quæ evenire poſſe videantur, in agendo verò alacres, & confidentes ſeſe præbent, conſilia fidelia & matura negliguntur: audaculorum verò, qui in laceſſendo fortes, & in agendo ſegnes ac timidi eſſe ſolent, opiniones, & conſilia, laudantur, & approbantur. Cæterum Cominæus prudenter obſervavit, *Lib. 9.* quid evenire ſoleat, quando princeps potiſſimum privatis, & iis conſiliis, quæ ſibi arrident, poſthabita matura conſultatione, inhæret: ideoque ita ratiocinatur: Inſolenter nimium faciunt principes, & inconſulte, quando ſuam privatam ſententiam multorum judiciis anteferunt. Dici enim non poteſt, quantum ſæpe malorum ex eo proveniat, &c. Exemplum habemus in Lautrechio, qui, teſte Guicciardino, procul dubio omnium Gallorũ ducum princeps, diu in bellis exercitatus, & maximæ apud exercitum autoritatis, ſed natura elatus, & imperioſus; dum ſibi uni credens, reliquorum omnium conſilia contemnit, dum neminem audire vult, dum, non omnia ſolius judicio geri homines animadvertere, ſibi turpe ducit, ea quæ adhibita fortaſſe ipſi victoriam peperiſſent, neglecta vero bellum Neapolitanum tanta ſpe cœptum, funditus everterunt, prætermiſit. Recte itaque hoc eleganti diſticho ingenioſus Poëta Naſo monet:

Crede mihi, miſeros prudentia prima relinquit,
Et ſenſus cum re, conſiliumque fugit,

Idipſum Appianus in quodã ſuæ Syriacæ hiſtoriæ loco, de Rege Antiocho loquẽs, obſervavit: θεὸς inquit βλάπτοντος ἤδη τοὺς λογισμοὺς, ἐν πράγμασι συγιόντων ἀτυχημάτων ἐπιγίγνεται, ideſt, Deo jam mentem ejus lædẽte quod omnibus accidere ſolet, quũ calamitates imminent. Sed ut ad ſacra divertamus: Quid obſecro magis nocuit Roboamo filio Regis Salomonis, quam quod mortuo patre ſapientiſſimo, obſtinatione, & perſuaſione quadam impia, ſalutares monitiones ſeniorum conſiliariorum patris, in ſublevandis oneribus populi, repudiaret, & ſuggeſtiones, & opiniones adoleſcentulorum, audaculorum, & imperitorum, maturioribus, ſanioribus, moderatioribus & mitioribus conſiliis, anteponeret? dum enim magis propriis affectibus depravatis, poſtpoſita pietate in Deum & clementia in ſubditos, inſervit, nonne major populi pars ab eo defecit, & ſeſe Jeroboamo adiunxit? ſicut in lib. Reg. legimus. Omitto prolixiorem *Lib. ca. 12.*

 narra-

narratione de Pharaone Rege, qui neglectis mandatis divinis, in ſua obſtinatione, perverſo, & obdurato corde, in affligendis Iſraëlitis perſiſtens, effecit, ut in illo puniendo, Deus gloriam ſuam, pro liberatione populi ſui, cum proprio ipſius, & ſuorum exitio, in mari rubro ſuffocatus, inſigni mi-
De provi- raculo oſtenderet & manifeſtaret. Hoc movit Andream Gorrutium, ut ita
den. Dei li. diſſereret; Quemadmodum ſua miſericordia Dominus intellectum po-
9. c 2. ſcentibus concedit: ita peccantes, juſtitiæ judex amentia, cœcitate, atque
Deuter. c. adeo furore mentis percellit. Ideoque Iſraëlem obteſtans Moyſes. Percu-
28. tiet te Dominus, dicit amentia, & cœcitate ac furore mentis, & palpabis in meridie, ſicut palpare ſolet cœcus in tenebris, & non diriges vias tuas. Et
2. Theſſ. 1. Apoſtolus: ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio & judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt
In explan. iniquitati. Idipſum diligenter & pie obſervavit Flamminius; Nullo verò,
Pſalm. v. inquit, majore ſupplicio poteſt afficere Deus illos, qui parere nolunt ſalu-
Et dimiſi, taribus monitis ipſius quam ſi eos patiatur indulgere, atque obſequi cupi-
&c. ditatibus ſuis, & ſua conſilia ſequi, quibus ſibi peſtem ac perniciem machinantur & comparant: Idque tum maxime, quum ſibi ſapere ac rebus ſuis optimè conſulere videntur. Itaq; ſemper orandus Deus eſt, ut nos ipſe Spiritu ſuo ſancto regat, & gubernet. Quicunque enim Spiritu Dei ducuntur, ut ait D. Paulus, ij ſunt filij Dei; cæteri Deum non propitium ſed iratum
Iob. ca. 32. habent. Huc accommodari poteſt doctrina Elihu, poſt cæteri amici Jobi, dicentis, Spiritum Dei, qui eſt in homine, & inſpirationem omnipotentis dare intelligentiam, &c. Ex quo à contrario ſenſu colligimus, unde inſpiratio illa divina abfuerit, inde neceſſario intelligentiam omnem exulare, ſuccedere autem in ejus locum vecordiam, quæ πανολεθρίαν atq; exitium accerſat & acceleret.

C A P U T XXI.

Auctarium cap. 56. cent. 1. Et qua ratione Deo pœnitentia in ſacris literis attribuatur.

ALlegavimus antea, ex lib. Samuelis, quomodo ob peccata Iſraelitarum, furore Domini, David concitatus ſit, ut contra præceptum divinum, numerari juſſerit populum, & Cedreni explicationem. Quoniam autem hæc res prolixiore interpretatione digna nobis viſa eſt, plura hic de ea diſſeremus. In lib. Paralipomenorum legimus, conſurrexiſſe Sathanam,
Cap. 21. contra Iſraelem, & concitaſſe David, &c. Ex quibus verbis notandum eſt,
ab

ab ipſius populi ſceleribus variis profectum eſſe hoc Dei decretum, quo & David ipſe ſecuritatis, & negligentiæ alicujus, in caſtigando populo, & ipſe populus multiplicium peccatorum pœnas, hujus numerationis occaſione, pependit, ſicut erudite, adductis multis egregiis exemplis, diſputat Andreas Gorrutius, in curia Arvernorum, Regius conſiliarius, in ſuo eleganti libro, ubi in fine memorabilem locum citat, ex Gregorij Moralibus, dicentis: Secundum merita ſubditorum tribuuntur perſonæ regentium, ut ſæpe, qui videntur boni, accepto mox regimine, permutentur, ſicut Scriptura ſacra de eodem Saule innuit, quia cor cum dignitate mutavit. Unde ſcriptum eſt; quum eſſes parvulus in oculis tuis, caput te conſtitui, in tribubus Iſrael. Sic pro qualitatibus ſubditorum, diſponuntur acta regentium, ut ſæpe, pro malo gregis, etiam vere boni delinquat vita Paſtoris. Ille enim, Deo atteſtante, laudatus; ille ſupernorum myſteriorum conſcius David Propheta, tumore repentinæ elationis inflatus, populum numerando, peccavit. Cur hoc? quia videlicet ſecundum meritum plebium diſponuntur corda Rectorum. Juſtus vero Judex peccantis vitium, ex ipſorum animadverſione corripuit, ex quorum cauſa peccavit. Sed quia ipſe, ſcilicet ſua voluntate ſuperbus, à culpa alienus non fuit, vindictam culpæ etiam ipſe ſuſcepit. Nam ira ſæviens, quæ populum quoque corporaliter perculit, Rectorem quoque populi, intimo cordis dolore proſtravit. Certum vero eſt quod ita ſibi invicem, & Rectorum merita connectantur, & plebium, ut ſæpe, ex culpa paſtorum, deterior fiat via plebium, & ſæpe, ex merito plebium, mutetur, vita paſtorum &c. Quibus congruenter Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus: Reges quando boni ſunt, muneris eſt Dei; quando vero mali, ſceleris eſt populi. Secundum enim meritum plebium diſponitur vita Rectorum, teſtante Job: Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Iraſcente enim Deo talem rectorem populi ſuſcipiunt qualem pro peccato merentur. Nonnunquam pro malitia plebis etiam Reges mutantur, & qui ante videbantur eſſe boni, accepto regno fiunt mali. Et Origenes Adamantius in lib. Judicum: Si mali ſunt actus noſtri, & operantur maligna in conſpectu Dei, datur nobis Princeps ſecundum cor noſtrum. Evariſtus quoque Papa in eadem verba: Pro meritis ſubditorum diſponitur à Deo vita Rectorum, &c.

De providentia divina, l.6.c.7.

Sentent. de ſummo bono l.3.c.48.

Homil.4.

Epiſt.2. ad Ægypt.

Cæterum, non ſolum in numerando populo, & oſtendendis viribus, hæc ſuperbiæ & inſolentiæ plena curioſitas, Davidi, alioquin Regi pio, & Prophetæ Dei, fraudi & noxæ fuit: ſed etiam aliis, qui eodem modo cupiditatibus ſuis ambitioſis indulſerunt. Exemplum habemus in Guilielmo, Rege Angliæ. Is enim, ut antiquus hiſtoricus Florentius Wigornienſis ſcribit, circa annum M. C. IX. (quo tempore ipſe vixit) fecit deſcribi omnem Angliam, quantum terræ quiſque Baronum ſuorum poſ- *In Chronico.*

 ſidebat

ſana interpretatione monitiones ſacræ Scripturæ: Pervenerunt peccata uſ-
que ad cœlum, id eſt, conſpectum Domini, ut puniat. Et clamor Sodo-
morum & Gomorrhæorum, & peccatum eorum grave. Et pervenit uſque *Apoc. c. 18.*
ad cœlos. Documento meritò nobis deberent eſſe Iudæi, qui licet pecu- *Gen. 18. &*
liaris, &, ex omnibus gentibus, electus populus eſſent, recepti in ſacro fœ- *20.*
dere, admodum gratus: attamen, cum legem Dei, ſuis delictis, data opera, *Hierem. 6.*
& malatioſe violarent, & ſeſe ſanguine innocentum inquinarent, atque *51.*
repudiatis legitimis, & ordinariis ducibus, inprimis autem ante obſidio-
nem Hieroſolymitanam, eademque durante, impios & ſceleratos Duces,
Ioannem, Eleazarum, Simonem & Zelotas, tyrannidem exercere non
tantum permitterent, ſed major pars adiutores, & miniſtri ſcelerum eſſent,
tunc apparuit, menſuram iniquitatum ipſorum, completam eſſe, ita ut *De bello Iu-*
tandem urbs, unà cum templo, atque ſacrificiis, funditus deſtrueretur. Vn- *daico lib. 5.*
de deplorat Flavius Ioſephus ſuæ gentis calamitatem, & interneeionem, *cap. 2.*
addita origine, unde ea fluxerit, hiſce verbis: Cum Zelotæ omnia ſurſum
deorſum miſcerent, atque cadaveribus occiſorum urbem implerent, ſepe-
lientibus autem ſuorum corpora, idem, quod transfugis, imminebat ſup-
plicium mortis ſtatimque ſepultura indigebat, qui hanc alteri præſtitiſſet,
& ut breviter dicam, nulla tam, quam miſericordia perierat, in illis cladi-
bus mentis affectio, hiſque irritabantur noxii, quæ miſeranda vidiſſent, à
vivis in mortuos, à mortuis in vivos iracundiam transferentes. Modum
autem excedente metu ſuperſtitibus, mortui, adepti requiem, beatiores
videbantur, & qui erant in cuſtodiis, comparatione ſui cruciatus, inſepul-
tos quoque fortunatiſſimos demonſtrabant. Omne quidem ab illis jus
hominum calcabatur; ridebatur etiam divinitas, prophetarumque re-
ſponſis, tanquam vulgaribus reſponſis, illudebant. Quum vero multa con-
temſiſſent de virtute & vitiis ſtatuta majorum, etiam quæ de patria o-
lim prædicta fuerant, vera eſſe exitu probavêre. Vetus enim ſermo fe-
rebatur, tunc demum civitatem capiam iri, ſancta quoque flammis exu-
renda eſſe lege belli, quum ſeditio fuiſſet exorta, fanumque Dei pro-
priæ manus ante violaſſent. Quibus Zelotæ, nihil de eorum fide dubitan-
tes, miniſtros ſe præbuerunt. Et ſequenti libro. Non equidem recuſabo
dicere, quæ dolor jubet: puto, ſi Romani contra noxios venire tardaſſent,
aut hiatu terræ devorandam fuiſſe civitatem, aut diluvio perituram, aut *De bello*
fulmina ac Sodomæ incendia, paſſuram. Multo enim magis impiam pro- *Iud. lib. 6. c.*
geniem tulit, quam quæ illa protulerat. Denique cum eorum pertina- *16.*
cia deſperata, totus populus interiit. Deinde quoque in excidio Maſſadæ. *De bello*
Caſtelli munitiſſimi, ita pergit idem auctor; Fuit quodammodo illud *Iud. lib. 7. c.*
tempus apud Iudæos omnium generum malitiæ fœcundiſſimum, ut *28.*
nullum

nullum opus intermitteretur infectum: nec ſi quis excogitando fingere voluiſſet haberet, quo magis novum aliquid inveniret. Ita, & privatim, & communiter, omnes unum erant, & exſuperare alium alius, tam impietate, quam iniquitate in proximos, certabant. Potentes multitudinem male tractando: multitudo vero ad interitum potentium properando. Illis autem dominandi cupiditas: his autem vim faciendi bonaque locupletum diripiendi. Similis fuit malitia & perverſitas hominum in Palæſtina, & terra ſancta, poſtquam, Duce Godefredo Bullionæo, Chriſtiani eam occupaſſent, & annos LXXX. retinuiſſent, rurſus amiſſa fuit. Accedentibus enim inſidiis, & inteſtinis bellis, inter Chriſtianos, & completa iniquitate, atque peccatis uſque in cœlum aſcendentibus, non minore facilitate, ad Saracenos, Duce Saladino, rediit, quam à Chriſtianis antea recuperata fuerat, ſicut prolixe, poſt alios, à Gulielmo Neubrigenſi deſcribitur.

Rer. Angl. l.3.c.14.

Cæterum Hieroſolymitanam regionem, cæteris ſanctiorem, quoad mores hominum, etiam tempore Gregorii Nyſſeni, fratris Baſilii Magni, poſt natum Chriſtum, CCCXXX neutiquam fuiſſe patet ex ejus ſcriptis in quibus damnat peregrinationes verſus Hieroſolymam, ubi inter alia dicit, Deum non magis Hieroſolymis, quam in aliis regionibus eſſe, ſed ibi eum maxime habitare, ubi maxime ejus Religio viget, & colitur. Quin potius dicit, magis videri, Cacodæmones circa Hieroſolymam habitare, quia nulli uſquam ſceleratiores homines vivant. Et alibi ſuam ſententiam ita concludit: Unde vos, qui timetis Dominum, in quibus locis eſtis, eum laudate. Localis enim mutatio, ut Deus propior ſit, non efficit; ſed ubi fueris, ad te Deus veniet; ſi quidem animæ tuæ diverſorium tale inveniatur, ut in te Dominus inhabitet, inambuletque. Sin hominem interiorem, perverſis cogitationibus plenũ, habeas, etiam ſi in Golgatha fueris, etiamſi in monte Olivarum, etiamſi ſub monumento reſurrectionis: ita itundem abeſt, ut Chriſtum in te ipſo ſuſcipias, quantum, qui ne initio quidem religionem profeſſi ſunt. Conſule ergo, dilecte, fratribus, ut à corpore peregrinentur ad Dominum, non è Cappadocia in Palæſtinam.

Caput XXII.

De crudelitate & tyrannide quorundam Pricipum.

Auctarium Cap.48. Cent.1. & cap.34. Cent.2.

SÆpenumero miratus fui, legens hiſtorias Romanas, crudelitatem & tyrannidem nonnullorum Conſulum, & Prætorum, qui licet Leges &

Leges & reſcripta, optima & ſalutaria ad imitationem Legum XII. tabularum, obſtantia ejuſmodi crudelibus actionibus, in optime conſtituta ariſtocratia, habuerint, nihilominus impune libidinibus & cædibus innoxiorum indulſerint. Etſi autem à Suetonio Tranquillo, Cornelio Tacito, Plutarcho & aliis hiſtoricis, nonnullorum etiam Cæſarum atrocia & crudelia facta, qui propria libidine & cupiditate nocendi & Reipubl. & ſuis atque amicis pernicioſiſſimi fuêre, recenſentur: tamen non adeo mirum fuit, in illis, qui abſolutam poteſtatem ſibi arrogarunt, eamque freti legionibus & militaribus copiis ſub prætextu Monarchiæ libere exercuerunt. De qua re prolixior fui in allegandis memorabilibus exemplis & hiſtoriis in prima centuria ſubciſivarum operarum. Inter quos inſignis & crudelis tyrannus fuit, (ſicut ibidem ex Suetonio retuli) Cajus Caligula, qui ſibi omnia & in omnes licere putavit, cumque cædibus ſatiari non poſſet, optavit ut populus Romanus una cervice ſuſtentaretur, quæ ſua manu detruncanda foret. Non caret autem admiratione, Tiberium ejus avum tam male feriatum & profligatæ mentis monſtrum hominis fuiſſe adverſus Senatum & Rempubl. ut eo conſilio ſuum nepotem ad Imperium evexerit, quod ſciret, peſſime ipſum victurum, ſicque ſua facinora Caij gravioribus flagitiis occultare poſſe. Simul etiam vindictæ cupiditate ductus operam dedit, ut reliqua pars Senatus, in quam ipſe ſævire nequiviſſet, poſt mortem ſuam e medio tolleretur. Tantus autem ſub Tiberio Senatorum numerus periit, ut ſorte ducti provinciarum Præfecti, Prætorij quidem per triennium, Conſulares per ſexennium præfuerint, quum non ſuppeterent ſucceſſores. Neque falſus fuit in hac ſua pernicioſiſſ. opinione ac ſpe immaniſſima Tiberius, abſque dubio enim ſcivit, actiones pravas & ſceleratas Neronis prædeceſſoris ſui, ex naturæ, non ætatis vitio, emanare, idque confirmatur ex præconio tali, quod illi à Suetonio perhibetur. Ex nonnullis comperi, perſuaſiſſimum habuiſſe eum neminem hominum pudicum aut ulla corporis parte purum eſſe, verum pleroſque diſſimulare vitium & calliditate obtegere, ideoque profeſſis apud ſe obſcœnitatem, cætera quoque conceſſiſſe delicta. Idipſum vitium ex zelotypiæ morbo Turcis ob fœminas natura impreſſum eſt, quas ideo in publicum ire non permittunt, niſi pannis obvolutæ ſint, ut meræ lamiæ & ſpectra occurrentibus videantur, dum ipſis quidem viros per linteum aut ſericum videndi copia eſt, viris nulla earum corporis pars ad conſpectum patet. Eſt enim apud eos recepta opinio, non poſſe mulierem, quam vel minimum forma aut ætas commendat, à viro, ſine potiundi libidine, ac pr[illegible] labe conſpici, ob id omnes habent abſconditas: ſicut id pluribus exemplis memorabilibus antea demonſtravi.

Sed ut ad materiam cœptam, à qua pauliſper digreſſus ſum, revertar, [*Lib. de ira, cap. 16.*] Piſonis plus nimium iracundi factum inſolens & crudele, recenſere placuit, de quo ſcribit Seneca: Cneus Piſo, inquit, fuit memoria noſtra vir à multis vitiis integer, ſed pravus, & cui placebat, pro conſtantia, rigor. Is cum iratus duci juſſiſſet eum, qui ex commeatu ſine commilitone redierat, quaſi interfeciſſet, quem non exhibebat, roganti aliquod tempus ad conquirendum non dedit: damnatus extra vallum deductus eſt, & jam cervicem porrigebat, cum ſubito apparuit ille commilito, qui occiſus videbatur. Tunc centurio ſupplicio præpoſitus condere gladium ſpiculatorem jubet: damnatum ad Piſonem reducit, redditurus Piſoni innocentiam, quam militi fortuna reddiderat. Ingenti concurſu deducuntur, complexi alter alterum cum magno gaudio caſtrorum commilitones. Conſcendit tribunal furens Piſo, ac jubet duci utrumque, & eum militem, qui non occidit, & eum, qui non perierat. Quid hoc indignius? [*Seneca. Philemon. Variar. lib. 4. Epiſt. 10.*] quia unus innocens adparuerat, duo peribant; Piſo adiecit & tertium. Nam illum centurionem, qui damnatum reduxit, duci juſſit. Recte itaque dicitur: *Homo cum iraſcitur, extra corpus ſuum eſt.* Et, *Inſanimus omnes, cum iraſcimur.* Huc reſpexit Caſſiodorus: Furentes, inquit, juſta non ſentiunt, quia dum commoti animo in vindictam ſæviunt, rerum temperantiam non requirunt. Non solùm autem in vivos, præſertim inſontes, crudelitas & ſævitia reprehendenda eſt: ſed etiam in mortuos, ex quibus voluptas quædam abominanda quæritur. Vnde funeſta vox habita fuit [*Cent. 1. cap. 46.*] Caroli IX. in laniena Lutetiana, cum ſpectaret cæſos, *Hoſtis mortui bonum eſſe odorem.* Quam delectationem ſanguinolentam forte didicit ab A. Vitellio, qui cum Othone interfecto campos, in quibus pugnatum fuerat, adiiſſet, tabemque cadaverum conſpexiſſet, dixiſſe fertur: OPTIME [*Li. 2. hiſto. & ibi Annibal Scotus in ſuis commentarius.*] OLIM OCCISVM HOSTEM SED MELIVS CIVEM. Recte itaque & merito is ita à P. Cornelio Tacito reprehenditur: Non ſolum fœdum & atrox ſpectaculum, ſed etiam duce & principe indignum eſt, luſtrare oculis veſtigia recentis victoriæ civilis partæ, viſendo lacera corpora, truncos artus, putres virorum equorumque formas, infeſtam tabe humum, & protritis arboribus & frugibus diram vaſtitatem. Et quo fuit Vitellii curioſitas magis deteſtanda, eo laudabilior fuit illa Germanici [*Hiſt. lib. 3.*] ad ſepelienda & humanda corpora: de quo fuſius idem Tacitus. Non injuria igitur in reprehendendo Vitellio pergit idem auctor, quum Junium Blæſum nulla alia de cauſa, quam quod intempeſtive, ægro Principe, convivium celebraret, & lætos dies ageret, occidi juſſiſſet. Quin inquit & audita eſt ſæviſſima Vitellij vox, qua (ipſa enim verba referam) ſe paviſſe oculos, ſpectata inimici morte jactavit. Recte itaque & optime

jure Antoninum Pium laudat Capitolinus, quod is ſemper in ore habuerit Scipionis dictum : MALLE SE VNVM CIVEM SERVARE, QVAM MILLE HOSTES OCCIDERE. Nam optimi Imperatores & Reges olim leges naturæ, non violentiam ſequebantur. Vnde Romæ in Capitolio ſcriptum fuiſſe tradunt : PARCE VICTIS: FRANGE SVPERBOS: Hoc ſenſit Ovidius lib. 1. de Ponto :

Eſt piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Atque dolet, quoties cogitur eſſe ferox.

Et Seneca tragœdus encomia optimi Regis vel Imperatoris paucis comprehendit verſiculis:

Conſulere patriæ, parcere civibus,
Fera cæde abſtinere, mores regere,
Reddere orbi quietem, ſæculo pacem ſuo,
Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.

Idipſum Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus monere voluit, ubi inſtruit ſuum Principem: Clementiſſimus Imperator, inquit, non ideo eſt vas miſericordiæ, præparatum in gloria, quia apicem terreni principatus accepit ; ſed ſi in Imperiali culmine recta fide vivat, & vera cordis humilitate præditus, culmen Regiæ dignitatis ſanctæ religioni ſubiiciat: ſi magis in timore Deo ſervire, quam in terrore dominari populo delectetur, ſi in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem : ſi ſe magis diligendum quam metuendum cunctis exhibeat; ſi ſubiectis, ſalubriter conſulat; ſi juſtitiam ſic teneat, ut miſericordiam non derelinquat, &c. Gregorius Magnus in moralibus. Circa ſubditos ineſſe debet rectoribus & juſte conſulens miſericordia, & pie ſæviens diſciplina. Auguſtinus Hipponenſ. in Enchirid. Omnis, qui pie te judicat, ſtateram in manu geſtat. In utroque penſo juſtitiam & miſericordiam portat, ſed per juſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam, ut juſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miſerationem indulgeat. Idem Gregorius : Sunt nonnulli ita diſtricti, ut etiam omnem manſuetudinem benignitatis amittant ; & ſunt nonnulli ita manſueti, ut perdant diſtricti jura regiminis. Vnde cunctis Rectoribus utraque ſummopere ſunt tenenda, ut nec in diſciplinæ vigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ ; quatenus nec à compaſſione pietatis obdureſcant, cum contumacem corrigant, nec diſciplinæ vigorem molliant cum infirmorum animos conſolentur. Regat ergo vigor diſciplinæ manſuetudinem, & manſuetudo ornet vigorem, & ſic alterutrum commendetur ex altero, ut nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. Iſidorus in

De veritat. & prædeſtin. & gratia.

Lib 20. part. 4. c. 6. Cap. 5.

Moral. lib. 19. part. 4. cap 23.

[illegible]

C. penult. Synonymis: Cuſtodi diſcretionem juſtitiæ. Non ſis plus juſtus, quam juſtum eſt. Omne enim, quod nimis eſt, vitium eſt, impia juſtitia, fragilitati humanæ non ignoſcere. Tene ergo rigorem in diſcuſſione juſtitiæ, miſericordiam in diffinitione ſententiæ. Juſtitiæ examen ſequatur pietas, diſtri-
Epiſt. 82. c. 1. ctionis cenſuram temperet indulgentia. Leo Magnus ad Anaſtaſium Imp. Plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam ſeveritas: plus exhortatio, quam comminatio; plus caritas, quam poteſtas. Hæc ipſa ſunt, quæ Budinus admonere voluit, ubi inſtruit Principem, quo pacto ſeſe ge-
De Republ. l. 4. c. 6. rere debeat. Nam, inquit, quum Principi multa ad imperium retinendum utiliſſima præcepta tradi poſſunt, tum vero nihil tam neceſſarium eſt, quam ut omnes illum (quantum fieri poterit) amore ac benevolentia, nullus odio proſequatur. Illud autem omnium optime conſequetur, ſi pœnæ ac præmia pro meritis cujuſque decreta ſint. Et quoniam gratioſiſſima ſunt præmia, pœnæ vero odioſiſſimæ, Principem oportet, ut ametur & colatur, omnia præmia tribuere, magiſtratus, inquam, imperia, ſacerdotia, curationes, munera, beneficia, reſtitutiones: pœnam vero irrogare nemini, ſed magiſtratibus integerrimis ac prudentiſſimis permittere pœnarum irrogationem, &c.

Merito itaque commendatur Anaſtaſij Imperatoris pietas & clementia. Is enim cum quidam præfectus Aſiaticus ei ſignificaſſet, mandatum ipſius de coercenda quorundam Eccleſiaſticorum licentia ſine ſanguine ſe exequi non poſſe, reſcripſit Imperator: μηδὲν βȣ́λεσθαι προελθεῖν μηδ᾽ ἂν εἰ μέγα τε, καὶ ἀξιόλογον ᾖ, εἴπερ ῥανὶς αἵματος ἐκχέοιτο, id eſt, Non velle ſe quidquam procedere omnium, quamvis res magna & memorabilis ſit, ſiquidem ſanguinis una gutta effundi debeat. Verum enim eſt, quod dicitur, non minus turpia eſſe Principi multa ſupplicia, quam Medico multa funera.

In Muſa monitrice Principū. Poſtremo huc ſpectat Epigramma memorabile Henrici Stephani:

Dici ſeverum turpe non eſt Principi,
Præſidio & ipſa juſtitia ſæpiſſime
Severitatis indiget, ſi vult ſuam
Authoritatem ſi tueri jus ſuum:
Sed diligenter caveat hic Princeps tamen,
Tantum ſeverus ne videatur dum ſibi,
Crudelis judicetur omnium,
Ad ſæva [illegible] dum delabitur,
Et [illegible] crudelitas.
[illegible] Cæſares iſtum duo
Poterant; ſed iſti Cæſares ubique vix
Severitatis continere limites.

CAPUT XXIII.

De præcocibus & inconſultis actionibus atque conſiliis: quamque infelix & triſtis eventus ea ſequi ſoleat.

IN noſtris operis ſubciſivis multas non vulgares hiſtorias & exempla re- *Cap.55.ci-*
cenſuimus, quam calamitoſæ & perniciofæ fuerint nonnullorum homi- *tur.1.*
num feſtinatæ actiones & conſilia, quæ propterea præcocia recte appellari poſſint. Cum autem ſæpiſſime hac in re impingant ij, quibus adminiſtratio rerum commiſſa eſt, idque cum publico pariter & privato damno; operæ pretium duxi, prolixius hanc materiam tractare, eamque pluribus memorabilibus exemplis illuſtrare.

Præcocia autem tam in animalibus, quam in plantis, aliiſque rebus tanquam minus diuturna, & veluti carentia radice, deprehenduntur: Ex quibus etiam ſimilitudo ad imperia & regna ſumitur. Quemadmodum enim animalibus contingere videmus, quod ea, quæ celerius excreſcunt, & ad perfectionem ſuam properant, citius labantur & intereant, quam quæ lento paſſu, & gradatim quodammodo, ad ſuam perfectionem tendunt ideoque perfectiorem & pulchriorem maturitatem acquirunt: Exemplum, ut alia omittam, inter bruta animalia præbet equus; ex arboribus ſalix, quæ non durant: Cervus autem & olea per gradus lente & tarde tendentes ad maturitatem longioris ævi ſunt. Sic Leonis catuli informes naſcuntur, vix ingrediuntur ſemeſtres, non moventur, niſi bimeſtres) ita quæ egregia futura ſunt, ſero proveniunt, & lentis ductibus abſolvuntur. Unde etiam ad homines ejuſmodi ratiocinationes traductæ ſunt. Quid autem ſibi aliud vult proverbium? ODI PUERULOS PRÆCOCI SAPIENTIA. Nam vulgi invaluit opinio, ut credat, puerulos mature ſapientes, aut non fore vitales, aut dementes futuros, ſimulatque ad ætatem maturam pervenerint. Quamobrem Plinius refert, Catonem Cenſorium velut ex oraculo *Lib.7.*
prodidiſſe, SENILEM IUVENTAM PRÆMATURÆ MORTIS ESSE SIGNUM. Quo reſpexit Julius Scaliger ſuis hiſce elegantibus verſibus: *Epid.lib.2.*

Ætas pueri præpropere explicata virtus, *In Ada-*
Signum aut fatuum aut terribilem indicat ſenectam. *gus.*

Præterea apud Senecam, Ceſtius de ingenio Alſij Flavij prædicare conſuevit tam mature magnum ingenium non eſſe vitale. Tale puerum Sophocles *ἀνδρόπαιδα* vocat qua de re Roterodamus plura tradit. Sacræ quoque literæ præcoces impiorum conatus, tanquam non diu duraturos

P 3 deridents

derident: ſicut Regius Propheta, ſumpta ſimilitudine ab arboribus nos
Pſalm.1. docet: Arborem videlicet plantatam ſuper rivos aquarum, fructum ſuum dare ſuo tempore: Quibus verbis juſtam maturitatem piorum exprimit: Contra impij, licet præcoces fructus oſtentent, nihil tamen producunt, niſi abortivum. Ideoque ibi porro dicitur, eos eſſe tanquam quiſquilias, quas
Deut.c.32. projicit ventus. Eadem præcocia & infauſta facta & actiones notavit Moyſes, vir Dei, in ſuo Cantico: Genus, inquit, abſque conſilio eſt, & ſine prudentia, utinam ſaperent, & intelligerent, ac noviſſima providerent. Ex hoc genere hominum fuerunt impij, ante diluvium univerſale. Ii enim præcoci obſtinatione quadam non ſolum monitiones & increpationes Patriacharũ piorum contemnebant, ſed etiam aliorum prædictiones & vaticinia, de quibus Beroſus ita ſcribit: Tum multi prædicabant & vaticinabant, & lapidibus incidebant, de ea, quæ ventura erat, orbis perditione. Sed enim illi aſſueti deridebant omnia, cœleſtium ira atque ultione peragente pro impietate & ſceleribus.

Cap.55.centur.1. Vt autem ad hiſtorica veniamus, in modo allegato capite non abſque cauſſa præcocem nativitatem, & eventus tragicos ex malis conſiliis ortus, Ludovici IX. hujus nominis, Regis Hungariæ, introduximus. Is enim matre Anna Candalenſe, Regiæ Navarrenæ ſtirpis, apud Vaſcones, in Gallia, mortua in puerperio, natus immaturè quidem abſque pelle, quæ arte unguentis fuit inducta, coronatus anno ſecundo, eique deſponſata cõjunx nono, cœpitque regnare anno decimo ætatis ſuæ: præterea, ſicut antea retulimus, quod cito adoleverit, ante tempus barbam emiſerit, & vix annum decimum octavum egreſſus, canos oſtenderit, denique occiſus vel ſuffocatus in paluſtri loco poſt prælium fuerit, cum vigeſimum annum attigiſſet, quod accidit die Joannis Baptiſtæ decollationis memoriæ dicato (pro quo natalem hujus Sancti nonnulli non rectè, 24. videlicet menſis Junij, ponunt) ita ut omnia in illo Rege, ab ineunte ætate & regno præcocia & inſolita fuerint; adeoque vix exemplum ſimile, in quo hic omnia infauſta, in perniciem unius Regis, ita cumulata ſint, ac veluti conſpirarint, inveniatur. Poſtremo autem calamitas maxime deploranda eſt, quæ contigit ex præcoci conſilio & culpa Ducum exercitus Hungarici, quibus vel experientia, vel animi fortitudo defuit; E contrario inconſulta temeritas, & contemptus hoſtilis potentiæ obſtitit, cum is juvenis Rex, inſtigatore Tolmarienſe Epiſcopo, (cujus hortatu & ſuaſu manus cum hoſte conſeruerat) ad Mohaciam, in extremum præcipitium adductus ſit. Quod nimirum in
De increm. Imp. lib.1.c.8. re bellica minus expertis nimiumque rudes, quantæ vires hoſtiles eſſent, nunquam probe exploraſſet, ſicut Renatus Luſignius hanc cladem aliis memorabilibus hiſtoriis, & qua in re a noſtris peccatum ſit, declarat.

Quare

Quare recte præcipitur, & omnino, ſi ſalvi eſſe velint Reges & Principes, neceſſarium eſſet ut antequam res magnæ & ardua negotia ſuſcipiuntur, animus, repudiatis præcocibus & turbidis actionibus, conſilio maturo & prudenti in omnem eventum diligenter ſit muniendus: Nec ſi præter opinionem aliquid accidit, is plane dejiciatur, & metu anxietateque oppreſſus, in deſperationem redigatur. Quæ enim hominibus præter exſpectationem, ac quam maxime inopinato accidunt, ea & animos hominum dejiciunt, & rationem conturbant, ut ad ferendam, de eo quod agendum ſit, ſententiam, minime omnium valeant. Neque enim conſiliis juxta metum locus eſt, ſed ubi animum conſilia antecęperunt, ſtrenue admodum timores ea exturbant; ſin antevenjantur, ab his ſuccumbunt. Hoc Ludovico Regi accidit, nam victus præcoci & audaci ingenio Tolmarienſis, prælium imparatus & deſtitutus auxiliaribus copiis, quæ non procul aberant, cum inſtructiſſimo hoſte, numero militum & omnium aliarum rerum neceſſariarum, perturbato & meticuloſo animo juvenis quodammodo imbellis, committere coactus fuit, in quo oppreſſus multitudine hoſtium, & diſſipatis ſuis prætorianis & cuſtodibus corporis, pugnantibus aliis diverſis locis quodammodo ſolus, in fuga, ut paulo ante dixi, periit. *Dio Rom. hiſt. lib. 42.*

Non diſſimile aliquid Pompejo occupato metu, poſt pugnam Pharſalicam, teſte Dione, accidit. Neque enim ſuæ virtutis, neque multitudinis eorum, qui pugnæ ſupererant, militum, memor, neque eo ſecum expenſo, quod ſæpe leviſſimo momento fortuna eos, quorum res ſunt afflictæ, in integrum reſtituit, omnem de rebus ſuis ſpem projecit, quum prioribus temporibus ſummo animi robore conſtanter uſus fuiſſet, ac bene ſemper in rebus adverſis ſperare conſueſſet. Recte itaque Tacitus ita monet. Omnes, qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an quod inchoatur, Reip. utile, ipſis glorioſum, aut promtum effectu, aut certe non arduum ſit, ſimul ipſe qui ſuadet, conſiderandus, adjiciat ne conſilio periculum ſuum, & ſi fortuna cœptis adfuerit, cui ſummum decus acquiratur. Cæterum contra præcocia conſilia tale frænum adhibet Livius: Conſiliis, inquit, nulla res tam inimica quam celeritas: celer enim pœnitentia, ſed eadem ſera atq; inutilis ſequitur, cum præcipitata raptim conſilia neq; revocari, neq; in integrum reſtitui poſſint. Huc ſpectat memorabilis & tragica hiſtoria Theodorici Marchionis Brandeburgici, qua mirifice ea, quæ diximus, illuſtrantur. Hic Princeps potentia & ſtudio rei militaris nimium inſolens factus & afferatus, cum etiam Conſiliarios arrogantia & elatione inſignes circum ſe haberet, eorumque impulſu nihil non temere & injurioſe faceret, tandem ſic depravatus eſt ut induceret animum, hoc licere quod vellet. Accidit autem, ut erga Miltovium, *Lib. 2. hiſt.* *Georg. Sab. in ejus vit.*

Obotritorum Regulum, nuper ad Chriſtianiſmum converſum (cui Dux Saxoniæ Bernhardus ſororem deſponderat) & reliquam Vandalicam gentem valde iniquus & ſævus eſſet, ut non ſolum in ejus contumeliam effecerit, quod duo Luſatiorum Principes, juſſu Henrici II. capti, laqueo ſuſpenderentur, ſed etiam ſuaſor Bernardo Duci fuerit, ut ſuam ſororem alteri deſponderet, nec veritus eſt dicere: Vandalos eſſe indignos, quibus cum Germanicus ſanguis miſceatur. Quin etiam Ducem Saxonicum admiſſurum dedecus, ſi cum iſto cane (ſic enim Miſtovium appellare ſolebat) affinitate devinciretur. Hæ vero contumelioſæ & inſolentes voces & actiones non ſolum Theodorico, ſed univerſæ ipſius ditioni, & Saxoniæ, reiq; Chriſtianæ multum calamitatis attulerunt. Myſtovius enim hac contumelia ita irritatus fuit, ut abnegata fide Chriſtiana totam Vandalicam gentem ad arma excitarit, & miſſo feciali ad Theodoricum, illi nuntiare juſſerit. Miſtovium, canem iſtum Vandalicum, jamjam editurum latratus, effecturumq; morſus, quos tota Marchia & Saxonia perhorreſcat. Quum autem Theodoricus non minus ferociter reſpondiſſet, ſe curaturum canicidas, qui latratum & rabiem ipſius compeſcant, & non exſpectato auxilio, cum Vandalis temere conflixiſſet, mox victus & profligatus, tota ſua ditione exutus eſt, & quoad vixit, nulla unquam aut reconciliatione potiri, aut ſuam ditionem à Vandalis recuperare potuit, neque amicorum quemquam habuit, per quem reſtitueretur, omnibus adeo inviſus, ut nemo eum reſpiceret, & nemo ejus mentionem faceret, quin eum execraretur. In perpetuo igitur exilio vitam traduxit miſeram, Magdeburgi eleemoſyna Canonicorum ſuſtentatus. Hic fuit exitus præcocium conſiliorum & fortunæ Principis, nobilitate generis & potentia clari, qui cum in hanc miſeriam incidiſſet, tum demum demiſit animum, quo nihil antea fuerat elatius, agnovitque ſe vindice & ultore Deo è divitiis in paupertatem, ex alto atq; illuſtri loco, in infima dejectum eſſe propter injuſtitiam & inſolentiam, quod nimium oneraſſet ſuos cives, quod fiducia potentiæ & aſſentationibus inflatus, vix ſe hominem eſſe meminiſſet. Quoties enim calamitatem ſuam lamentabatur, faſſus eſt palam, ſe dare pœnas eorum, quæ ſurperbe & intemperanter egiſſet, idque his verbis: EXCITAVI ego iram Dei adverſus me, quum impoſui nimium oneris populo meo, cujus me curatorem, non afflictorem Deus conſtituerat, cum opibus armiſque fretus, nihil moderate feci. Suſtineo ergo pœnas juſtas ac debitas, ac rerum humanarum infelix ſpectaculum præbeo. His lamentabiles voces non ſemel edidiſſe fertur, ac quanquam erat redactus ad ſumam egeſtatem, tamen eum non tam cruciabat afflicta fortuna, quam conſcientia magnorum delictorum. Etenim quoties ei in mentem venit, quantarum calamitatum fuiſſet cauſa, ſolum non eſt

illachry-

illachrymare, ac miſerandum inmodum deplorare, Templorum, Vrbium, Agrorum inflammationem, direptionem, vaſtationem ac infinitam hominum cædem: At inprimis deploravit tot populorum defectionem à Religione Chriſtiana, ſæpe conqueſtus eſt etiam de CONSILIARIIS, quos habuerat adiutores & miniſtros injuſtarum actionum, & quorum aſſentatio ei attulerat tantos ſpiritus, ut non dubitarit concitare offenſiones, unde teterrimum bellum naſceretur: incuſavit denique, & ſeipſum, qui recte monentes averſatus, & ad voluntatem loquentes plurimum apud ſe valere paſſus eſſet. ITA fit, ut Principes, apud quos improbi conſiliarii meliori conditione, & majori in gratia ſunt, quam boni, non niſi triſtiſſimo caſu & ſtultorum illo magiſtro eventu edocti, errata ſua agnoſcant.

CAPVT XXX.

Præcocia & temeraria conſilia, & actiones, plerumque ex ſuperbia, ira, & elatione animi, accedente curioſitate nimia, repudiatis ſalutaribus monitis, ortum ſuum habere.

REcte monet Livius, audacia & temeraria conſilia prima ſpecie læta, tractatu dura, & exitu difficilia eſſe ſolere. Confirmatur hoc exemplo memorabili, in ſacris literis, Holofernis ducis exercitus, potentiſſimi & ſuperbiſſimi Regis Aſſyriorum, miſſi, ut omnes gentes, quæ illum Regem pro Deo & abſoluto Domino non agnoſcerent, vi, & armis debellaret, & ſuo imperio ſibiiceret. Quum enim multos populos vel diviciſſet, vel deditione acquiſiviſſet, ad Iudæos tandem deventum eſt, qui in locis montanis & munitis, ſe, ad defenſionem, pararant: Ob eam rem ira & ſuperbia excandeſcens, quæſivit, qualis populus, & quibus viribus præditus, qualibus Diis vel quo tandem auxilio fretus eſſet, ut tam potentiſſimo & inſtructiſſimo exercitui reſiſtere auderet. Deſpicientibus autem ſuis Conſiliariis Iudæos, & vires eorum annihilantibus, ut Holoferni gratificarentur, tandem unus Achior, princeps Ammonitarum, vera dicere & conſulere, Holofernemque monere auſus fuit, nec temere hunc populum propugnante & adiutore Deo, contra quem nulla potentia, nulla vires humanæ valerent, bello laceſſeret. Verum is talem gratiam, qualem ſuperbi, & arrogantes homines, bene meritis, & recte ſuadentibus rependere ſolent, conſecutus eſt. Non ſolum enim cum ignominia ex caſtris repulſus, ſed etiam à militibus captus, & vinctus, arbori alligatus fuit, ut ibi vitam ſuam finiret. Quod etiam factum eſſet, ſi non, adiuvante Deo, à velitibus Iſrae- *Lib. Iudith. cap. 6.*

nullum opus intermitteretur infectum: nec ſi quis excogitando fingere voluiſſet haberet, quo magis novum aliquid inveniret. Ita, & privatim, & communiter, omnes unum erant, & exſuperare alium alius, tam impietate, quam iniquitate in proximos, certabant. Potentes multitudinem male tractando: multitudo vero ad interitum potentium properando. Illis autem dominandi cupiditas: his autem vim faciendi bonaque locupletum diripiendi. Similis fuit malitia & perverſitas hominum in Palæſtina, & terra ſancta, poſtquam, Duce Godefredo Bulloneo, Chriſtiani eam occupaſſent, & annos LXXX. retinuiſſent, rurſus amiſſa fuit. Accedentibus enim inſidiis, & inteſtinis bellis, inter Chriſtianos, & completa iniquitate, atque peccatis uſque in cœlum aſcendentibus, non minore facilitate, ad Saracenos, Duce Saladino, rediit, quam à Chriſtianis antea recuperata fuerat, ſicut prolixe, poſt alios, à Gulielmo Neubrigenſi deſcribitur.

Rer. Angl. l. 3. c. 14.

Cæterum Hieroſolymitanam regionem, cæteris ſanctiorem, quoad mores hominum, etiam tempore Gregorii Nyſſeni, fratris Baſilii Magni, poſt natum Chriſtum, CCCXXX. neutiquam fuiſſe patet ex ejus ſcriptis in quibus damnat peregrinationes verſus Hieroſolymam: ubi inter alia dicit, Deum non magis Hieroſolymis, quam in aliis regionibus eſſe; ſed ibi cum maxime habitare, ubi maxime ejus Religio viget, & colitur. Quin potius dicit, magis videri, Cacodæmones circa Hieroſolymam habitare, quia nulli uſquam ſceleratiores homines vivant. Et alibi ſuam ſententiam ita concludit: Unde vos, qui timetis Dominum, in quibus locis eſtis, eum laudate. Localis enim mutatio, ut Deus propior ſit, non efficit; ſed ubi fueris, ad te Deus veniet; ſi quidem animæ tuæ diverſorium tale inveniatur, ut in te Dominus inhabitet, inambuletque. Sin hominem interiorem, perverſis cogitationibus plenū, habeas, etiam ſi in Golgatha fueris, etiamſi in monte Olivarum, etiamſi ſub monumento reſurrectionis: tam itundem abeſt, ut Chriſtum in te ipſo ſuſcipias, quantum, qui ne initio quidem religionem profeſſi ſunt. Conſule ergo, dilecte, fratribus, ut à corpore peregrinentur ad Dominum, non è Cappadocia in Palæſtinam.

Caput XXII.

De crudelitate & tyrannide quorundam Pricipum.

Auctarium Cap. 48. Cent. 1. & cap. 34. Cent. 2.

Sæpenumero miratus fui, legens hiſtorias Romanas, crudelitatem & tyrannidem nonnullorum Conſulum, & Prætorum, qui licet Leges &

Leges & reſcripta, optima & ſalutaria ad imitationem Legum XII. tabularum, obſtantia ejuſmodi crudelibus actionibus, in optime conſtituta ariſtocratia, habuerint, nihilominus impune libidinibus & cædibus innoxiorum indulſerint. Etſi autem à Suetonio Tranquillo, Cornelio Tacito, Plutarcho & aliis hiſtoricis, nonnullorum etiam Cæſarum atrocia & crudelia facta,, qui propria libidine & cupiditate nocendi & Reipubl. & ſuis atque amicis pernicioſiſſimi fuêre, recenſentur; tamen non adeo mirum fuit, in illis, qui abſolutam poteſtatem ſibi arrogarunt, eamque freti legionibus & militaribus copiis ſub prætextu Monarchiæ libere exercuerunt. De qua re prolixior fui in allegandis memorabilibus exemplis & hiſtoriis in prima centuria ſubciſivarum operarum. Inter quos inſignis & crudelis tyrannus fuit, (ſicut ibidem ex Suetonio retuli (Cajus Caligula, qui ſibi omnia & in omnes licere putavit, cumque cædibus ſatiari non poſſet, optavit ut populus Romanus una cervice ſuſtentaretur, quæ ſua manu detruncanda foret. Non caret autem admiratione, Tiberium ejus avum tam maleferiatum & profligatæ mentis monſtrum hominis fuiſſe adverſus Senatum & Rempubl. ut eo conſilio ſuum nepotem ad Imperium evexerit, quod ſciret, peſſime ipſum victurum, ſicque ſua facinora Caij gravioribus flagitiis occultare poſſe. Simul etiam vindictæ cupiditate ductus operam dedit, ut reliqua pars Senatus, in quam ipſe ſævire nequiviſſet, poſt mortem ſuam e medio tolleretur. Tantus autem ſub Tiberio Senatorum numerus periit, ut forte ducti provinciarum Præfecti, Prætorij quidem per triennium, Conſulares per ſexennium præfuerint, quum non ſuppeterent ſucceſſores. Neque falſus fuit in hac ſua pernicioſiſſ. opinione ac ſpe immaniſſima Tiberius, abſque dubio enim ſcivit, actiones pravas & ſceleratas Neronis prædeceſſoris ſui, ex naturæ, non ætatis vitio, emanare, idque confirmatur ex præconio tali, quod illi à Suetonio perhibetur. Ex nonnullis comperi, perſuaſiſſimum habuiſſe eum neminem hominum pudicum aut ulla corporis parte purum eſſe, verum pleroſque diſſimulare vitium & calliditate obtegere, ideoque profeſſis apud ſe obſcœnitatem, cætera quoque conceſſiſſe delicta. Idipſum vitium ex zelotypiæ morbo Turcis ob fœminas natura impreſſum eſt, quas ideo in publicum ire non permittunt, niſi pannis obvolutæ ſint, ut meræ lamiæ & ſpectra occurrentibus videantur, dum ipſis quidem viros per linteum aut ſericum videndi copia eſt, viris nulla earum corporis pars ad conſpectum patet. Eſt enim apud eos recepta opinio, non poſſe mulierem, quam vel in [illegible] forma aut ætas commendat, à viro, ſine potiundi libidine, ac pr[illegible] ſine [illegible] labe conſpici, ob id omnes habeant abſconditas; ſicut id pluribus exemplis memorabilibus antea demonſtravi.

Sed ut ad materiam cœptam, à qua paulisper digreſſus ſum, rever-
Lib. de ira, cap. 16. tar, Piſonis plus nimium iracundi factum inſolens & crudele, recenſere placuit, de quo ſcribit Seneca: Cneus Piſo, inquit, fuit memoria noſtra vir à multis vitiis integer, ſed pravus, & cui placebat, pro conſtantia, rigor. Is cum iratus duci juſſiſſet eum, qui ex commeatu ſine commilitone redierat, quaſi interfeciſſet, quem non exhibebat, roganti aliquod tempus ad conquirendum non dedit: damnatus extra vallum deductus eſt, & jam cervicem porrigebat, cum ſubito apparuit ille commilito, qui occiſus videbatur. Tunc centurio ſupplicio præpoſitus condere gladium ſpiculatorem jubet: damnatum ad Piſonem reducit, redditurus Piſoni innocentiam, quam militi fortuna reddiderat. Ingenti concurſu deducuntur, complexi alter alterum cum magno gaudio caſtrorum commilitones. Conſcendit tribunal furens Piſo, ac jubet duci utrumque, & eum militem, qui non occidit, & eum, qui non perierat. Quid hoc indignius?
Seneca. Philemon. Variar. lib. 4. Epiſt. 10. quia unus innocens adparuerat, duo peribant; Piſo adiecit & tertium. Nam illum centurionem, qui damnatum reduxit, duci juſſit. Recte itaque dicitur: *Homo cum iraſcitur, extra corpus ſuum eſt.* Et, *Inſanimus omnes, cum iraſcimur.* Huc reſpexit Caſſiodorus: Furentes, inquit, juſta non ſentiunt, quia dum commoti animo in vindictam ſæviunt, rerum temperantiam non requirunt. Non ſolum autem in vivos, præſertim inſontes, crudelitas & ſævitia reprehendenda eſt: ſed etiam in mortuos, ex quibus voluptas quædam abominanda quæritur. Unde funeſta vox habita fuit
Cent. 1. cap. 46. Caroli IX. in laniena Lutetiana, cum ſpectaret cæſos, *Hoſtis mortui bonum eſſe odorem.* Quam delectationem ſanguinolentam forte didicit ab A. Vitellio, qui cum Othone interfecto campos, in quibus pugnatum fuerat, adiiſſet, tabemque cadaverum conſpexiſſet, dixiſſe fertur: OPTIME
Li. 2. hiſto. & ibi Annibal Scotus in ſuis commentariis. OLIM OCCISUM HOSTEM SED MELIUS CIVEM. Recte itaque & merito is ita à P. Cornelio Tacito reprehenditur: Non ſolum fœdum & atrox ſpectaculum, ſed etiam duce & principe indignum eſt, luſtrare oculis veſtigia recentis victoriæ civilis partæ, viſendo lacera corpora, truncos artus, putres virorum equorumque formas, infectam tabe humum, & protritis arboribus & frugibus diram vaſtitatem. Et quo fuit Vitellij curioſitas magis deteſtanda, eo laudabilior fuit illa Germanici
Hiſt. lib. 3. ad ſepelienda & humanda corpora, de quo fuſius idem Tacitus. Non injuria igitur in reprehendendo Vitellio pergit idem auctor, quum Junium Blæſum nulla alia de cauſa, quam quod intempeſtive ægro Principe, convivium celebraret, & lætos dies ageret, occidi juſſiſſet. Quin, inquit & audita eſt ſæviſſima Vitellij vox, qua (ipſa enim verba referam) ſe paviſſe oculos, ſpectata inimici morte jactavit. Recte itaque & optimo

jure

Antoninum Pium laudat Capitolinus, quod is ſemper in ore habuerit Scipionis dictum: MALLE SE VNVM CIVEM SERVARE, QVAM MILLE HOSTES OCCIDERE. Nam optimi Imperatores & Reges olim leges naturæ, non violentiam ſequebantur. Vnde Romæ in Capitolio ſcriptum fuiſſe tradunt: PARCE VICTIS: FRANGE SVPERBOS: Hoc ſenſit Ovidius lib. 1. de Ponto:

Eſt piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Atque dolet, quoties cogitur eſſe ferox.

Et Seneca tragœdus encomia optimi Regis vel Imperatoris paucis comprehendit verſiculis:

Conſulere patriæ, parcere civibus,
Fera cæde abſtinere, mores regere,
Reddere orbi quietem, ſæculo pacem ſuo,
Hæc ſumma virtus, petitur hac cælum via.

Idipſum Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus monere voluit, ubi inſtruit ſuum Principem: Clementiſſimus Imperator, inquit, non ideo fit vas miſericordiæ, præparatum in gloria, quia apicem terreni principatus accepit; ſed ſi in Imperiali culmine recta fide vivat, & vera cordis humilitate præditus, culmen Regiæ dignitatis ſanctæ religioni ſubiiciat: ſi magis in timore Deo ſervire, quam in terrore dominari populo delectetur, ſi in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem: ſi ſe magis diligendum quam metuendum cunctis exhibeat; ſi ſubiectis ſalubriter conſulat, ſi juſtitiam ſic teneat, ut miſericordiam non derelinquat, &c. Gregorius Magnus in moralibus. Circa ſubditos ineſſe debet rectoribus & juſte conſulens miſericordia, & pie ſæviens diſciplina. Auguſtinus Hipponenſ. in Enchirid. Omnis, qui juſte judicat, ſtateram in manu geſtat. In utroque penſo juſtitiam & miſericordiam portat, ſed per juſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam, ut juſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miſerationem indulgeat. Idem Gregorius: Sunt nonnulli ita diſtricti, ut etiam omnem manſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti, ut perdant diſtrictionis jura regiminis. Vnde cunctis Rectoribus utraque ſummopere ſunt tenenda, ut nec in diſciplinæ vigore benignitatem manſuetudinis, nec rurſus in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ; quatenus nec à compaſſione pietatis obdureſcant, cum contumacem corrigunt, nec diſciplinæ vigorem molliant, cum infirmorum animos conſolentur. Regat ergo vigor diſciplinæ manſuetudinem, & manſuetudo ornet vigorem, & ſic alterum commendetur ex altero, ut nec vigor ſit rigidus, nec manſuetudo diſſoluta. Iſidorus in Syno-

De verit. & prædeſt. & gratia.

Lib 20. part. 4. c. 6.

Cap. 75.

Moral. li. 19. part. 4. cap. 23.

C p ...

C. penult. Synonymis: Cuſtodi diſcretionem juſtitiæ. Non ſis plus juſtus, quam juſtum eſt. Omne enim, quod nimis eſt, vitium eſt, impia juſtitia, fragilitati humanæ non ignoſcere. Tene ergo rigorem in diſcuſſione juſtitiæ, miſericordiam in diffinitione ſententiæ. Juſtitiæ examen ſequatur pietas, diſtri-
Epiſt. 82. c. 1. ctionis cenſuram temperet indulgentia. Leo Magnus ad Anaſtaſium Imp. Plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam ſeveritas: plus exhortatio, quam comminatio; plus caritas, quam poteſtas. Hæc ipſa ſunt, quæ Budinus admonere voluit, ubi inſtruit Principem, quo pacto ſeſe ge-
De Republ. l. 4. c. 6. rere debeat. Nam, inquit, quum Principi multa ad imperium retinendum utiliſſima præcepta tradi poſſunt, tum vero nihil tam neceſſarium eſt, quam ut omnes illum (quantum fieri poterit) amore ac benevolentia, nullus odio proſequatur. Illud autem omnium optime conſequetur, ſi pœnæ ac præmia pro meritis cujuſque decreta ſint. Et quoniam gratioſiſſima ſunt præmia, pœnæ vero odioſiſſimæ, Principem oportet, ut ametur & colatur, omnia præmia tribuere, magiſtratus, inquam, imperia, ſacerdotia, curationes, munera, beneficia, reſtitutiones: pœnam vero irrogare nemini, ſed magiſtratibus integerrimis ac prudentiſſimis permittere pœnarum irrogationem, &c.

Merito itaque commendatur Anaſtaſij Imperatoris pietas & clementia. Is enim cum quidam præfectus Aſiaticus ei ſignificaſſet, mandatum ipſius de coercenda quorundam Eccleſiaſticorum licentia ſine ſanguine ſe exequi non poſſe, reſcripſit Imperator: μηδὲν βούλεσθαι προελθεῖν μηδ᾽ ἂν εἰ μέγα τε, καὶ ἀξιόλογον ᾖ, εἴπερ ῥανὶς αἵματος ἐκχέοιτο, id eſt, Non velle ſe quidquam procedere omnium, quamvis res magna & memorabilis ſit, ſiquidem ſanguinis una gutta effundi debeat. Verum enim eſt, quod dicitur, non minus turpia eſſe Principi multa ſupplicia, quā Medico multa funera.

In Muſa monitrice Principū. Poſtremo huc ſpectat Epigramma memorabile Henrici Stephani:

Dici ſeverum turpe non eſt Princip[i],
Præſidio & ipſa juſtitia ſæpiſſime
Severitatis indiget, ſi vult ſuam
Authoritatem ſi [illegible] jus ſuam.
Sed [illegible] caveat [illegible] Princeps velim,
Tantum ſeverus ne [illegible] dum ſibi,
C[illegible] ſum,
A[illegible] quadam [illegible] dum delabitur,
Et [illegible] crudelitas.
Ge[illegible] Cæſares [illegible] tum duo.
Poterant [illegible] Cæſares ubique vix
Severitatis continere limites.

CAPUT

CAPVT XXIII.

De præcocibus & inconſultis actionibus atque conſiliis: quamque infelix & triſtis eventus ea ſequi ſoleat.

IN noſtris operis ſubciſivis multas non vulgares hiſtorias & exempla recenſuimus, quam calamitoſę & pernicioſæ fuerint nonnullorum hominum feſtinatæ actiones & conſilia, quæ propterea præcocia recte appellari poſſint. Cum autem ſæpiſſime hac in re impingant ij, quibus adminiſtratio rerum commiſſa eſt, idque cum publico pariter & privato damno; operæ pretium duxi, prolixius hanc materiam tractare, eamque pluribus memorabilibus exemplis illuſtrare. *Cap.55.citur.1.*

Præcocia autem tam in animalibus, quam in plantis, aliiſque rebus tanquam minus diuturna, & veluti carentia radice, deprehenduntur: Ex quibus etiam ſimilitudo ad imperia & regna ſumitur. Quemadmodum enim animantibus contingere videmus, quod ea, quæ celerius excreſcunt, & ad perfectionem ſuam properant, citius labantur & intereant, quam quæ lento paſſu, & gradatim quodammodo, ad ſuam perfectionem tendunt, ideoque perfectiorem & pulchriorem maturitatem acquirunt. (Exemplum, ut alia omittam, inter bruta animalia præbet equus; ex arboribus ſalis, quæ non durant. Cervus autem & olea per gradus lente & tarde tendentes ad maturitatem longioris ævi ſunt. Sic Leonis catuli informes naſcuntur, vix ingrediuntur ſemeſtres, non moventur, niſi bimeſtres) ita quæ egregia futura ſunt, ſero proveniunt, & lentis ductibus abſolvuntur. Vnde etiam ad homines ejuſmodi ratiocinationes traductæ ſunt. Quid autem ſibi aliud vult proverbium? ODI PVERVLOS PRÆCOCI SAPIENTIA. Nam vulgi invaluit opinio, ut credat, pueralos mature ſapientes, aut non fore vitales, aut dementes futuros, ſimulatque ad ætatem maturam pervenerint. Quamobrem Plinius refert, Catonem Cenſorium velut ex oraculo prodidiſſe SENILEM IVVENTAM PRÆMATVRÆ MORTIS ESSE SIGNVM. Quo reſpexit Julius Scaliger ſuis hiſce elegantibus verſibus: *Lib.7.* *Epid.lib.2. In Adagus.*

Albus pueri præpropere explicata virtus,
Signum aut fatuum aut terribilem indicat ſenectam.

Præterea apud Senecam, Ceſtius de ingenio Alſij Flavij prædicare conſuevit tam mature magnum ingenium non eſſe vitale. Tale puerum Sophocles *ἀνδρόπαιδα* vocat qua de re Roterodamus plura tradit. Sacræ quoque literæ præcoces impiorum conatus, tanquam non diu duraturos

derident: ſicut Regius Propheta, ſumpta ſimilitudine ab arboribus nos *Pſalm.1.* docet: Arborem videlicet plantatam ſuper rivos aquarum, fructum ſuum dare ſuo tempore: Quibus verbis iuſtam maturitatem piorum exprimit: Contra impij, licet præcoces fructus oſtentent, nihil tamen producunt, niſi abortivum. Ideoque ibi porro dicitur, eos eſſe tanquam quiſquilias, quas *Deut.c.32.* proiicit ventus. Eadem præcocia & infauſta facta & actiones notavit Moyſes, vir Dei, in ſuo Cantico: Genus, inquit, abſque conſilio eſt, & ſine prudentia, utinam ſaperent, & intelligerent, ac noviſſima providerent. Ex hoc genere hominum fuerunt impij, ante diluvium univerſale. Ii enim præcoci obſtinatione quadam non ſolùm monitiones & increpationes Patriacharũ piorum contemnebant, ſed etiam aliorum prædictiones & vaticinia, de quibus Beroſus ita ſcribit: Tum multi prædicabant & vaticinabant, & lapidibus indicebant, de ea, quæ ventura erat, orbis perditione. Sed enim illi aſſueti deridebant omnia, cœleſtium ira atque ultione peragente pro impietate & ſceleribus.

Cap.55.centur.1. Vt autem ad hiſtorica veniamus, in modo allegato capite non abſque cauſſa præcocem nativitatem, & eventus tragicos ex malis conſiliis ortus, Ludovici IX. hujus nominis Regis Hungariæ, introduximus. Is enim matre Anna Candalenſe, Regiæ Navarrenæ ſtirpis, apud Vaſcones, in Gallia, mortua in puerperio, natus immaturè quidem abſque pelle, quæ arte unguentis fuit inducta, coronatus anno ſecundo, eique deſponſata cõjunx nono, cœpitque regnare anno decimo ætatis ſuæ: præterea, ſi ut antea retulimus, quod cito adoleverit, ante tempus barbam emiſerit, & vix annum decimum octavum egreſſus, canos oſtenderit, denique occiſus vel ſuffocatus in paluſtri loco poſt prælium fuerit, cum vigeſimum annum attigiſſet, quod accidit die Joannis Baptiſtæ decollationis memoriæ dicato (pro quo natalem hujus Sancti nonnulli non rectè, 24. videlicet menſis Junij, ponunt) ita ut omnia in illo Rege, ab ineunte ætate & regno præcocia & inſolita fuerint; adeoque vix exemplum ſimile, in quo hæc omnia infauſta, in perniciem unius Regis, ita [illegible] ſint, ac veluti conſpirarint, inveniatur. Poſtremo autem calamitas maxime deploranda eſt, quæ contigit ex præcoci conſilio & culpa Ducum exercitus Hungarici, quibus vel experientia, vel animi fortitudo defuit: E contrario inconſulta temeritas, & contemtus hoſtilis potentiæ affuit, cum is juvenis Rex, inſtigatore Tolmaritano Epiſcopo, (cujus hortatu & ſuaſu manus cum hoſte conſeruerat) ad Mohatiam, in extremum præcipitium adductus ſit: Quod nimirum in *De increm. Imp. lib.1.c.8.* re bellica minus experti [illegible] rudes quantæ vires hoſtiles eſſent, nunquam probe exploraſſent, ſicut Renatus Luſignanus hanc cladem aliis memorabilibus hiſtoriis, & qua in re a noſtris peccatum ſit, declarat.

Quare

Quare recte præcipitur, & omnino, ſi ſalvi eſſe velint Reges & Principes, neceſſarium eſſet ut antequam res magnæ & ardua negotia ſuſcipiuntur, animus, repudiatis præcocibus & turbidis actionibus, conſilio maturo & prudenti in omnem eventum diligenter ſit muniendus: Nec ſi præter opinionem aliquid accidit, is plane deiiciatur, & metu anxietateque oppreſſus, in deſperationem redigatur. Quæ enim hominibus præter exſpectationem, ac quam maxime inopinato accidunt, ea & animos hominum deiiciunt, & rationem conturbant, ut ad ferendam, de eo quod agendum ſit, ſententiam, minime omnium valeant. Neque enim conſiliis juxta metum locus eſt, ſed ubi animum conſilia anteceperunt, ſtrenue admodum timores ea exturbant; ſin anteveniantur, ab his ſuccumbunt. Hoc Ludovico Regi accidit, nam victus præcoci & audaci ingenio Tolmarienſis, prælium imparatus & deſtitutus auxiliaribus copiis, quæ non procul aberant, cum inſtructiſſimo hoſte, numero militum & omnium aliarum rerum neceſſariarum, perturbato & meticuloſo animo juvenis quodammodo imbellis, committere coactus fuit, in quo oppreſſus multitudine hoſtium, & diſſipatis ſuis prætorianis & cuſtodibus corporis, pugnantibus aliis diverſis locis quodammodo ſolus, in fuga, ut paulo ante dixi, periit. *Dio Rom. hiſt. lib. 42.*

Non diſſimile aliquid Pompejo, occupato metu, poſt pugnam Pharſalicam, teſte Dione, accidit. Neque enim ſuæ virtutis, neque multitudinis eorum, quæ pugnæ ſuperſtant, militum, memor, neque eo ſecum expenſo, quod ſæpe leviſſimo momento fortuna eos, quorum res ſunt afflictæ, in integrum reſtituit, omnem de rebus ſuis ſpem projecit, quum prioribus temporibus ſummo animi robore conſtanter uſus fuiſſet, ac bene ſemper in rebus adverſis ſperare conſueſſet. Recte itaque Tacitus ita monet: Omnes, qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, æſtimare debent, an quod inchoatur, Reip. utile, ipſis glorioſum, aut promtum effectu, aut certe non arduum ſit, ſimul ipſe, qui ſuadet, conſiderandus, adiiciatne conſilio periculum ſuum, & ſi fortuna cœptis adfuerit, cui ſummum decus acquiratur. Cæterum contra præcocia conſilia tale frænum adhibet Livius: Conſilus, inquit, nulla res tam inimica quam celeritas: celer enim pœnitentia, ſed eadem ſera atq; inutilis ſequitur, cum præcipitata raptim conſilia neq; revocari, neq; in integrum reſtitui poſſint. Huc ſpectat memorabilis & tragica hiſtoria Theoderici Marchionis Brandeburgici, qua mirifice ea, quæ diximus, illuſtrantur. Hic Princeps potentia & ſtudio rei militaris nimium inſolens factus & afferatus, cum etiam Conſiliarios arrogantia & elatione inſignes circum ſe haberet, eorumque impulſu nihil non temere & injurioſe faceret, tandem ſic depravatus eſt ut induceret animum, ſibi licere quod vellet. Accidit autem, ut erga Miltovium, *Lib. 2. hiſt.* *Georg. Sab. in ejus vit.*

Odo-

illachrymare, ac miſerandum in modum deplorare, Templorum, Vrbium, Agrorum inflammationem, direptionem, vaſtationem ac infinitam hominum cædem: At inprimis deploravit tot populorum defectionem à Religione Chriſtiana, ſæpe conqueſtus eſt etiam de CONSILIARIIS quos habuerat adiutores & miniſtros injuſtarum actionum, & quorum aſſentatio ei attulerat tantos ſpiritus, ut non dubitarit concitare offenſiones, unde teterrimum bellum naſceretur: incuſavit denique, & ſeipſum, qui recte monentes averſatus, & ad voluntatem loquentes plurimum apud ſe valere paſſus eſſet. ITA fit, ut Principes, apud quos improbi conſiliarii meliori conditione & majori in gratia ſunt, quam boni, non niſi triſtiſſimo caſu & ſtultorum illo magiſtro eventu edocti, errata ſua agnoſcant.

CAPVT XXX.

Præcocia & temeraria conſilia, & actiones, plerumque ex ſuperbia, ira, & elatione animi, accedente curioſitate nimia, repudiatis ſalutaribus monitis, ortum ſuum habere.

RECte monet Livius, audacia & temeraria conſilia prima ſpecie læta, tractatu dura, & exitu difficilia eſſe ſolere. Confirmatur hoc exemplo memorabili, in ſacris literis, Holofernis ducis exercitus, potentiſſimi & ſuperbiſſimi Regis Aſſyriorum, miſſi, ut omnes gentes, quæ illum Regem pro Deo & abſoluto Domino non agnoſcerent, vi, & armis debellaret, & ſuo imperio ſibiiceret. Quum enim multos populos vel diviciſſet, vel deditione acquiſiviſſet, ad Iudæos tandem deventum eſt, qui in locis montanis & munitis, ſe ad defenſionem, pararant: Ob eam rem ira & ſuperbia excandeſcens, quæſivit, qualis populus, & quibus viribus præditus, qualibus Diis vel quo tandem auxilio fretus eſſet, ut tam potentiſſimo & inſtructiſſimo exercitui reſiſtere auderet. Deſpicientibus autem ſuis Conſiliariis Iudæos, & vires eorum annihilantibus, ut Holoferni gratificarentur, tandem unus Achior, princeps Ammonitarum, vera dicere & conſulere, Holofernemque monere auſus fuit, nec temere hunc populum, propugnante & adiutore Deo, contra quem nulla potentia, nulla vires humanæ valerent, bello laceſſeret. Verum is talem gratiam, qualem ſuperbi, & arrogantes homines, bene meritis, & recte ſuadentibus rependere ſolent, conſecutus eſt. Non ſolum enim cum ignominia ex caſtris repulſus, ſed etiam à militibus captus, & vinctus, arbori alligatus fuit, ut illa vitam ſuam finiret. Quod etiam factum eſſet, ſi non, adiuvante Deo, à velitibus *Lib. Iudith. cap. 6.*

Iſraelitis, à ſuſpendio liberatus, in Bethuliam munitionem montanam ſalvus perductus eſſet, ibique præſidiariis tyrannidem & faſtum Holofernis, & ſuam innocentiam, enarraſſet. Hæc narratio Iudæos obſeſſos itamovit, ut ſuas preces lamentabiles ita, coram DOMINO, effunderent: DOMINE DEUS COELI ET TERRÆ, intuere ſuperbiam eorum, & reſpice ad noſtram humilitatem, & faciem Sanctorum tuorum attende, & oſtende, quoniam non derelinquis præſumentes de te, & præſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes humilias, &c. Hæ preces mox tam efficaces fuere apud Deum, ut fictis blanditiis Iudithæ matronæ formoſiſſimæ, attamen aſtæ, & piæ, vitam ſuam patriæ ſaluti poſtponenti, Holofernes ille ferox & minax tyrannus, emollitus atque ebrius dementatus, tandem ab ea noctu cæſus, ejusque exercitus in fuga profligatus & deletus, populus Iſraeliticus, ab illis inſolentibus, & ſuperbia tumidis hoſtibus, miraculoſe liberatus ſit.

Cap. 55. centur. 1. Alterum exemplum recens quidem, ſed non minus huic noſtro propoſito conveniens eſt, à quo Platonis dictum, à me allegatum, declaratur, videlicet, qui ſuperbia elatus eſt, quòd honoribus antecellat, vel corpus forma polleat, quæ cum iuvenilis animus dementiâ ſimul ardeat, & petulantia, quaſi nec principe, nec duce ullo indigeat, ſed aliorum ipſe ſufficiens ductor ſit, is penitus à Deo deſeritur. Deſertus autem & alios hujuſmodi nactus exultat, omnia ſimul perturbans, multiſque videtur minime contemnendus, brevi tamen poſtea, inculpabili Dei judicio punitus, ſeipſum, domum ſuam, civitatemque univerſam ſimul evertit. Hoc ita refertur a Guicciardino, ubi tragicum eventum, & exitum Ludovici Sfortiæ, *Lib. 4. hiſt. Ital.* qui nimia arrogantia & faſtu, ſe arbitrum totius Italiæ, ſi ut ex ſymbolo ejus, quod Iovius depinxit, & explicavit, fore putaverat, & tamen inter Helvetios milites, domum diſcedentes, amictu gregarii militis latitans, à Gallis agnitus, & ignominioſe captus eſſet, ita concludit: Lugdunum, ubi tunc erat Rex, perductus fuit, & in eam urbem meridie introductus, infinita multitudine, ad tantæ, paulo antea, amplitudinis & majeſtatis principem, cui multi invidérent: quique nunc in tantam miſeriam corruiſſet, viſendum accurrente: unde ut ad Regis conſpectum, quemadmodum ſummopere cupiebat, admitteretur, minime conſequutus, poſt biduum in Loc[illegible] in turrim ductus eſt, in qua circiter decem annos, quibus vitam ter[illegible]vit, illius cogitationibus & ambitione, quæ antea vix totius Italiæ ter[illegible]nis continebantur anguſto carcere, incluſis, captivus fuit. Princeps pr[illegible] eloquentia, ingenio, multiſque animi & naturæ ornamentis ex[illegible]ſſimus, a[illegible] nec is infamiâ hanc laudem maculaſſet, manſueti & clementis nomine dignus. Sed viciſſim ingenio vanus, ac inquietis ambitio-

ambitioſiſque conſiliis plenus, & promiſſorum fideique contemptor, qui quæ tantum ſuæ ipſius ſapientiæ tribueret, ut aliorum prudentiam & conſilia celebrari moleſtiſſime ferens, ſua induſtria & artibus cujusvis mentem, quo vellet, impellere poſſe ſibi perſuaderet. Sub hujus principis effigie, Iovius tale elogium ſcribi curavit. Ludovicum Sfortiam, Mediolanenſium principem, cui Moro cognomen fuit, nequaquam a fuſcedine oris, quod eſſet æquo pallidior, ita vocatum ferunt, verum ab argumento, quod pro inſigni geſtabat, Mori arboris, quæ idcirco ſapientiſſima arborum cenſeatur, quoniam tarde, & non prius germinet & floreſcat, quam hyemis injuriam effugerit: ſtatimque tuto partu ocyſſime fruticet, quaſi hoc ingenio ſuo eſſet inſitum, indicare vellet, in omni actione nunquam propere, ſed graviter conſilia inire, atque ea, ſicut oporteat, mature & celeriter explicare. Verum id poſtea ſe tamen comprobante eventu longe vaniſſimum extitiſſe videmus, quandoquidem ab tanta opinione prudentiæ, nihil demum ſibi ſapere ſit viſus, quum exutus principatu, miſerrimus omnium mortalium clatrato in carcere perierit: & ea quæ ſequuntur, lectu & ad rectius intelligendam hiſtoriam præcedentem utiliſſima. Quibus addere licet, ex eodem Iovio, ſub effigie Ludovici XII. Galliæ Regis, ubi ita dicit. Tum autem inepte & parum generoſe ſeſe inexorabilem & immitem oſtendit, cum Ludovicum Sfortiam, pulſum dominatu, infamique proditione captum, & conjectum in carcere, erepto ſcribendi ſolatio, miſerum mori coegiſſet, tantique modo hominis principem conſpectu ſuo indignum arbitraretur. Ex verſiculis autem Iovii Iunioris, in fine hujus Elogii, aſſcriptis, paucos, epilogi loco, hic inſerere volui:

In elogiis illuſt. virorum.

Lib. 4. de Elogiis.

Felix cruento SFORTIA *prælio*
Si concidiſſes, nec miſerabilis
Fœdum exitum vitæ videres,
Cum patria, ſolioque avito
Expulſus, alte in carcere Gallico
Pœnas dediſti, quod nimis improbus
Non tutor at crudelis hoſtis,
Præripis imperium Nepoti.
Ergo inſolentem pone ſuperbiam,
Qui fidis alis viribus ingens:
Fortuna ſic gaudet iocari,
Vetere cum cupit ima ſummis.

Caput XXV.

Ex ſuſpicionibus plerumque Reges & Principes, præſertim accedente ſenio meticuloſos & crudeles fieri.

Cap. 87. cent. 1. DIſſervimus antea, plerumque eos, qui ambitione quadam, ſeſe à ſuis contemni ſuſpicati ſunt, mirum in modum, ob timiditatem & libidinem imperandi, crudeles fuiſſe, idque multis memorabilibus exemplis ex variis hiſtoriis illuſtravimus. Cum autem hæc materia ſit digna, quæ pluribus exornetur, operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi hoc peculiare caput prioribus adiungerem. Suſpicaces, inquam, plerumque crudeles evaſiſſe, torquente ſemper illos, tum divini numinis, quod contemſerunt, tum ſuorum, quos offenderunt, metu, ſæviſſimo mentium carnifice, licet, ut ille dicit, vultum lætum ſimulent: Nam, ut ait Poëta:

Feriuntur verbere cæco.

Et Euripides:

Tyrannidis vero perperam laudata
Vultus quidem jucundus; interiora vero triſtia ſunt.

Antiq. Iudaic. l. 17. c. 7. Hoc, præ cæteris, accidit Herodi Regi. Ita enim de eo ſcribit Flavius Ioſephus. Deſperata ſalute, quod jam ad 70. ætatis annum accederet, mirum in modum efferatus eſt, iræ impatiens & amarulentus in rebus omnibus. *Lib. 5. bell. Neapol.* In cauſa erat opinio contemtus, quod exiſtimaret, gentem Iudaicam lætari ſuis infortuniis. Hic eſt morbus occultus, quando videlicet calumniis & ſuſpicionibus nimis indulgetur (inquit Cominæus) qui in familiis principum regnat, & pluribus incommodis materiam ſubminiſtrat. in Gallia quidem adeo frequens, ut à Carolo Magno, vix paucis Reges annum ſexageſimum exceſſerint, collecta ſæpe ægritudine ex ſuſpicionibus, & ex iis, quæ clanculum ac falſo eſſent delata. Ludovicus XI. paulo antequam decederet, quum ſuſpicionibus nimium indulgeret, nulli prorſus homini fidebat, & omnes ſibi inſidiari putabat. Ejus pater, cum decumberet ægrotus, perſuaſum habebat, paratum ſibi eſſe venenum, ideoque ab omni cibo abſtinuit. Caroli VI. conditio eo fuit deterior, quod deliraret, ac mente captus eſſet, quum iis, quæ deferebantur, prius quam oporteret, crederet. Prudenter igitur (concludit Cominæus) facturi ſunt Principes, quum aliquid occulti ad illos defertur, ſi delatorem ſiſtant, & fidem ſibi fieri jubeant ejus, quod ſit delatum. Hac enim ratione multo vivent tranquillius quando nullus eo ſit progreſſurus amentiæ, ut quod probare non poſſit, de eo ſit

alicui

alicui facturus calumniam. Alterum exemplum, & memorabile quidem habemus in Iugurtha. Quum enim, ob crudelitatem, omnium animos à ſe abalienaſſet, & inviſus ſuis & alienis eſſet, accedente meticuloſitate, ita de eo ſcribit Saluſtius: Neque poſt id locorum Iurgurthæ dies aut nox ulla quieta fuit, neque loco? neque mortali cuiquam, aut tempori ſatis credere: cives hoſteſque juxta metuere, circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paveſcere, alio atque alio loco, ſæpe contra decus regium, noctu requieſcere, interdum ſomno excitus, arreptis armis, tumultum facere: ita formidine, quaſi vecordia, exagitari: Et paulo poſt: Iugurtha, amiſſis amicis, quorum pleroſque ipſe necaverat, cæteri perculſi formidine, pars ad Romanos, alii ad Regem Bochum, perfugerant: cumque neque bellum ſine adminiſtris gerere poſſet, & novorum fidem, in tanta perfidia veterem, experiri periculoſum duceret, vagus incertuſque agitabatur, neque illi res ulla neque conſilium, aut quiſquam hominum ſatis placebat: itinera præfectoſque indies mutare, modo adverſum hoſtes, interdum in ſolitudines pergere, ſæpe in fuga, ac paulo poſt in armis ſpem habere, dubitare virtuti, an fidei popularium minus crederet: ita quocunque intenderat, res adverſæ erant. *De bello Iugurthino*

Hæ ſunt furiæ conſcientiæ, quæ dimitos & crudeles perpetuo cruciant, & miſerrime abſque quiete exagitant, ut neque ſibi, neque aliis fidant, ſed omnia ſuſpicionibus, & metu plena ſibi imaginentur: de quibus furiis veteres plura ſcripſerunt. Quid, obſecro, miſerius & calamitoſius in homine eſſe poteſt? Ob hanc cauſam nonnulli tyranni, metu & ſuſpicionibus pleni, ut ſublevationem & recreationem & ſecuritatem aliquam, ipſo malo & periculo moleſtiorem & pejorem, ad ejuſmodi furiis habere poſſint, non ſolum conventus, ſed etiam colloquia & nutus quoque ſubditis interdixerunt. Inter quos fuit quidam Trizus nomine. Is enim, ſicut Ælianus refert, vocens omnes conjurationem, & inſidiarum, contra ſe, vias intercludere legem ſuæ regioni incolis poſuit, ut nemo cum altero, neque privatim, neque publice, ſermones miſceret, quod fuit graviſſimum, minimeque ferendum. Itaque dolo tyranni mandatum eluſerunt, & oculorum manuumque geſtibus & natu, animi ſenſa mutua ſignificabant, & accipiebant. Alias igitur acerbo vultu ſeſe invicem intuebantur, alias placato, facieque læta, atque ex uniuſcujuſq; ſuperciliorum contracti one perſpicuum erat, eum triſtem & intolerandum rerum ſtatum indigne ferre, animi affectione per vultum ei, cum quo erat, declarata & oſtenſa. Sed hæc etiam tyrannum commovebant, quod exiſtimaret ſilentium quoque, propter varietatem geſtuum, & concinnationem vultus, prorſus mali quid ſibi moliturum eſſe. Proinde etiam illud lege ſuſtulit. Quidam igitur deſolationem illam ægre moleſteq; patiens, & cupiditate diſſol- *Variar. hiſt. l. 14. c. 121.*

diſſolvendæ tyrannidis permotus, in forum progreſſus eſt. Ibi ſtans multum & fervide lachrymatus eſt, quem circumſtitit confluens omnis multitudo, quibus etiam ipſis in fletum a luctum erumpentibus nuncius ad tyrannum allatus eſt, neminem quidem nutibus uti; at lachrymas frequenter emitti. Qui feſtinans, ut & illud prohiberet, neque ſolum linguam, nutuſque ſervitute conſtringeret, ſed etiam oculis à natura tributam libertatem eriperet, quanta potuit celeritate, pedes cum ſtipatoribus, & ſatellitibus adcurrit, ut lachrymas ſedaret. At illi cum è longo vix eum vidiſſent, eripientes arma ſatellitibus, tyrannum interfecerunt.

Lib. 1. hiſtoriarum.

Lib. 6. Annalium.

Recte itaque & vivis coloribus depingit Tacitus faciem civitatis, ſub tyranni jugo gementis: non alias magis inquit, anxia & pavens civitas, etiam adverſum proximos. Congreſſus, colloquia, notæ, ignotæque aures vitari: etiam muta & inanima, tectum & parietes, circumſpectabantur. Et alibi. Vnde plena omnia ſuſpicionum, & vix ſecreta domuum ſine formidine. Recte itaque ab eodem Tacito Platonis imitatione dicitur, ſi tyrannorum mentes recludantur, poſſent aſpici laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus, ita ſævitia, libidine, malis conſultis animus dilaceretur. Quod etiam movit Buchananum, ut ita de tyranno ſentiat: Tyrannus eſt veluti ſcopus ad univerſorum mortalium propoſitus odium, qui nec diu ſtare poteſt, & ubi cecidit, omnium ſuorum, unà ſecum ruinam trahit. Idipſum indicare vult Seneca Tragœdus de Nerone, hiſce verſiculis:

Rerum Scot. lib. 7. f. mihi 197.

In Octavia

Licet extruat marmoribus atque auro tegat
Superbus aulam: limen armatæ ducis
Servent cohortes: mittat immenſas opes:
Exhauſtus orbis: ſupplices dextram petant
Parthi cruentam: regna divitiis ferant:
Venient dies tempuſque quo reddat ſuis
Animam nocentem ſceleribus jugulum hoſtibus,
Deſertus, & deſtructus & cunctis egens.

Memorabile autem exemplum habemus in Phalaride, tyrannorum ſæviſſimo, ſuſpicaciſſimo, & meticuloſiſſimo. Ita enim ſcribens ad Polium amicum, tortores ac furias latentes animi ſui explicat. Cognovi ex iis literis, quas ad me dediſti, mirari te mirum in modum, quod a priſtinis vitæ moribus omninò deſciverim. Quum enim familiarius, quam tyranni pateretur dignitas, omnibus me præberem, nunc vix parentibus, amiciſque ſanctioribus, conſpiciendum ipſe me exhibeo, atque adeo conſpectum hominum quoquo modo refugio. Sed mirari deſine. Etenim nullam fidei ſinceritatem, non modo in ignotis, verum etiam in iis, quibus ipſe me arctioris amicitiæ vinculo devinxeram, uſquam deprehendi. Singula

gula igitur, magna cum diligentia & ſolertia, expertus, in Africæ Numidiæque ſilvis ac ſolitudinibus, inter medias feras, quam inter homines vitam degere, longe tutius eſſe, apud me ſtatuo. Securius enim certe Leonibus ſerpentibuſque obſeſſus, quam hominibus circumſeptus, quieti me traderem. Hæc ſcribo, mutabilis inconſtantiſque fortunæ vafritiem malitiamque expertus, &c. Hos terrores & metus perpetuos, qui tyrannos lancinant *Cap. 15.* & excruciant, Iobus, divino repletus Spiritu, ſic nobis depingit eo in libro, cujus autorem Moyſen fuiſſe tradunt Hebræi. Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorum tyrannidis ejus incertus eſt. Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Non credit, quod reverti poſſit è tenebris ad lucem, circumſpectans undique gladium. Quum ſe moverit ad quærendam pacem, novit quod paratus ſit ad manum ejus tenebrarum dies: Terrebit eum tribulatio, & anguſtia circumvallabit eum, ſicut Regem, qui præparatur ad prælium. Huc ſpectat elegans ſimilitudo Æliani, qui ſuibus ſimiles eſſe tyrannos dicit, quos ſi quis tetigerit, protinus clamare incipiunt, mortem ſcil. et ſomniantes: quum nec vellera habeant, nec lac, nec aliud quidquam, præter carnes: Sic tyranni omnia ſuſpicantur ac metuunt, ſcientes nimirum, quod ſicut ſues; ita & ipſi, vitam omnibus debeant.

Definitio itaque tyranni, omnibus numeris conſtans talis tradi poteſt: Tyrannus proprie dicitur, qui libidine ardens, furore præceps, legum poteſtatem, ſanctitatem judiciorum, ſenatus auctoritatem, divini cultus religionem, innocentiam ſubditorum, morem majorum, denique nefarie divina & humana iura proculcat, dummodo per vim, perque nefas illum, quem ambitione occæcatus ſibi finxit, invadat, teneatque principatum. Vt autem ad meticuloſos & ſuſpicaces & quidem recentiores veniamus, hoc vitio Ferdinandus Gonzaga, ſuas egregias virtutes, ſi non deformavit, attamen admodum obſcuras reddidit. Ita enim de eo *In vita.* ſcribit Delfius. Menſe Novemb. Anno 1557. moritur Bruxellæ Ferdi- *Philip. III* nandus Gonzaga, vir belli pacique artibus, multiſque victoriis illuſtris *lib. 15. fol.* ac clarus, poſtea quam ingentia invidiæ tela forti animo ſuperaſſet, arca- *(mihi) 703* naſque Pauli III. Pontificis, ob cæſum filium, Petrum Ludovicum Farneſium, inſidias, implacabilemque iram feliciter vitaſſet: ſed in tantam animi formidinem, perpetuumque pavorem miſer ſenex (omnia enim tuta ubique locorum timens) inciderat, ut nemini fideret, ſemperque inſtantem vim verens, etiam ſolus inviuſque caput ignarus obverteret, oculos nunquam quietos nec ſtabiles, in omnem partem, magna aſpicientium admiratione, moveret, ac quoſcunque ignotos vidiſſet, ut percuſſores clam ſubmiſſos, ſuſpectos haberet, &c. Hi motus & crucia-

tus

tus conſcientiæ meticuloſæ, quando evigilant & excitantur, neque conſolationes firmas, quibus recte ſedari queant, inveniunt, graviſſimi eſſe ſolent. Etenim conſcientia, incumbente peccatorum mole, oppreſſa, nunc ſecum querulatur, ac gemit, nunc ſe arguit, nunc tacite fremit, nunc aperte tumultuatur.

In vita Franciſci mihi f. 170. Quod autem antea de Caroli V. Cæſaris, & Franciſci I. Regis diffidentia & ſuſpicionibus, vel veris vel falſis, re enſuimus, id minus mirum erit, ſi diverſitas utriuſque naturæ accuratius penpendatur: Ita enim de his duobus heroibus ſcribit Arnoldus Ferronus. Franciſcus plane Rex, & Carolus Cæſar, cum æquali hab.rentur potentia, diverſis ferebantur conſiliis. Cæſar callidior & occultior: Franciſcus apertior & elatior. in Rege clemens & mitis natura, in Cæſare durior & minus remiſſior. Cæſar valde acutus & providens: Rex ſtrenuus & magnanimu habebatur. Cæſar quo aſtu inſidiſq; falleret: Rex ut pugna aperta vinceret, laborabat. Cæſar militares homines & callidos complectebatur: Rex mirifice ingeniis excellentibus delectabatur. In Cæſare majorem fidem in Rege interdum majorem cautionem deſiderares. In Cæſare orationis brevitatem: in Rege copiam efferebant. Erant apud Cæſarem induſtriæ quidam ſtimuli ac laboris: flagrabant ornamenta fortitudinis, comitatis, humanitatis apud Regem. Cæſarem parcum nec illiberalem tamen diceres: Rege in largitiones nemo effuſior habebatur. Cæſar ſervire temporibus, tegere ad tempus ſuam naturam, huc atque illuc torquere & flectere didicerat: Rex conſtantiam ſermonum re exequebatur, eaq; palam ſentiebat, quæ invictum ejus animum facile oſtenderent. Cæſar cum callidis acute, cum ſuis graviter verſabatur: Rex cum aulicis iucunde, cum proceribus humaniter vivebat. Conferres Regem Carolo Burgundioni Cæſaris avo, niſi quod & fide, & comitate, ditione, eruditione fuit majore Rex: Cæſar Ludovico undecimo Gallorum Regi ſimilimus. In Rege variam eruditionem memoriamque prope divinam: in Cæſare varium & ad omnia verſatile ingenium non deſideraris. Cæſar repræſentabat umbram humanitatis & clementiæ: in Rege non adumbrata ſimulachra, ſed totam effigiem harum virtutum agnoſceres. Rex manu fortior: Cæſar cautior ferebatur: Cæſarem niſi ſe ambitu commaculaſſet, vere pii nomen relaturum: Regem, niſi delitiis aulicis implicitus fuiſſet, omnium Regum triumphos ſuperaturum, detrectatores tantarum virtutum, & quaſi Momi Veneris Sandalium carpentes ajebant. Sed Regium eſt, cum benefecerint, male interdum audire. Natura enim cum eſſet comis facilis, benignus, diſertus, conciliaret ſibi omnium principum regni amorem, &c.

C A P.

Caput XXVI.

Omnium victoriarum præſtantiſſimam eſſe noſcere & vincere ſemetipſum.

ALlegavimus antea Platonis egregium dictum, omnium victoriarum optimam eſſe, νικῆσαι τὸν εὐποιοῦντα καὶ ἑαυτόν. Hoc verum eſſe, multis hiſtoriis, & ſalutaribus doctrinis demonſtrari poteſt. Inprimis autem extat elegans admonitio, vel epiſtola gratulatoria cujuſdam familiaris Alphonſi, Arragonis Regis, ad eundem, qua cum dictum Platonicum ea dextre explicet, integram hic volui inſerere. Eſt autem talis: Quod vincis, merito omnes gaudent. Ego vero, quod vincis, gaudeo, & quod victoria clementer & moderate uteris, recte quidem virtus tibi victoriam peperit; verum hoc ipſum tibi commune cum multis. Nam & ſunt, qui vicerunt, triumpharunt, imperarunt, hique innumerabiles & interdum etiam injuſti ac penitus indigni: qui vero victis pepercerint, nihil intemperanter, nihil amarè, nihil crudeliter agentes, ii noſtro atque omni tempore perpauci: ſed & diis ſimiles habiti ſunt, & habebuntur. Cato tuus ajebat, potiſſimum Imperatorem eſſe, qui ſibi ipſe imperare poſſet. Ideo, ut arbitror, quoniam abſurdum videretur, eum plures vincere, qui unum non vinceret. Macedo ille Magnus, ut armis invictus laudatur, ita vino & vitiis victus vituperatur. Hannibalis gloriæ multum crudelitas detraxit. Equidem malo tibi victoria laudem inveniat, quam fortuna victoriam. Quicquid in bello accidit, fortunæ laus eſt: verum ſi vincendo benigne, leniter, caſte, manſuete, conſtanter te geſſeris, fortunam ſua laude fraudabis, tuamque prorſus efficies victoriæ laudem. Cum ergo hoſtes devic eris, ac temetipſum, jure optimo tibi gratulor, mihi gaudeo. Tibi, quia perpetuam ex virtute laudem tibi comparabis, eiſque poſteritati, clementiæ & humanitatis exemplum, mihi, quia tali Rege ac domino fortunatus ſum, ubi poſſim ac vivendo melior fieri, & ſcribendo clarior. Vale & triumpha, &c. *Cent. 1. Cap. 79.*

Ad hanc victoriam, videlicet magno animo, non ſolum hoſtes vincere, & victoria moderate uti, ſed etiam adverſam fortunam, cupiditates, & ſeipſum vincere, reſpexit quoque Seneca, ubi Stilponum introducit. Hic enim, inquit, capta patria, amiſſis liberis, amiſſa uxore, cum, ex incendio publico, ſolus & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio (cui cognomen ab excidio urbium Poliorcetes fuit) nunquid perdidiſſet: Omnia, dixit, bona mea mecum ſunt. Ecce vir fortis & ſtrenuus. Ipse hostis sui victoriam vicit. Nunc *Epiſt. 9.*

R dicit

dicit, perdidi; dubitare illum coegit, an veniſſet. Omnia mea mecum ſunt Iuſtitia, virtus, temperantia, prudentia hoc ipſum nihil bonum putare quod eripi poſſit. Miramur animalia quædam, quæ per medios ignes, ſine noxa corporum, tranſeunt: Quanto hic mirabilior vir, qui per ferrum, & ruinas, & ignes illæſus & indemnis evaſit? Vides quanto facilius ſit totam gentem, quam unum virum vincere? Huc ſpectat quoque elegantiſſimum diſtichon, neſcio cujus autoris:

> *Fortior eſt qui ſe, quam qui fortiſſima vincit*
> *Mœnia: nec virtus altius ire poteſt.*

Hoc ipſum Cicero in Paradoxis monere voluit, de illis, qui aliis præeſſe volunt. Refrenet, inquit, primum libidines, ſpernat voluptates, iracundiam teneat, avaritiam coerceat, cæteras animi labes repellat; & tunc incipiat aliis imperare, cum ipſe improbiſſimis dominis, dedecori, & turpitudini parere deſierit. Quod conſideravit Apollonius, ſicut Philoſtratus in ejus vita refert, cum interrogaret Iarcham, an illi ſapientes Brachmanes ſeipſos noſcerent, quoniam apud Græcos difficilimum omnium erat, ſeipſos noſcere. Et Plautus;

Lib. 3.

In Pſeudol.

> *In foro vix decimum quemque eſſe, qui ſeipſum norit.*

De tranq. animi.

Lib. 10. confeſſ.

In Prologo libelli. Vademecum.

Vnde &, Iuvenale judice, *de cœlo deſcendit*, γνῶθι σεαυτὸν Et Seneca: Puto multos ad ſapientiam pervenire potuiſſe, niſi putaſſent, ſe perveniſſe. Non fruſtra itaq; B. Auguſtinus admirabundus ita ſcribit: Eunt homines mirari alta montium, urgentes fluctus maris, altiſſimos lapſus fluminum, & gyros ſiderum; & relinquunt ſeipſos, nec mirantur! Et alibi: Quomodo dictum eſt, ut cognoſcam meipſum: ſuſtinere non poſſum, ut me habeam incognitum. Pie itaq; monet eximius vir Otto Caſmannus: multum huic ſeculo ſcientiæ, conſcientiæ parum. Ne igitur ſcientia noſtra ſit ſola, quia inflat, adſit ei CARITAS cum prudentia Chriſtiana. Sciamus Deum & nos ipſi. At hodie multi multa ſciunt, ſe autem vix ullus bene. Etenim noſcere ſeipſum omnium difficilimum, & non eſt cujusvis. Divinum igitur hoc & primum di[illegible]us præceptum, ut noſcat quiſque ſeipſum. Seipſum quippe qui novit, Deum noſcet: qui Deum novit, Deo fiet ſimilis. Sed Deo fit ſimilis, qui Deo dignus fuerit. Fit autem dignus Deo, qui nihil committit indignum Deo. Sed & cogitat res divinas: & quæ cogitat, loquitur: & quæ loquitur, piè facit. Ergo

> *Cætera ſi vis noſcere, teipſum noſcere diſcas;*
> *Cætera ſi vis vincere, teipſum vincere diſcas;*
> *Noſ[illegible]e ſeipſum, vincere ſeipſum, maxima virtus.*

Hinc que[illegible]non intempeſtiva manavit[illegible]: Multi multa novere, pauci ſe ipſos.

ipſos. De Ludovico XII. hujus nominis Galliæ Rege, ita ſcribit Spinæus: Memoratur Ludovicus nunciata ipſi repentina Caroli VIII. morte, qua, ut ſtirpi regiæ proximus, ad ſucceſſionem vocabatur, continuo procumbens in genua, Deo gratias egiſſe, & duo quædam ab eo precatus eſſe: quorum fuit Vnum, ne unquam iniuriarum, quas ab inimicis acceperat, meminiſſet. Vnde tum hic, tum illi, majorem merentur laudem, quam vel ex ipſis victoriis: quas de hoſtibus reportarunt glorioſiſſimas. Nullus enim generoſior animus eo, qui perturbationes ſuas vincit, nec inſigniora trophæa, hac unica victoria ſuimetipſius, ſtatuere poteſt. Hoc non ignotum eſt Hiſpanis, qui in ſuis rythmis paucis multa comprehendunt: *In iracundiam lib. 3.*

En la guerra que poſſeo,
Siendo mi eſſer contra ſi:
Pueſyo meſme me guerreo,
Defienda me Dios di mi.

Hos allegat Giavara ex Marchionis di Santigliana Centiloquio. Cæterum compellatio Claudiani, ad Honorium Imperatorem, de victoria erga ſeipſum, eſt memorabilis:

Tu licet extremos late dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent:
Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira,
Servitii patiere jugum, tolerabis iniquas
Interius leges: tunc omnia jure tenebis,
Cum poteris Rex eſſe tui.

Porro omittenda non eſt commendatio, & laus Henrici IIII. Galliarum & Navarræ Regis, non tam quod contra hoſtes ſæpius victoriam conſecutus ſit, quam quod victor ſemetipſum vicerit: quæ ab Henrico Stephano conſcripta eſt, hiſce verſibus:

Vincere poſſe hoſtes, haud parva eſt gloria regum,
At ſe poſſe ipſos vincere, maior ea eſt.
Ac merito cuivis mage formidabilis hoſti,
Quiſquis & hinc peperit rex ſibi grande decus.
Sed qui ſeſe aliis in rebus, vincere poſſit,
Iram, hoſtem invictum, vincere ſæpe nequit.
Humanaque vices dubias perpendere ſortis,
Victoris victrix ira ſed eſſe ſolet.
Quum ſimul hac ergo decorat victoria duplex,
Quantis dignus erit laudibus ille vehi?

Quantis laudibus hic, cujus victoria talis,
In media ut clemens luceat ingenium?
Nempe illum armabit triplex victoria quondam,
Quum Borboniacum vicerit ille decus.

Roman. hiſtor. lib. 41. Hoc ipſum Iulius Cæſar victorioſus, cui ſymbolum fuit, Veni, Vidi, Vici, in oratione ſua gravi, apud Dionem, adverſus ſeditioſos milites, monere voluit, ubi ita illos compellat: Vera me loqui ita cognoſcetis, ſi non id, quod in præſentia iucundum eſt, ſed id, quod in perpetuum prodeſt, utile judicaveritis, neque implere ſuas cupiditates potius, quam moderari iiſdem, egregium cenſueritis. Turpe eſt enim modo ea voluptate duci, cujus poſt pæniteat, indignumque eſt eos, qui hoſtibus ſuis ſuperiores evaſerint, voluptatibus ſuccumbere.

In deſcript. obſidionis Magdeb. Poſtremo admodum memorabilis & prudens eſt oratio Electoris Marchionis Brandeburgici ad Carolum V. in obſidione Wittebergenſi, cum captiuus princeps Ioh. Frider. criminis læſæ majeſtatis à Duce Albano, & aliis conſiliariis Hiſpanicis condemnatus eſſet, quam ita refert Henricus Merckelius, eamque cum ad hoc caput pertineat, colophonis loco, integram aſſcribere volui. Vide, inquit, Cæſar, ſi ſecus feceris, ut factum ab imperii ordinibus accipietur? Quantam odii immortalis materiam tibi, tuis omnibus, ac poſteritati conflabis? ſi me conſultore (nam quid alii conſulant, gentis ſuæ more, nihil ad me) uti velis, moderare victoriam, eaque utere, ut te dignum eſt. Parum eſt quod hoſtes tuos bello ſuperaveris, niſi TE IPSUM VINCAS. Quare nihil fortius, nihil præclarius, aut Majeſtate Imperii dignius. Alterius victoriæ laus, bona ex parte, ad milites, quorum opera in bello uſus es, pertinet: hujus verò ſumma gloria, IRAM VINCERE, HOSTEMQUE CLEMENTIA SUPERARE, propria tua eſt. Quod ſi Germaniam in fide continere velis, lenitate, haud quaquam crudelitate opus eſt. Cogita Cæſar, hujus majores paternum tuum regnum olim cum ſumma laude gubernaſſe, magna bella geſſiſſe, patrui hujus beneficio, ad ſummum Imperium, te ex Hiſpaniis evocatum, cum ipſe ſuffragiis omnium deſignatus, illud ſuſcipere recuſaſſet &c. Facile autem Elector Brandeburgius, hac ſua commonefactione exquiſita, animum heroicum Caroli victoris mitigare potuit, cum ipſius generoſa natura alioquin ad clementiam, quam rigorem propenſior eſſet, & antea quoque ſtatuiſſet, actiones mitiores & conſilia tutiora eſſe, quam crudelia, & ſanguinem tam illuſtriſſimum ſitientia, & ſpirantia. Hæc victoria ſui met ipſius etiam à Iacob. Aug. Thuano egregio illo præſide, in hiſtor. ſui temporis lib. 3. part. 3. commendatur in captivo principe Ioh. Friderico, quem ita colloquentem cum Erneſto Brunovicenſi eodem modo

captivo

captivo, introducit: Si te bello inferiorem doles, ut ſuperior ſis, conſtantiam indue, & te calamitatem tuam contemnere oſtende: ſic victoriam hoſti eripies, & victus victorem vinces. Hæc expedita ratio eſt, ultionis de hoſte vel in hac captivitate ſumendæ. Encomium ita non immerito laudabile ibi adiungitur. Magnus utique ille vir, & qui, vel inimicorum teſtimonio, comitate, liberalitate, prudentia, & animi invicti fortitudine excellentiſſimos principes æquans, in eo multis præponi meruit, quod adverſam fortunam conſtantia ſua omnium judicio ſuperavit.

CAPVT XXVII.

De fructu conſervatæ, & damno amiſſæ diſciplinæ militaris.

DIſciplina militari meritò dixit Alexander Severus Rempublicam contineri, quæ ſi dilabatur, & nomen, & imperium Romanum amiſſum iri. Quippe quæ ex ignavo cive, fortem, ex intemperante, moderatum, ex deſidioſo, ſtrenuum, ex luxurioſo, frugalem, ex libidinoſo, continentem efficiebat. Hanc ipſe tam ſevere ſervavit, ut cum exercitum in Parthos duceret, non milites, ſed Senatores tranſire dicerentur. Quacunque igitur legiones iter faciebant, tribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant. Si quis, de via, in alicujus poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubiiciebatur, aut virgis aut condemnationi; aut ſi hæc omnia tranſiret dignitas hominis, graviſſimis contumeliis afficiebatur, quum diceret: VISNE HOC IN AGRO TVO FIERI, QVOD ALTERI FACIS? Hæc diligenter obſervavit Hippolytus à Collibus. *In princip. cap. 15.* Similem obſervantiam diſciplinæ militaris antea recenſuimus. Qualem fructum autem ferret diſciplina militaris, Alexander Magnus etiam non ignoravit, cum, referente id Quinto Curtio, ſi quis principia caſtrorum ejus videret, ſe ſenatum conſpicere arbitraretur, cum præſertim nemo, niſi ſexagenarius, ordines duceret. Hiſtoriæ ſane teſtantur, quamdiu duraverit cuſtodia diſciplinæ militaris, tamdiu floruiſſe, & durabilia fuiſſe imperia, & regna. Idque præ cæteris apparet in Imperio Romano. Vice verſa vero, collapſa diſciplina militari, etiam imperia corruerunt. Cauſas autem corruptæ diſciplinæ militaris Appianus ita recenſet: Hæc ſunt quæ militarem diſciplinam pefſum dederunt: Dum quiſque, oblitus ſe eſſe militem, privatis gratiis mavelt ſervire atque cupiditatibus: dumque principes opera ſubditorum abutuntur, ad privata commoda. *Lib. 4. de bello civili.* Compertum præterea eſt non ſolum certam perniciem diſciplinæ militari, ſed etiam Rebuſpubl. & civita-

civitatibus attuliſſe, ſi vera & conſueta vocabula rerum, in exculſationem mutarentur, ſicut Thucydides prolixe tradit. Idipſum conqueritur Appius Claudius, in ſua oratione apud Dionyſium Halicarnaſſ. contra Lucium Æmilium, ubi dicit; in hominum noſtrorum moribus, non amplius habitant priſci animi, ſed à nonnullis gravitas ſuperbiæ, juſtitia ſtultitiæ, fortitudo inſaniæ, prudentia facilitatis nomine appellatur. Contra vero, quæ apud illos priſcos odioſa erant, hæc nunc extolluntur, & hominibus corruptis admiranda bona videntur, & ignavia, ſcurrilitas, malignitas, & verſutia, pro ſapientia habetur: & qui omnibus in rebus ſunt impudentes, & qui in nullo propoſito ſunt conſtantes, dociles, ac tractabiles cenſentur. Quæ vitia jam multas potentes civitates funditus everterunt. Quæ fuſius recenſentur à Iacobo Magni in Sopholog. lib. 5. cap. 10.

De bello Peloponenſiaco, lib. 3.

Antiquit. Rom. lib. 5.

Lib. 8. dec. 1

Cæterũ ordinẽ obtemperandi, & imperandi in militia corruptũ, & inverſũ, Livius ita refert: Quum polluta fuit ſemel militaris diſciplina, non miles Centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus conſulis, non conſul magiſtri equitum, non magiſter equitum dictatoris parebat imperio, &c. huc ſpectant querelæ Taciti, ubi de Carbulone, expeditionẽ, juſſu Neronis, contra Parthos parante, ita ſcribit: ſed Carbuloni plus molis, adverſus ignaviam militum, quam contra perfidiam hoſtium erat. Quippe Syria transmotæ legiones pace longa ſegnes, munia Romanorum ægerrime tolerabant. Satis conſtitit, fuiſſe in eo exercitu veteranos, qui non ſtationem, non vigilias iniſſent: vallum, foſſamque, quaſi nova & mira viſerent, ſine galeis, ſine loricis, nitidi & quæſtuoſi, millia per oppida expleta, &c. Ad diſciplinam autem militarem conſervandam. C. Iulius Cæſar potiſſ. intentus fuit, ſicut apparet, ex ejus oratione, ad milites ſuos, quum ab expugnatione Gergoviæ, non abſque clade, repulſi eſſent. Poſtquam enim ipſorum temeritatem cupiditatemque reprehendiſſet, quod ſibi ipſi judicaviſſent, quo procedendum, aut quid agendum videretur, neque ſigno recipiendi dato conſtituiſſent, neque à tribunis militum, legatiſque retineri potuiſſent, ita illos alloquitur: Quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos non caſtrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi, tardare potuiſſet: tantopere licentiam, arrogantiamque reprehendere, quod plus ſe quam Imperatorem, de victoria atque exitu rerum, ſentire exiſtimarent: nec minus ſe in milite modeſtiam, & continentiam, quam virtutem atque animi magnitudinem deſiderare, &c. Quam frugalis autem & ſeverus fuerit Cæſar, in compeſcenda militum luxuria, & conſervanda diſciplinæ militaris ſimplicitate, apparet ex ignominioſa miſſione tribunorum militum, ſicut ipſe in ſuos commentarios id retulit. Maxime vellem, inquit, homines ſuæ petulantiæ nimiæ

Annal. l. 13.

De bello Gallico l. 7.

De bello Afric. l. 5.

nimiæque libertati, aliquando finem feciſſent, meæque lenitatis, modeſtiæ, patientiæque rationem habuiſſent. Sed quoniam ipſi ſibi, neque modum, neque terminum, conſtituunt, quo cæteri diſſimiliter ſe gerant, egometipſe documentum more militari conſtituam: C. AVIENE, QVOD IN ITALIA MILITES POPVLI ROMANI CONTRA REMPVBL. INSTIGASTI, RAPINASQVE PER MVNICIPIA FECISTI. QVOD MIHI REIQVE PVBLICÆ INVTILIS FVISTI, ET PRO MILITIBVS FAMILIAM IVMENTAQVE IN NAVES IMPOSVISTI, TVAQVE OPERA MILITIBVSQVE TEMPORE NECESSARIO RESPVBL. CARET: OB EAS RES IGNOMINIÆ CAVSA AB EXERCITV MEO TE REMOVEO, HODIEQVE EX AFRICA ABESSE, ET QVANTVM POTES PROFICISCI IVBEO, ITEMQVE TE A. FONTEI, QVOD TRIBVNVS MILITVM SEDITIOSVS, MALVSQVE CIVIS FVISTI, TE AB EXERCITV DIMITTO. T. ALLIENE, M. TYRO, C. CLVSIANE, CVM ORDINES IN MEO EXERCITV, BENEFICIO NON VIRTVTE CONSECVTI, ITA VOS GESSERITIS VT NEQVE BELLO FORTES, NEQVE PACE BONI AVT VTILES FVERITIS, ET MAGIS IN SEDITIONE CONCITANDISQVE MILITIBVS ADVERSARIORVM NOSTRORVM IMPERATORIS QVAM PVDORIS MODESTIÆQVE FVERITIS STVDIOSIORES, INDIGNOS VOS ESSE ARBITROR, QVI IN MEO EXERCITV ORDINES DVCATIS, MISSOSQVE FACIO, ET QVANTVM POTESTIS ABESSE EX AFRICA IVBEO.

CAPVT XXVIII.

De triplici miſſione, itemque ſanguinis miſſione militari, & peculiari cura veterum, in conſervanda diſciplina militari, deque memorabili prælio ad Agriam: Nec non de amuletis.

CÆterum quoniam in miſſionis militaris mentionem capite præce- *L. miles §. 3*
dente incidimus, ea fuit triplex: Honeſta, Cauſaria, & Ignominioſa *de re milit.*
Fuit etiam pœna militaris, miſſio ſanguinis, quod qui ſanguine abundarent, *& l. quod*
animorum impetus & cupiditates, rationi minus obſequentes, haberent, *ait prætor*
de qua re Gellius plura ſuppeditabit. Cæterum querelæ non leves olim *de his qui*
quoque *not. infam.*

quoque, contra corruptam diſciplinam, exauditæ ſunt; præſertim ob mollitiem & crapulam, utpote infeſtiſſimos hoſtes militum, omniſque adeo virtutis. Ita enim Xenophon ſcribit: Caverant priſci illi Perſæ, calices in convivia ne portarentur, quippe qui exiſtimabant, moderata potione adhibita, minus tum corpus, tum mentem commoveri, ac perturbari; at recentiores, retenta duntaxat conſuetudine, non importandi calices, tantum certe bibunt, ut pro eo, quod importent, ipſi exportentur, cum nequeant jam, onuſti cibo & vino, per ſe ipſi ſtantes egredi. Ille quoque mos eis patrius erat, ut inter eundem, nec cibum potumve capere, nec ullam earum rerum, quæ propterea ſunt neceſſariæ, facere conſpicerentur. Nunc itinera faciunt adeo brevia, ut nihil jam mirandum ſit, ſi interim ſibi, à rebus neceſſariis, temperent. Venatui porro antea tantum temporis impertiebant, ut ſatis, & ipſis, & ipſorum equis eſſet hujuſmodi exercitatio: ſed poſtquam, vino ſuperati, ſe totos dediderunt ignaviæ, & luxui, non ita frequentes nec ipſi exibant ad venationem, nec alios educebant. Quinimò, ſi quos vidiſſent, labores libenter ſuſcipere, & venationis ſtudium, cum ſuis ipſorum equis, colere, aperte eos, tanquam meliores ſe, invidia odioque perſequebantur. Mollitiem arguit, quod non ſatis habent lectos molliſſime ſternere, niſi etiam tapetas ipſorum pedibus ſupponant, ut ne pavimentum contra nitatur, ſed cedant tapetes. In menſa, nec ullum panis genus, quod antea repertum fuiſſet, omittunt, & alia præterea indies excogitant, atque idem faciunt de obſoniis. Habent enim novos harum rerum paratos artifices. Hyeme, non ſatis eſt eis caput, corpus, pedeſque contegere, ſed denſis utuntur manuum, ad extremos uſque digitos, tegumentis. Æſtate, nec arborum, nec ſaxorum umbra contenti, alia etiam ſibi, vel ipſis in locis, umbracula per homines facienda curant. Poculorum magnam ſane habent copiam, de eoque valde gloriantur: accreſcente magis magiſque potandi inſania. Plurimis ferme in equis, quam in lectis, ſtragulis utuntur, neque enim tam id eis curæ eſt, ut equitandi artem addiſcant, quam ut vel in equis molliter ſedeant. Iam vero militarem diſciplinam, præclariſſime à majoribus conſtitutam, quis neget, hoc tempore, dilapſam eſſe? Hæc ibi Xenophon. Virum vero non ſimiles querelæ, vel potius majores, de corrupta diſciplina militari, noſtro tempore, inſtitui poſſent, experientiam ipſam licet conſulere. Et extant hic de re plures libri, in variis idiomatibus linguiſque ſcripti, ad quos ſtudioſum lectorem remitto. Inter alios autem Lazarus Soranzius ita ſcribit, de prælio illo memorabili, eoque recenti, cum Mahomete, Turcico Imperatore, ad Agriam: In primo ſtatim congreſſu, Maho-

De pædia Cyri, lib. 8.

In Ottomanno ſub fin. partu 2.

Mahometes propriis ſuis oculis vidit exercitum ſuum diſſipatum, & in fugam conjectum, ipſe de ſua ſalute ſolicitus, in montem quendam, in ipſo Agriæ conſpectu, confugit, faciem, parte veſtis Mahumetis, quam religionis cauſa ſecum circumferebat, abſterſit. Quanta vero noſtrorum militum virtus, & in debellando hoſte audacia fuerit, non eſt obſcurum, quod minus quinquaginta millibus militum (quos Franciſcus Maria Vrbini Dux, ad exſtirpandam Turcicam tyrannidem ſibi depoſcere ſolebat) inſtructi, hoſti obviam procedere, & manus cum eo conſerere, & exercitum, qui trecentis millibus hominum, atque adeo totius Imperii Ottomanici robore conſtabat, in ipſius Imperatoris conſpectu, in fugam conjicere valuerint. Vnde nemo temere dubitare debet, quin, ſi noſtri minus avari, melius uniti, magiſq; providi, inprimis vero, erga ducem belli fideliores exſtitiſſent, victoriam ſplendidiſſimam reportaturi fuiſſent, qualem forſitan, ante ipſos, nunquam Chriſtiani, de Turca, tulerunt, ipſo Mahumete capto, quemadmodum Bajazetem à magno Tamurhan, id eſt, domino ferri, captum eſſe ſcimus, &c. Quis autem, (humano more loquendo) juſte negabit, diſſolutæ diſciplinæ militari, hanc culpam potiſſimum aſſcribendam eſſe? Cæterum quod de fruſto veſtis Mahumeti, Pſeudoprophetæ Turcici dictum eſt, quo Mahumetes Turcicus Imperator, veluti amuleto, in prælio faciem abſterſit, nihil novum eſſe videtur. Sylla enim, in illa cruenta pugna, cum Archelao, in Bæotia, cum periculum ob oculos videret, habuit in collo pendentem imagunculam Apollinis, quam oſculatus eſt, & clamavit: O Apollo, ne deſeras: quia ſi me deſerueris, abiiciam te, & nullo honore poſt hac te afficiam. Recte itaque monet Heresbachius, Amuleta & Characteres penes ſe deferre, atque fiduciam in his conſtituere, vanam eſſe idololatriam. Huc pertinet Evangelii Iohannis, ad collum ſuſpenſi, geſtatio, quaſi verba, chartis inſcripta, ἀλεξίκακα ſint, & adverſus noxia præſtent auxilium; & non potius Dei verbum in corde, cum vera invocatione, & fiducia in Deum, repoſitum atque conſervatum.

In Epitome Chriſtianæ Iuriſprud.

CAPUT XXIX.

Cupiditate prædæ, & opum, victores ſæpius magna cum clade, eſſe victos: nec non de inani & vaga gloria.

NOn fruſtra Soranzius (ſicut eum in proxime antecedenti capite allegavimus) & poſt eum Thuanus inter cauſas, quo minus præclariſſimam victoriam, contra Mahometem, ad Agriam, numeroſiſſimo exercitu inſtructum Chriſtiani, reſpectu hoſtium, pauci, non obtinuerint, recenſet,

cenſet, prædæ & opum cupiditatem, ob quam, laxatis ordinibus maximam cladem propemodum victores acceperint. Quod ſane novum non eſt, ſicut plura exempla, tam vetera, quam recentia, allegari poſſent. Ex quibus tantum ſelectiora inducam. Inprimis autem Tacitus de Germanis ita ſcribit, (libenter enim eius verba, ob elegantiam & ſuccinctam, licet nervoſam, narrationem retineo (Romanos ab Herminio prope victos, iuvit hoſtium aviditas, omiſſa cæde prædam ſectantium; Vbi Commentator Annibal Scotus Placentinus, ita dicit: Sæpe aviditate prædæ, exercitus victoriam amiſerunt, &c. Vnde pulcherrimum illud Ioannis Trivultii, Carolo VIII. Gallorum Regi datum conſilium, in conflictu apud Tarum cum Italiæ confœderatis, relinquendi ſcilicet impedimenta incuſtodita, & prædæ hoſtium expoſita, ut illi in hac re occupati faciliorem illis tranſitum, quod ſummopere optabant, redderent. Quod prout ipſe cogitaverat, evenit. In hanc ſententiam idem Tacitus ſcribit: Sed obſtitit vincentibus pravum, inter ipſos, certamen, hoſte omiſſo ſpolia conſectandi. Et alibi dicit: Suam illic victoriam Germanis obſtitiſſe, dum, omiſſis telis, præda manus impediunt. Salutarem itaque doctrinam tradit Saxo Grammaticus: Ne fatigetis, inquit, milites, opum onere, manus prælio deſtinatas, ac ſcitote, triumphum ante carpendum, quam cenſum. Proinde auro ſpreto, auri dominos inſequimini, nec æris, ſed victoriæ fulgorem miremini, meminiſſeque vos decet, ſatius trophæum prenſare, quam quæſtum, potioremque eſſe metallo victoriam. Nec abſque ratione Saluſtius monet; Studium pecuniæ aut tollendum, aut, quoad res feret, minuendum: aliter, neque privatam rem, neque publicam, neque domi, neque militiæ regi poſſe. Nam ubi cupido divitiarum invaſit, neque diſciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum ſatis pollet, quin animus magis aut minus maturè, poſtremo tamen ſuccumbat. Sæpe, (pergit is) iam audivi, qui Reges, quæ civitates, & nationes, per opulentiam magna imperia amiſerint, quæ per virtutem inopes ceperant, ideo haud mirandum eſt. Nam ubi bonus deteriorem divitiis magis clarum magiſque acceptum videt, primo æſtuat, multaque in pectore volvit. Sed ubi gloria honorem magis indics, virtutem opulentia vincit, animus à vero deficit: quippe gloria induſtria alitur. Vbi eam dempſeris, ipſa per ſe virtus amara atque aſpera eſt. Poſtremo, ubi divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia ſunt, fides, probitas, pudor, pudicitia. Nam ad virtutem una & ardua via eſt. Ad pecuniam, qua cuique lubet, nititur, & malis & bonis rebus ea creatur, &c.

Lib. 1. Annal. *Guicciard. l. 2. hiſt. Ital.* *Lib. 4. hiſt.* *Lib. 5. hiſt.* *De reb. Danic.* *In orat. ad C. Cæſarem de rep. ordinanda.*

Cæterum, ut in materia cœpta pergam, victorias egregias, ſpe & aviditate intempeſtivæ prædæ amiſſas, & militari ſtrategemate victores, victos eſſe, conſtat ex ſuperioribus bellis Gallicis, præſertim prælio illo memorabili

bili Drocenſi, anno M.D.L.XII. in quo Franciſci Guiſii induſtria militaris, cum adverſa pars victoriam conſecutam, ſpe prædæ, ex manibus amitteret, captata occaſione in diſſolutos irruit, & victores vicit, fugatoque Collinio Amirallio, Condæum captivum duxit, &c. Refert quoque Collenucius, nobiliſſimum principem Conradinum, ultimum Ducem Sueviæ, à Coralo Andiovino, Ludovici Regis Galliæ fratre, ex eadem negligentia, in Marſorum planitie, ad Facinum Collaminive lacum, felici ſtrategemate militari, conſilio Alardi Galli, qui forte a ſacri ſepulchri viſitatione redierat, victum & captum eſſe. Cum enim Philippus Monfortius, veſtibus atque inſignibus regiis, ut per omnia Carolo ſimilis videretur, ornatus, & in prælio interfectus, & agmen, quod ducebat, in fugam coniectum eſſet, Conradini milites, ſe certa victoria potitos, exiſtimantes, prædæ inhiarunt, & non ſine magna lætitia, victoriæ fructu, cum magna ſecuritate fruerentur, & tantum prædæ & ſpoliis hoſtium intenti, ita ut ipſi quoque aulici, & ii, quibus Conradini, atque Auſtriæ Ducis, cuſtodia demandata eſſet, in diverſas illius planitiei partes excurrerent, relictis, apud binos principes, tantum viliſſimis quibuſque ſervis: Mox Alardus, qui hæc omnia, in ſummo colle, diligenter animadvertebat, tempus, quæſitamq; rei feliciter gerendæ occaſionem, iam adeſſe cognovit, Carolum, ex ea valle, qua cum ſuo agmine latebat, moveri iuſſit, ut, inſtructa acie de colle cautiſſime deſcendens, in hoſtes, hinc inde diſperſos, præda onuſtos, & pleroſque inermes, quam fieri poſſet, maxima violentia impetum faceret. Quod conſilium ſecutus ille magno animo, hoſtes, abſque ulla difficultate, fregit, & univerſos interemit, cepit, aut in fugam coniecit, victoriaque potitus, in planitie illa permanſit; & extat etiamnum eo loco, in monumentum illius rei, templum tunc temporis conditum, quod S. Mariæ victoriæ vocatur, &c. Accidit hoc anno Chriſti M. CC. LXVIII. &c. Quid etiam anno 1596. in pugna apud Erlam in Hungaria Germanis obtigerit, & quomodo clariſſimam nobiliſſimamq; victoriam prædæ cupiditate ſolutis ordinibus amiſerint, & à Turcis iam ter victis & ſtratis victores victi fuerint, deſiderato Erneſto Holſatiæ Principe, Poplio, Peskio, & 40. Nobilibus, in recenti adhuc omnium memoria eſt. Merito itaq; laudantur à Paulo Iovio Helvetii, inter quos inprimis commendatur Iornan. Vnter Waldii immanis & prope efferavirtus, qui conſenſu multorum ſupra viginti hoſtes halabarda confecit, & certæ laudis præmia tulit, in memorabili illa pugna & victoria, contra Gallos, prope Novariam, propugnantes Maximilianum Sfortiam, quod a victoribus, in tanta hoſtium ſtrage edita, ad prædam diſcurſum non ſit: Quanquam pretioſa ſupellex Ducum, & cuncta opulenti

Rerum Neapol. l. 4.

Hiſt. l. 15.

lenti exercitus impedimenta, multorum animos allicerent. Viri enim, inquit, patriæ diſciplinæ memores, quod neminem armatum in acie vivum capere, nec vertentem terga inſequi liceret, medio in campo, confertis ordinibus, in multam diem immoti conſtiterunt, ne Galli equites aut Ducum aſtu, aut ſuo pudore concitati, regrederentur, & ſpoliandis cadaveribus occupatos opprimerent.

CAPUT XXX.

Contra amuleta, & remedia præternaturalia, memorabilia.

MVltis præſtantibus heroibus & viris, ſuperſtitione & falſa impreſſione, perſuaſum fuiſſe, amuleta & alias vanas res circumligata, & veſicirca præcordia de collo ſuſpenſa, adhibitis eorum rationibus & characteribus inſolitis, curare morbos, vulnera & ſanguinem ſiſtere, antea recen-
Cap. 76. cent. 1. ſuimus. Cum autem hæc ſtolida imaginatio, & malorum curatio adhuc paſſim apud Chriſtianos, & rudem plebem, inprimis aniculas, magno cum ſcandalo bonorum, in uſu ſit, pluribus hîc ineptias confutare viſum fuit, cum præſertim olim apud Imperatores id, tanquam capitale delictum,
Lib. 19. prohibitum, punitum ſit. Conſtat hoc ex Ammiano Marcellino: Si qui, inquit, remedia quartanæ vel alterius doloris, collo geſtaret, ut veneficus reus capitis interibat. Et alibi: Anum quandam ſimplicem, intervallatis
Lib 29. febribus mederi leni carmine conſuetam, occidit ut noxiam. Et viſus adoleſcens in balneis admovere marmori manus utriuſque digitos alternatim, & pectori, ſeptemque vocales literas numeraſſe, ad ſtomachi remedium prodeſſe arbitratus, percuſſus gladio eſt. Aliis quoque perſuaſum fuit, verba certa, plerumq; tamen incognita, poſſe lenire affectus animi &
Lib. 15. incantationibus morbos poſſe ſopiri. Vnde tradit Strabo, Eſſe in India incantatores, qui medicari crederentur, & ſolam hanc apud eos eſſe medicinam. Theophraſtus cenſet, Iſchiaticos carmine ſanari. Cato prodidit,
Lib. 28. c. 2. luxatis membris carmen auxiliari. M. Varro podagris. Eodem modo Plinius ſentit, ubi diſputat, an ſit medendo verbis aliqua vis. Ex recentioribus
De ſacra Phil. lib. 3. autem prolixior eſt Franciſcus Valeſius, ubi multa memoria digna congeſſit, & tandem characteres nihil conferre morbo vel ſanitati con-
De dæmon. lib. 1. c. 6. cludit. Narrat Bodinus, nuper in ſuburbio Laodunenſi, quandam maleficam mulierem miſeram graviſſime decumbentem ſortilibus liberaſſe, cum procidens in genua, demiſſo in terram vultu, diabolum magna voce ſæpius invocaſſet, ut curaret mulierem, & verbis aliquot enunciatis, buccellam panis dediſſet ei comedendam. Vbi recte addit; Quod quidem plane tantidem eſt, ac ſi ægrotans ipſa diabolum de valetudine oraviſſet. Itaq;

præſta-

præſtaret, vel crudeliſſima omnium, quæ unquam cogitari poſſent, perire morte, quam eo pacto curari. Quamobrem alibi hanc ſententiam pluribus argumentis & rationibus declarat: Chartam, inquit, aut characteres *Lib. 2. c. 2.* ſubnecti collo, quicquid inſcribatur, cum Ioanne Chryſoſtomo, & Auguſtino, ſtatuimus meram eſſe idololatriam, ſi ignorantes fecerint: ſortilegium vero, ſi iſtud illi commiſerint, qui noverunt interdictum, nec eo minus fidem ſuperſtitionibus adhibent. Etenim hæc quoque eſt idololatria, ſi vis curandi herbis, plantis, animalibus, metallis tribuitur, niſi eâdem opera laus ad Deum tota referatur. Ideoque Hebræi tradunt, Salomonis librum de vi & proprietate animantium plantarum, lapidum, herbarum, metallorumque omnium, ex mandato Regis Ezechiæ, crematum eſſe, ne ad idololatriam, ratione iſta homines adducerentur, ut ſerpentem quoq; æneum, è deſerto allatum, Ezechias igni præcepit tradi, quod eum imperitus populus adoraret. Ejuſmodi amuleta etiam olim Longobardi deteſtati ſunt. *Lib. 9. c. 10.* Habuerunt enim peculiarem legem de duello, ſicut Bernardus Saccus eam ſuæ hiſtoriæ Ticinenſi inſeruit, & adhuc extat in Lombardia (quo libro Leges Longobardorum continentur, & cum alii Germanorum Legibus ſtudio atque opera Iohan. Baſilii Heroldi editæ ſunt) in hæc verba: NULLUS campio, adverſus alterum pugnaturus, audeat ſuper ſe habere herbas, nec res ad maleficia pertinentes, niſi tantum coronæ ſuæ quæ conveniunt. Et ſi ſuſpicio fuerit, quod eas occulte habeat, inquiratur per judicem, & ſi invẽtæ fuerint, reiiciantur. Poſt quam inquiſitionem extendat manum ſuam ipſe in manu Patrini aut colliberti ſui, ante judicem, dicens: ſe nullam rem talem ſuper ſe habere, deinde ad certamen procedat.

Non poſſum ſuperſedere, quin hiſtoriam, eamque recentem, de ejuſmodi amuletis recenſeam. Cum anno 1568. Princeps Auriacus, numeroſo exercitu, in Brabantiam irrumpere tentaret, in agro Iuliacenſi prope Trajectum, ad Moſam fluvium, quendam Hiſpanum captivum milites arbori alligatum, ſclopetis vel bombardis manuariis occidere conabantur. Verum fruſtra ſuos in illum tormentorum globulos emiſerunt. Tantum enim abfuit, ut illum ſic arbori alligatum poſſent transverberare, ut nec creberrimis ictibus lædere potuerint. Quo viſo obſtupefacti, eum ſuis veſtibus ſpoliarunt, arbitrantes hominem occultis quibuſdam armaturis, contra vim tormentorum communitum. Verum nihil tale ab ipſis apud nudum inventum fuit, præter dependens ex collo amuletum agni, quo ſublato, primo ictu bombardæ extinctus, occubuit. Hæc recitantur à Molano, teſte Petro Matthæo in VII. decretalium. Cum autem hanc virtutem ceræ imagini Agni attribuant, ſit fides penes autores. Ego ſen-

tentiæ Ioan. Georgii Godelmanni, Conſiliarii Electoris Saxoniæ præſtantiſſimi, adſtipulor, qui poſtquam naturales & rationales curationes admittit, ita dicit: Quando res naturales, ut herbæ, in certa cœli conſtitutione collectæ, characteres, verba, ſigilla, carmina, Evangelium S. Ioannis, quæ nec qualitate elementari, nec occultis viribus agere poſſunt, collo aut certis corporis partibus appendantur, ut cum Hypericon, aut arthemiſia, ad fugandos dæmones, in domo ſuſpendantur, aut Evangelium S. Ioannis, ad evertendos globos bombardæ, collo appendatur, tum illa amuleta fiunt ſacramenta diaboli, & ſi morbi, per tales appenſiones curentur, aut aliæ actiones perficiantur, non viribus earum rerum fiunt, ſed diabolus ipſe, ex pacto, vel tacito vel manifeſto, per illas curat & agit, &c. Quis igitur dubitat, Hiſpanum illum diaboli. o amuleto ſe aliquantiſper, contra globulos ſclopetorum, ex pacto, tutatum eſſe, donec reipſa inane, umbratile, & ficulneum ſubſidium, ſua internecione, expertus eſt.

Lib. 1. c. 8. de curat. morb. p. 45.

Recte itaque & erudite ibi idem auctor ita diſtinguit. Amuleta aut eſſe naturalia, aut ſuperſtitioſa. Naturalia, inquit, ſunt licita, & uti res, quæ ſua forma ſubſtantiali, ſive occulta proprietate, divinitus, in prima ſui creatione indita, ſemper eodem modo agunt in corpora, quibus applicantur, ſive ſua ſympathia, ſive antipathia, qualia eſſe creduntur radix & ſemen Pœoniæ, collo appenſa, item viſcus quercinus collo appenſus, in præſervandis & curandis puerulis ab Epilepſia. Item corallium rubeum, orificio ventriculi appenſum, corroborat ventriculum. Item annulus ex ungula Alces, digitis vel manuum vel pedum geſtatus, medetur convulſioni, non ſua qualitate, ſed occulta virtute, ut medici ſcribunt. Sic etiam gemmis quibuſdam occultas vires ineſſe, non negatur, &c. SVPERSTITIOSA amuleta illa ſunt omnia, quæ paulo ante de verbis, carminibus, herbis, lapidibus, metallis, cereis imaginibus characteribus, &c. colliguntur, finguntur, ſcribuntur, appenduntur & geſtantur. Quæ omnia ad morbos profligandos, à natura nullas habent vires, nec acquirunt a ſtellis, ſed diabolus per ea, tanquam per ſacramenta ſua, operatur, &c. Eſt autem dictus auctor in allegato capite admodum prolixus, de ſuperſtitioſis amuletis, & ſigillis, eorum vanitatem, validis rationibus & argumentis, confutat. Quare lectorem, plura de hac re cognoſcere cupientem, eo remitto; inveniet enim ſingularia, memorabilia, & utilia. Nec prætereundum ſilentio eſt, quomodo nonnunquam Diabolus ſoleat ad decipiendos homines in eiuſmodi amuletis ludere ambiguis decipulis. Narrat enim Saluſtius Pharamundus in Carolo Allobroge ſive hiſtoria de ſuperventu Allobrogum in urbem Genevam, Anno 1602. Militum audaciam initio auxiſſe quædam incantamenta carminum, quæ ab Ieſuitis Theononianis

acce-

accepiſſe aiebant, quibus ſe munirent contra hoſtium virtutem & vires. Viſebantur, inquit, in illis cruces, principium Evangelii Ioannis, nomina Mariæ, Ieſus, Trinitatis, & haud ſcio qui ignoti Characteres; ſubſignatis verbis iſtis lingua Franca: Quicunque hanc ſcedulam portaverit, eo die non peribit neque terra, neque aqua, neque gladio. Nec mendax fuit, licet ſolemni ſua ſit fraude uſus Satan. Nam, ſceda noctu ſublata, ſtrangulati in aere perierunt pomeridiano. Hæc ille.

Refert quoque Gilbertus Cognatus mira, de charta magica, puero quindecim annorum, à quodam ignoto adoleſcente, tradita, quem Cacodæmonem fuiſſe exiſtimat. Ex qua aurei, quot optaſſet, exciderint. Quæ traditio chartæ complicatæ hac conditione facta eſt, ut puer ſancte promitteret, ſe ex animo crediturum, quæ in ea ſcripta eſſent, quæque ſignificata. Cum id promiſiſſet ſe credere; Cave, inquit, ne quando chartam aperias, inſpiciendi gratia. Verum cum puer aliquoties exoptatos aureos ex charta accepiſſet, curioſitate non ſibi temperat, quin chartulam aperiat; ſtatim ut vidit obſcenas imagines, oculi nigreſcere cœperunt, vertigine rapi caput, Neque ſoli ſibi iam credebat, quocunque iret, ſubinde reſpectans, tanquam à tergo quempiam inſequentem videret. Tandem chartam illam in ignem coniicit. Ea ſemihora mediis in flammis duravit inuſta, quum nulla magis materia ignem rapiat, adeo ut puer ipſe admirans exhorreſceret. Pergit deinde Gilbertus referre, quid ſibi acciderit, cum ex relatu, & indicatione pueri conficere vellet chartam, ſimilibus imaginibus & characteribus. Recte itaque illi curioſitati impiæ & ſuperſtitioſæ pœnas dederunt, non quidem meritas, ſed ut deinceps illas magicas artes vel potius diabolica ludibria vitarent. Non abſque ratione igitur Coneſtagius reprehendit Sancium Avilam, ſupremum Caſtrorum Regis Hiſpaniæ præfectum, & poſt Ducem Albanum, inter omnes Hiſpanos, rei militaris peritiſſimum, qui ex equi recalcitrantis ictu, graviter læſus, relictis chirurgis, curandum ſeſe commiſerat militi cuidam, certis carminibus utenti: Ideoque mortuus eſt tam exiguo & non lethali vulnere. Pia itaque & ſalutaris eſt doctrina B. Auguſtini, quæ eſt talis: Multi in inopia, in anguſtiis, in morbis conſtituti, quærunt auxilium à dæmonibus, per arreptitios dæmones conſulunt, ſortilegos quærunt. Quid hoc aliud, quam inviſibiles hoſtes noſtros adire, qui animam noſtram expugnant, & nobis perſuadent, non eſſe nobis in Deo ſalutem? Obſurdeſcunt illi ad Dei vocem, dicentis: SALVS TVA EGO SVM. Hunc nos audiamus, ne aliam ſalutem requiramus, præter Dominum Deum noſtrum; ſi etiam aliqua creatura, ut ex aliquo medicamento, aut medio, illiſque mediis ordinariis, mihi liberatio ſuggeritur, à DEO eſt: à DEO eſt, ſi per hominem

In narrat. Sylv. lib. 8.

Lib. 10. de Reg. Portug.

In Pſal. 34.

minem

minem ſubvenit; ab IPSO eſt, ſi per angelos ſuos, & illud eſt à Domino. Illum tu quære, qui deeſſe nunquam poteſt. Si tibi ſubtrahit valetudinem, vel opes, non ideo ſe tibi ſubtrahet, juxta Pſalmum 23. Etiamſi ambulavero in medio umbræ mortis, &c.

CAPUT XXXI.

Quantum interſit inter conſolationem Chriſtianam & Philoſophicam, nec non patientiam, conſtantiam, & tolerantiam, in ærumnis ac ſuppliciis perferendis.

ETſi antea de differentia conſtantiæ & patientiæ in afflictionibus, perſecutionibus, exquiſitis tormentis, & atrociſſimis ſuppliciis Chriſtianorum & gentilium, non contemnenda, nec inutilia diſſeruimus, & indicavimus: tamen, cum hoc argumentum tale ſit, ut ulteriore indagatione, & declaratione dignum habeatur, ad priora nonnulla præterea addere volui, cum præſertim, non vulgarem, Chriſtianis afflictis, in ſua cruce, conſolationem complectantur. Quod diſcrimen quidem Melanchthon etiam notavit, ubi dicit: Ex conſolationibus, oritur diſcrimen patientiæ Philoſophicæ, & Chriſtianæ: Socrates iturus ad ſupplicium imperat locomotivæ, ne aliquid faciat, contra decorum: Marius, cum ei ſecatur varix, helt er frey / will ſich nicht binden laſſen / imperat locomotivæ, ut geſtus vel motus non ſint turbidi, ſed moderati. Dolori non poteſt imperare, neque habet in corde conſolationem, quam ſentiunt Martyres. Sed qui habet patientiam Chriſtianam, præſtat obedientiam Dei; quia in corde eſt conſolatio, quæ inde exiſtit, quod cor intueatur Deum, ſcit eius voluntatem, qui immittit calamitates, ſtatuit Deum ſibi proprium eſſe, petit, & expectat liberationem, & Deus ſuſtentat intus cor, & vivificat. Hæc non ſunt in patientia philoſophica. Hoc monuit, & obſervavit quoque, Beatus Auguſtinus: Abſit, inquit, ut in aliquo ſit vera virtus, niſi fuerit juſtus. Abſit autem, ut ſit juſtus vere, niſi vivat ex fide. Sit licet ille Fabricius, ſit licet Fabius, ſit licet Scipio, ſit licet Regulus, quorum nominibus, tanquam in antiqua Romana curia, loqueremur, putaſti me eſſe terrendum. Dicuntur ſine lege, naturaliter, quæ legis ſunt, facere, ut in die judicii tolerabilius puniantur, quia naturaliter, quæ legis ſunt, utcunque fecerunt, ſcriptum habentes in cordibus opus legis hactenus, ut aliis non facerent, quod perpeti nollent. Hoc tamen peccantes, quod homines ſine fide, non ad eum finem iſta opera retulerunt, ad quem referre debuerunt. Minus enim Fabricius, quam Catilina, punietur, non, quia iſte bonus, ſed quia ille magis malus, & minus impius, quam Catilina, Fabricius: non veras virtutes ha-

Cap. 58. Cent. 2.

In Dom. 16. poſt Trin. mihi fol. 76 part. 4.

Contra Pelag. lib. 4.

tes habendo, ſed à veris virtutibus non plurimum deviando. Sine fide Deo placere impoſſibile eſt, quam, nec in operibus, nec in corde, habuerunt, &c. Quare longe alia ratio & confidentia eſt, in Philoſophia Chriſtiana (ut ita dicam) quam in gentilium perſuaſione, licet illis admodum ea firma & glorioſa viſa fuerit. Gentiles enim illi, licet nonnunquam, in perpetientiis tormentis & ſuppliciis, fortes, & imperterriti fuerint; attamen vera conſolatione, quam ſpes futuræ vitæ accendit, caruere. Vnde ſicut idem Melanchthon ſcribit: Multi generoſi Ethnici fuerunt tolerantes, etiam ancillulæ ſe obiecerunt pro Dominabus, ut eſt in hiſtoria Syracuſana, & præbuerunt cervicem feriendam, ne proderent dominas: poteſt eſſe contemtus doloris, vel certe magnitudine animi poteſt reprimi aliquo modo dolor lacerationis corporum, quando conſcientia integra eſt. Illud gaudium conſcientiæ, & decus virtutis reprimit dolorem corporis: ſed quando cor dolet, quando ſentit iram Dei, quando Deus ipſe percutit, quando luctatur cor cum ſenſu iræ Dei, id vero atrox & horribile eſt. &c. Et hanc conflictationem cum Deo veluti irato, docet nos Regius Propheta in ſuo Pſalmo 88. in quo vir Dei fere nullam conſolationem, ſicut in reliquis Pſalmis, admittit, ſed tanquam derelictus, & deſperabundi inſtar, concludit. *In die Paraſceves.*

Diſputat ſane, late & ſubtiliter, Flavius Joſephus, de vi & conſtantia rationis, omnia tormenta, & cruciatus fortiter perferente: ſed majus aliquid requiritur, quod humanas vires, & perſeverantiam, patienter & conſtanter ferendo exquiſitos cruciatus corporis, auxiliũ divinum præſens corroborat, & invictos præbeat, ſicut idem Joſephus ibidem ita affirmat: Parvuli verò, cœleſti quodam ſenſu, & divinæ majeſtatis accenſu, contemnentes immaniſſimarum tot pœnarum genera, parvi faciunt, iraſcentis tyranni minas, hortantiſque blanditias, &c. Hac confidentia & conſtantia fretus, & munitus Philo, imperterritus, cõtra perſecutores, ita dicit: corpora de loco in locum transferes, animos non coges, quæ nolint facere: Aut citius lapides, aut ligna vocem emittere; Non eſt Rex aut Imperator, qui adigat nos facere ea, quæ non decrevimus, &c. Hoc movit D. parentem meum, beatæ memoriæ, ut hoc modo quodam in loco ſcriberet: Nunquam fuit, aut erit tanta potentia atque vis, non calliditas atque verſutia perſequentium veritatem, maxima etiam acerbitate, & ſuppliciorum infeſtiſſima crudelitate, ut funditus eradicentur pietatis & veræ religionis ſtudia, & exercitationes, & omnes illam profitentes, colenteſque penitus extinguantur. Omnia carnificinæ-inſtrumenta expediantur. Omnia atrociſſimorum ſuppliciorum, per ſummos cruciatus, ad mortem adferendam genera adhibeantur: accedant minarum quoque atrocitas & horror. *In lib. de Machabæis.*

prudentiæ etiam acumen excogitet, inveni atque inauditæ aggreſſionis machinas: conſiſtet tamen, neque deſtruetur religionis ſanctæ & ſinceræ ædificium, ſupra firmiſſimum fundamentum extructum, & defendetur eritque reliqua, ad falſitatis & ſuperſtitionum demonſtrationem, contradictionemque aliquorum invicta manus, divinæ clementiæ alis protecta, & conſervata, &c. Confirmatur hoc exemplo licet trito; attamen memorabili, in martyrio Laurentij, ex quo apparet, bonam conſcientiam, & ſpem vitæ æternæ, ita per fidem vivam, in ipſius animo, radices firmas egiſſe, ut, contemtis opibus omnibus & honoribus, hujus vitæ obruiſſe videretur, ſenſus externorum cruciatuum, lætitia interiore, unde verſus Petri Bembi;

Ibat ovans animis, & ſpe ſua damna levabat.

In faſtis Menſe Auguſto. Hoc ſancti viri martyrium diligenter deſcripſit Prudentius, & nuper eleganti heroico carmine illuſtravit inſignis Poeta Nathan Chytræus, ex quo inſigniores verſus adſcribendos duxi, inprimis, cum martyr ille Xiſtum, tractum ad ſupplicium, ita alloquitur.

Me quoque, me tecum funeſta per omnia tolle,
Hic etiam eſt animus vitæ contemptor, amore
Alterius vitæ.

Et paulo poſt:

Verum aliter Chriſto viſum, qui numine prono
Athletæ huic jam dexter adeſt, ſævosq; dolores
Mitigat, ut tanti jaceat velut immemor ignis,
Pro refrigerio, flamma meliore ſacrati
Flaminis ardeſcens intrinſecus. Hos duce gaudens,
Irriguos inter flores, in valle virenti,
Ipſe ſibi ſertum legere, aut captare ſoporem,
Propter aquæ rivum, Zephyro aſpirante, videtur.
Quin etiam inſultans, inter tormenta, tyranno,
Verte, ait, hoc latus, & caro ſi ſat cocta videtur,
Hanc appone, vora, pars donec altera fiat
Dentibus apta tuis. Mox Chriſto ſeque ſuasque
Exuvias tradens ambuſti clauſtra reliquit
Corporis, in ſuperas & ſeſe tranſtulit arces:
Nunc ubi cœleſti lauro ſpectabilis, inter
Sidereos proceres, ſanctorum in pace triumphat.

Quo reſpexit Nazianzenus: Nihil ita, inquit, exhilarat hominem, ut bona conſcientia & bona ſpes. Huc pertinet hiſtoria de illa ſancta matrona Chriſtiana, cum in carcere parturiens, magnis doloribus cruciaretur,

ciaretur, & propterea ejulatum continere non poſſet: Ea cuſtodi carceris exprobranti, quod tam impatiens in partu eſſet, quid cras factura ſit, cum ad ſupplicium duceretur? reſpondit: Hodie patior tanquam miſera mulier in dolore, pertinente ad ſexum meum, propter peccatum: cras vero patiar ut Chriſtiana, propter fidem in Chriſtum. In eodem propoſito, Simon Perſa martyrium conſtanter ſubiit, & pertulit. Cum enim Sapores, Rex Perſarum, eum ad torturam adduci juſſiſſet, ille nec veritus eſt quicquam, neque regem adoravit. Quam ob rem graviter commotus rex, ſciſcitatur, quid ſit cauſæ, cur jam neutiquam ipſum adoret, cum antea id feciſſet? cur Simeon: Non antea, inquit, deductus eram, ad verum Deum prodendum, & propterea non recuſabam debitos honores Regi præſtare; At iam idem ipſum facere, fas non eſt Nam nunc, pro noſtra pietate, & religione, decertaturus venio. Quæ cum dixiſſet, jubet Rex ut ſolem adoret; quod ille conſtanter recuſans, poſt diuturnos carceres, gladio feritur: Confirmatis, paulo ante obitum, centum aliis martyribus, qui cum eo martirij palmam ſunt aſſecuti, ſicut Sozomenus ſcriptum reliquit.

Adiiciam adhuc unum, ex Euſebio, de ſancto Diacono quodam Eccleſiæ Viennenſis, qui tanta animi celſitudine, & conſtantia, carnificibus cum, horrendis tormentis, à Chriſtiana fide avertere conantibus, reſtitit, ut ne nomen quidem, vel ſuum, vel generis, vel civitatis, unde fuit, neque utrum ſervus, an liber, illis vellet dicere: ſed ad omnia rogata ita latino ſermone reſponderet: CHRISTIANVS SVM, iſtudque pro nomine, pro civitate, pro genere, & denique pro re quaque, iterum, & ſæpius eloqueretur. aliam autem vocem gentiles ab eo elicere, audireque non poterant. Ex his conſtat, quanta ſit differentia inter conſtantiam, patientiam & alias virtutes Chriſtianorum, & Paganorum. Quemadmodum enim illi, omnem ſuam felicitatem, pietatem, & totam vitam, in vero Dei cultu, fundatam habent: & ab honore, & laude debita, omnes ſuas actiones incipiendas, & firmandas eſſe, certo ſtatuunt; quæ duo, in precibus, gratiarum actione, potiſſ. conſiſtunt, unde verus cultus Dei emanat: Ita, licet hi omni abſtineant maleficio, ſi nemini vi, vel fraude noceant, ſi nemo eos crudelitatis, libidinis, ebrietatis, aut aliorum, quoad homines, inſignium vitiorum nomine, jure accuſare poſſit: ſi denique omnia adverſa animoſe & conſtanter ferant, imo etiam mortem crudelem, pro patria, & gloria conſequenda, fortiter & glorioſe oppetant, inque illa nihil, quod famam & exiſtimationem eorum, etiam in exquiſitis tormentis lædere poſſet, committant. Ad ſummam ſi coram hominibus juſti, boni, fortes & beati videantur. Interim tamen,

Eccleſ. hiſtor. l. 1. c. 9.
Lib. 52. c. 1.

T 2 cum

cum in corde ſuo deſtituti ſint omni vera religione, cultu, & fide, erga Deum, putandum ne eſt, eos propter priores virtutes illas, Deo placere, & acceptos eſſe poſſe? Nequaquam. Sunt enim ſine his, in oculis Dei, nihil, niſi vanitas, & fœtor. De qua re plura pie & prolixe ſcribit Chytræus.

In viatico itineris extremi.

Caput XXXII.

Ethnicos nullas ſolidas & veras in adverſis habuiſſe conſolationes.

Cent. 2. In Meditationib.

IN capite 37. multa, ut puto, non inutilia congeſſimus, & exemplis ac rationibus demonſtravimus, bona intrinſeca æterna potius, quam extrinſeca, fluxa & vana curanda eſſe, (quod & Columbanus Abbas his piis verbis monuit: quamvis ſint læta, quamvis blanda, quamvis ſint ſpecioſa, aliena terrena, devitemus, ut propria æterna non perdamus) & quod pij homines hac in re Ethnicis maxime præcellant, veramque viam habeant in ſacris literis, qua illa potius, tam in cruce & tribulatione, quam in rebus proſperis, quam hæc conſequi poſſunt. Quam materiam puto eſſe dignam ut latius tractetur. Exordiar igitur à ſuaviſſima compellatione ad Deum, B. Auguſtini, ſumta ex ſacris literis: Cum blandiris, pater es: cum cædis, pater es. Blandiris ne deficiam; cædis ne peream. Et alibi ita monet: Intellige Deum eſſe medicum, tribulationem vero eſſe medicamentum: Scit medicus quod dare debet ægroto: non autem ipſe ægrotus. Item alibi: Cum cœperit homo Chriſtianus cogitare proficere, incipit pati linguas adverſantium: quicunque illas nondum paſſus eſt, nondum profecit: quicunq; illas non patitur, nec conatur proficere. Quod etiam Lactantius nos docet, ubi dicit: Deus homines pro liberis habet: ſed corruptos & vitioſos luxurioſe & delicate patitur vivere, quia non putat emendatione dignos. Bonos autem, quos diligit, caſtigat ſæpius, & aſſiduis laboribus, ad uſum virtutis, exercet, nec eos caducis & mortalibus bonis corrumpi ac depravari ſinit. Quæ luculentum illum ſcriptorem è ſacris fontibus hauſiſſe, nemini poteſt obſcurum eſſe, recordanti ſimilium apud Salomonem in Proverbiis & Paulum in Epiſtola ad Hebræos ſententiarum. Et Baſilius Epiſcopus in Admonitionibus piemonet: Patientia grandis medela eſt animæ: impatientia autem peremtio ies cordis. Per patientiam autem exſpectatur ſpes futurorum. & quod non videtur, quaſi quod videatur, amplectitur. Quæſiverunt ſane (ſicut antea quoque monuimus) conſolationes gentiles, in ſuis calamitatibus, ſed profecto fragiles & nullius efficaciæ, ita ut recte dicatur, Philoſophorum præcepta non idonea eſſe ad ſananda vul-

Val. Maxim. l. 7. c. 2

nera.

nera. ſicut ſacræ literæ, ſed tantum ad cicatrices nonnulla afferre remedia. Similis curatio cicatricum Solonis afflicti animi, ſumpta ex communi fragilitate & ſorte rerum humanarum, cum ex amicis quendam graviter mœrentem videret. Eum enim in arcem regiam perduxit, hortatuſque eſt, ut per omnes ſubiectorum ædificiorum partes oculos circumferret. Quod ut factum animadvertit, cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus, ſub his tectis olim fuerint, hodieque verſentur, & in ſequentibus ſeculis ſint habitaturi, & mitte mortalium in ommoda, tanquam propria, deflere. Qua conſolatione demonſtravit, urbes nihil aliud eſſe, quam humanarum cladium conſepta miſeranda. Ex eodem defectu veræ & ſolidæ conſolationis, Titi, alioquin præclari Imperatoris, querelæ vanæ extiterunt. Cum enim in itinere ad Sabinos febre correptus, lectica transferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis cœlum, multumque conqueſtus eripi ſibi vitam immerenti. Neque enim ex arte ullum ſuum factum pœnitendum, excepto duntaxat uno, ſicut Svetonius notavit. Huc ſpectat exclamatio iſta veluti deſperabundi, cum tonſor quidam ſplendide tumulatus eſſet, contra vero magni & præſtantes heroes, vel prorſus ſepulchro & monumento carerent vel obſcure interfecti jacerent:

Marmoreo Licinus tumulo jacet; at Cato parvo;
Pompeius nullo; credimus eſſe Deos?

Non deſunt ſane querelæ, monitiones, & præcepta ſalutaria Ethnicorum quamplurima, ſed ut diximus inania, auxilia ficulnea & vera conſolatione deſtituta, quale eſt Polybianum: Humanum genus, inquit, quod omnium videtur animantium eſſe vaferrimum, multum rationis habet, ut ſit virtuoſiſſimum. Etenim reliqua quidem animantia cōcupiſcentiis ſervientia per eas ſolas ſeducuntur: Humanum vero genus, quoniam gloriæ ſtudioſum eſt, non minus per inconſiderantiam, quam per naturam peccat. Alterum eſt Panætij Præceptoris Scipionis Africani, tale: Vita humana ex improviſo aſſidua & prope quotidiana fert pericula, ad quæ cavenda animo ſemper oportet eſſe intento, cauto, provido, & circumſpecto, athletarum more atque ritu. Nam quemadmodum illi in certamine caput manibus appoſitis quaſi vallo quodam, muniunt: Sic animus ſapientis adverſus injuriarum petulantiam, fortunæque tela, atque ictus ſeptus eſſe debet, ſemper & munitus, id eſt, cautus & providus, ne qua repentina incurſione obruatur ſubito & opprimatur. Tertium eſt Simonidis ſenis: cum enim in convivio videret inſolentiam juvenis, Pauſaniæ, ita eum monuit: μέμνησο ἄνθρωπος ὤν: Memento quod ſis homo. Et recte quidem conſiderarunt Ethnici prudentiores miſeriam & caducam conditionem hominum; ſed remedia & conſolationem certam ex humana ſapientia reperire nequiverunt,

In fragmētis mihi fol. 136.

runt; ignorantes nimirum originem hujus miſeriæ, univerſos & ſingulos ſpectantes, neque modum vel remedium, quo inde emergere poſſent. Pia itaque eſt admonitio Beati Bernhardi pulchre deſcribens & veluti depingens hominis conditionem & ſtatum: Quid, inquit, eſt homo? totus ſane ex humo natus. Quid aliud in eo vertex capitis, niſi teſta fictilis? Quid cerebrum, niſi lutum coagulatum? Quid oculus, niſi humor diffluens? Quid nares, niſi ſaccus ſtercorum? Quid ergo ſuperbis terra & cinis? impurum ſterquilinium. imo ſtercus ipſum, quid ſuperbis? Hæc ſalutaris monitio, mihi ſequens diſtichon inter inſomnia expreſſit:

Pſalm. 73. *Omnis homo mendax, fœtor, cœnum, cinis, umbra:*
Eſt tua talis ſors, unde tumeſcis homo?

Quemadmodum dormientes dum ſomniant, delectantur iis, quæ per ſomnium imaginantur rebus: experrecti autem vana ſpe deluſos ſe vident: ita ij quibus humana contigit felicitas, delectatione ſe aliqua affici ſibi videntur. Interim vero è fortunæ ſinu, tanquam è molliſſimo ejecti lectulo, ſentiunt miſeri illum bonorum honorumque ſplendorem, nil aliud fuiſſe, quam vanam imaginem ac rei ſimulachrum potius, quam rem ipſam. Prudenter itaque & pie fecerunt ij, qui non ſolum in vita memores mortis fuere, ſed etiam poſteritati monumenta ad cogitandum de ea ſtatuere voluerunt, eique in memoriam revocare. Incertum eſſe quo te loco mors expectet; tu illam omni loco expecta. Quotidie enim morimur, quotidie demitur aliqua pars vitæ, & tunc quoque cum creſcimus, vita decreſcit. Hac de re habemus duo eximia exempla duorum heroum. Primum eſt Principis Friderici Electoris Palatini cognomento Victorioſi, cujus monumentum Heidelbergæ tale extat. Licet enim is in habitu Electorali, imperiale pomum dextra tenens, leonem ſuppedaneum habens ſuperne in ſaxo elevato, & quatuor columellis ſuſtentato conſpiciatur; tamen inferior parte, quæ pavimento incumbit, ſceleton hominis oſſium ſaberrime ſculptum mortalitatis etiam maximorum Principum nos admonet, Inſcriptio autem talis eſt in ſaxi ſuperioris circuitu:

Senecæ epiſt. 26. 24.

FRIDERICVS BAVARIÆ DVX, COMES RHENI PALATINVS, SACRI ROMANI IMPERII ELECTOR, SALVS PATRIÆ, PRÆDONVM FVLMEN: TRES ILLVSTRES HOSTES VICIT: PRINCIPATVM AVXIT, ET PIE VIVIS EXCESSIT, ANNO CHRISTI MCCCC LXXVI. PRIDII IDVS DECEMBRIS. FVIT EIVS VITÆ SOCIA VIRTVS, GLORIA MORTIS COMES.

Porro antea quoque recenſuimus Maximiliani I. piam ſolicitudinem de immi-

imminente morte, & quomodo eam ſibi peculiari arca ſemperante oculos præpoſuerit, quod factum cum ſit admodum memorabile in tam egregio heroe, hoc quoque paulo aliter, ex oratione a Ioanne Fabro in eius funere habita.(quæ inſerta eſt in hiſtoria Marquardi Freheri noſtri) inſerere volui, anno quinto, inquit, priuſquam diem obiit ultimum, quantumvis in magnis verſaretur imperii & regnorum negotiis, Sarcophagum cum omni ea ſupellectile, quæ mortuo ad ſepeliendum eſſet neceſſaria, per ſe quam diligentiſſime ordinavit, dicens ſe ſibi domum conſtruere, quæ ſibi placeret. Et clam illo quidem ne ad hominum oſtentationem id feciſſe videretur. Arbitrabantur quidem homines, etiam quibus magnarum rerum cura demandata, eſſet theſaurum aliquem illic detineri ac conſervari, alii nonnihil librorum, quibus hiſtoriæ veteres continerentur; alii aliud magni quidpiam eo deferri. Cæſar vero ſibi conſcius in quem deferret uſum, ut ſemper hilaris erat, ſubridendo, in rei cuiuſdam ſibi omnium cariſſimæ uſum id ſecum deferri dicebat. Vnde quæſo huic tam magno & præſtanti heroi, hilaritas & lætitia in cogitatione præſentis mortis? Certe quia non Ethnicas conſolationes, ſed ſpem futuræ & beatæ vitæ ſemper in animo habuit. Nullum enim maius ſolatium mortis, quam voluntas ultra mortem: vel ut rectius & piis convenientius monet Hieronymus. Nihil æque proficit ad temperantiam, in omnibus rebus, & ad æquanimitatem, quam frequens cogitatio brevis ævi.

Tomo 2.

Quintil. in declamat.

ad Heliod.

Hanc certitudinem mortis etiam Leges noſtræ in Legatis hoc modo ſtatuſunt: Mors omnibus eſt certiſſima, ideoq; Legatum tale: Hæres meus cum mortuus Titius, centum ei dato, purum eſt, quia non conditione, ſed mora ſuſpenditur. Non poteſt enim conditio non exiſtere. Concludam hoc caput, quod fuit veluti auctarium capitis in principio allegati, ſuaviſſima monitione B. Auguſtini, quæ continet veram conſolationem piorum hominum, reiectis Ethnicorū præceptis & ſolaminibus inanibus: Illuc inquit, feſtinandum eſt, ubi ſemper vivendum. Si enim ſic amatis iſtam miſeram fluidamque vitam, ubi cum tanto labore vivitis, & ubi currendo, ſatagendo, ſudando, ſuſpirando, neceſſariis corporis ſatisfacitis: Quanto magis amare debetis vitam æternam, ubi nullum laborem ſuſtinebitis: ubi ſemper ſumma ſecuritas, ſumma felicitas, felix libertas, felix beatitudo, ubi implebitur illud, quod Dominus dicit in Evangelio: Erunt homines ſimiles Angelis, & illud, Fulgebunt iuſti, &c. Et alibi idem Auguſtinus, deteſtans præſentia caduca & mundana bona, & commendans æterna, ita dicit: Mundus, quanto eſt blandior, tanto eſt periculoſior. Nam cum arridet, fallit, & periculosè decipit. O munde immunde, quantos ſeduxiſti, quam multos decepiſti? quot certi tam per te ſunt in inferno poſiti?

L. hæres 79. de cond. & demonſt.

Cap. 37. centur. 2.

poſiti? Quicquid eſt boni in mundo, aut eſt præſens; aut præteritum, aut futurum. Si præſens eſt, inſtabile: ſi præteritum, jam nihil eſt: ſi futurum, incertum: ſola ergo perpetuo bona, in cœlo vera bona ſunt, quæ ſunt ſemper ſtabilia, certiſſima, feliciſſima. Item ad Fratres in Eremo: O tu vita quantos decepiſti, quantos excæcaſti, quantos ſeduxiſti? Quæ, dum fugis, nihil es; dum videris, umbra es; dum ſtas, fumus es. Quæ quotidie fugis & quotidie venis: quæ veniendo fugis, & fugiendo venis: diſſimilis eventu, ſimilis ortu; diſſimilis luxu, ſimilis fluxu; dulcis ſtultis, amara ſapientibus. Qui te amant, non te ſciunt; & qui te contemnunt, ipſi te intelligunt. Ergo non es vera, ſed fallax. Te oſtendis quaſi veram; te reducis quaſi fallacem. Quid ergo es humana vita? via es mortalium, & non vita, à peccato incipiens uſque ad mortem. Vera enim eſſes, ſi te peccatum primæ transgreſſionis humanæ non interrupiſſet, & tunc caduca & mortalis devениſti, cum omnes tuos viatores morti aſſignaſti. Via ergo es ad vitam, non vita, vera enim es via, ſed non plena; aliis longa, aliis brevis; aliis lata, aliis anguſta, aliis læta, aliis triſtis; omnibus ſimiliter feſtinans, & irrevocabilis: via es, inquam, via es, ſed non omnibus manifeſta es. Multi enim te vident, & pauci te viam eſſe intelligunt. Sic enim ſubtilis es, & ſic ſeductrix, ut paucorum ſit te ſcire viam. Quam Auguſtini conſolatoriam ſententiam præſcriptis verbis repetiit Columbanus Abbas, vetus & pius ſcriptor, quem Melchiori Hamminsfeldio Goldaſto debemus, in epiſt. 1. ubi continue iſta ſubſequuntur: Interroganda ergo es & non credenda vita, nec vindicanda: tranſeunda, non habitanda, miſera humana vita. Nullus enim in via habitat, ſed ambulat, ut qui ambulant in via, habitent in patria. Quare ergo tu mortalis vita habitaris, diligeris, vindicaris? Aſſerta es à perditis, contemneris à ſenſatis, caveris à ſalvandis. Timenda itaque es humana vita, & multum cavenda: quæ ſic fugitiva es, & ſic lubrica; ſic periculoſa, ſic brevis, ſic incerta, quaſi umbra: aut imago, aut nubes, aut nihil, aut inane, diſſolveris. Dum ergo nihil es, ô mortalis vita, niſi via, imago fugitiva, aut inanis, aut nubes incerta, & fragilis, & umbra, & ſomnium, ſic per te iter agendum eſt, tam ſollicite, tam caute, tam expedite ut viatorum more ad veram Patriam omnibus intelligentibus feſtinandum ſit, de tranſactis ſecurus, de eo quod reſtat ſollicitus. Nihil enim tibi prodeſt aſcendere, quod aſcenderis, niſi quod reſtat, evaſeris. Via enim & aſcenſus quidam putanda eſt vita hæc. Non quæramus in via, quod in patria futurum eſt. Labor enim & fatigatio in itinere verſantur, in patria requieſcit, ubi ſecuritas paratur. Cavendum eſt itaque nobis, ne forte per viam ſecuri ſimus, & ad veram noſtram patriam non perveniamus, &c.

Sermon. 49 de miſeria carnis & falſitate præſentis vitæ.

Paræneticor. veter part. 1.

CAPUT

CAPVT XXXIII.

De imprecationibus licitis & illicitis.

Auctarium cap. 86 centuriæ primæ.

IN prima Centuria operarum ſubciſivarum mearum, de imprecationibus vitandis, monitiones utiles, & non vulgares hiſtorias adduxi, quibus homines, huic vitio dediti, ab eo abſterrerentur, dum commonefierent, quam atroces pœnæ inde ſequerentur. Verum, cum non obſcurum ſit, imprecationes, & execrationes (quæ plerunque maledicentiam & blaſphemias quoque in ſe continent, vel non procul inde ſunt) tanquam levia peccata, & veluti quotidianas noxas vulgo haberi, priora enarrata & deducta, aliis commonefactionibus, & exemplis illuſtrare volui, ſi forte (ut ſpero) hi mei conatus, majorem efficaciam, à deterrendis hiſce corruptis moribus, qui, vel à prava educatione, vel levitate quadam, plerunque proficiſci ſolent, ſortiantur. Dolendum ſane eſt, ejuſmodi imprecationes, à nonnullis, ex conſuetudine mala, veluti res licitas, & conſuetas haberi, & rem turpem honeſto nomine velari; dum ſcilicet, vocatur, ein Hauß-fluch: de quo abuſu Baſilius quoque Magnus conqueritur: Complures ſunt, inquit, qui malas actiones approbant, ſcurram nominantes gratioſum: & eum, qui obſcænis verbis utitur, civilem; acerbum, & iracundum, minime contemnendum vocant: parcum, & alienum à libertate, quaſi rei familiaris adminiſtrandæ peritum, laudant prodigum quaſi liberalem; ſcortatorem, & libidinoſum, delicatum, & remiſſiorem. Iſtiuſmodi laudatores illis ore quidem bene precantur; at corde execrantur. Nam illa verborum pulchra commemoratione omnem execrationem in illorum vitam inducunt, imo eos æternæ damnationi obnoxios efficiunt, ipſa vitia approbantes. Etſi autem paſſim, in ſacris literis, præſertim in Pſalmis Davidicis, imprecationes, & execrationes inveniuntur, & nonnullæ, tanquam permiſſæ, & uſu receptæ ſint, iis, abſque diſcrimine, & judicio labuntur: tamen non promiſcue, & ſine exquiſita diligentia, vel differentia; eæ ſunt conſiderandæ, & imitandæ, aut vitandæ. Sunt enim præcepta, vel monitiones; in execrationibus, aut generales omnibus; videlicet non male dicendum, ſicut nec occidendum: Aut ſunt perſonales, veluti quæ fiunt per Prophetas, & magiſtratus, qui Dei ſpiritu & mandato reguntur, ut Noe maledixit, & imprecatus eſt filio Cham. Eliſæus devovit imprecando pueros, qui eum ludibrio habebant, ut ab urſis dilaniarentur. CHRISTVS generali

Cap. 86.

In ſermone de malis & improbis.

neralí vocatione, & obedientia patris, pro inimicis oravit : at perſonali tanquam D e v s & Judex juſtus, cui D e v s pater omne judicium dedit, ſceleratos & impœnitentes inſanabiles, & perditos, execratur, quo omnis illis excuſationis prætextus adimatur, & ſanabiles, ab eorum ſceleribus, deterreantur.

De bello Iudaico, li. 4. cap. 3. Vt autem maledictiones & execrationes licitas, quæ in novo quoque Teſtamento recenſentur, omittam: quod de Onia primi nominis Sacerdote, in hiſtoriis, apud Flavium Joſephum, & alios, legimus commemorabo. Is innocentia & pietate venerabilis, quod aliquando pluviam, tempore difficili, precibus impetraverat, gratioſus apud populum, vir minime popularis, erat. Obſidentibus templum Jeroſolymitanum Hircana II. & Rege, Areta, populari violentia producitur, ut factionem Ariſtobuli, templum tenentem, diris devoveat. Id vir integerrimus facere detrectavit. Plebe inſtante, (quæ in ſeditionibus audit neminem) provolutus in genua ſublatiſque in cœlum oculis, atque manibus Deum obſecrat, ut parti neutri tradat victoriam, quoniam inde pugnaret populus: inde obſiderentur ſacerdotes: victoriam autem ſic moderaretur, quantum prodeſſet ſaluti communi. *Georg. Fabr. li. 10. de regibus Aſmonaeorum & Idumaeorum* Quæ verba vix elocutus, à circumſtante multitudine, ut Zonaras ſcribit, lapidibus obruitur. Ejus mors perhibetur fuiſſe irritamentum & acceleratio pœnæ, ut, paulo poſt, à Pompeio, urbs caperetur, Deo ipſo hominis innocui interitum vindicante & puniente plebem ſeditioſam. Hunc Oniam, (quem ut puto, Joſephus alibi Ananum vocat) ita commendat: Et quidem non erraverim, ſi Anani mortem dixero excidij civitatis fuiſſe principium, & ex illo die, muros everſos, remque publicam Judæorum periiſſe, quo pontificem, rectoremque ſalutis ſuæ jugulatum, in media civitate, viderunt. Erat autem & aliàs vir laudabilis; atque juſtiſſimus, & præter nobilitatis, ac dignitatis, & honoris, quo erat præditus, amplitudinem, infimis amabat æquari. Libertatis maxime fautor erat, & is qui populi affectaret imperium. Commodis autem propriis, communes ſemper utilitates anteponebat, ſuper omnia paci ſtudens. Peraitæ quoque Nigri viri ſummi & fortis imprecatio, cum à Zelotis crudeliter, cum aliis primoribus interficeretur, eſt memorabilis, quam idem Joſephus ita deſcribit: *De bello Iudaico, li. 5. cap. 1.* Ductus extra portas, deſperata jam ſalute, ne ſepultura careret, ſupplicabat. Illi autem prius interminati, quod humum ei, quam deſideraret, conceſſuri non eſſent, mox etiam mortem intulere. Qui tamen, cum occideretur, Romanos eis ultores imprecatus eſt: famemque, præter bellum, ac peſtilentiam, & ad hæc omnia, ipſorum mutuas manus: eaque univerſa confirmavit, apud impios, D e v s, & quod juſtiſſimum eſſet, eſt cit, ut audaciam ſuam quam primum experirentur, inter ſeſe diſſidentes, &c. Columbani præterea Abbatis, viri ſanctiſ-

ſanctiſſimi & pientiſſimi imprecationem refert Walafridus Strabus. *De vita S.*
Cum enim is permiſſu atque licentia Theodorici Regis Francorum cum *Galli. lib. 1.*
Gallo ſocio in Alamanniam conceſſit, ut Tugis & Tigurinis Evangelium *c. 5. in Ala-*
prædicaret: Galluſque fana & idola igne cremaſſet: Ea cauſa, inquit Wa- *mannico-*
lafridus, permoti ira & invidia ſanctos inſectabantur, & communi con- *rum à Gol-*
ſilio Gallum perimere voluerunt: Columbanum vero flagellis cæſum & *dasto edi-*
contumeliis affectum de ſuis finib. perturbare. Beatus Pater cognito con- *torum, to-*
ſilio eorum, zelo juſtitiæ imprecatus eſt eis talia dicens: Deus, cujus pro- *mo. 1. par. 2*
videntia mundus ſubſiſtit & cuncta reguntur, fac ſuper caput generatio-
nis hujus reverti contumelias, quas famulis tuis paraverunt: nati eorum
facile pereant, & antequam ſeneſcant, præ ſubitaneo ſtupore delirare co-
gantur, ipſique cum terra quam incolunt, dum potentium dominatione
premantur, ut cunctis ignominia eorum pateat in æternum, & ſicut ſcri- *In vita S.*
ptum eſt: Convertatur dolor eorum in caput ipſorum, & in verticem il- *Galli. lib. 1.*
lorum iniquitas ab ipſis patrata deſcendat. Wettinus S. Galli Monachus
hanc imprecationem ita refert: Cum ad mediam ætatem perveniunt, ſtu-
por ac dementia eos apprehendant, ita ut alieno ære oppreſſi ignominiam
ſuam agnoſcant converſi, &c. Qua indubie voluit, ut per hanc ignominiam
delicta ſua agnoſcentes, tandem ad agnitionem fidei Chriſtianæ conver-
terentur. Quid autem evenerit, paucis his verbis, minime tamen obſcuris,
tradit Racpertus Turegienſis: Non ſine multo & ignominioſo damno ſui *De Origi.*
generiſque futuri, Sanctos exinde pepulerunt. *& Caſib.*

Veniamus nunc ad vetitas, & pernicioſas, & maledicas execrationes. *Monaſte-*
De iis extat exemplum inſigne, accurate deſcriptum, & quomodo, expreſſo *rij ſancti*
mandato Dei, punitũ ſit, in veteri Teſtamẽto, ubi ita legimus: Et egreſſus eſt *Galli. c. 1.*
filius mulieris Iſraelitidis, qui erat filius viri Ægyptij, in medio filiorum Iſrael, *Levit. 24.*
& jurgati ſunt in caſtris ipſis, filius Iſraelitidis, & vir Iſraelita; & expreſſit
filius mulieris Iſraelitidis nomen & maledixit (vel ut vulgata lectio habet)
cũq; blaſphemaſſet nomen Domini, & maledixiſſet ei. Adduxeruntque cũ
ad Moyſen. Nomen autem matris ejus erat Solomith, filius Dibri, de tri-
bu Dan, & poſuerunt eum in cuſtodiam, ut exponeret eis, juxta ſermo-
nem Jehovæ, Loquutus eſt autem Jehovah ad Moyſen, dicendo: Educ
blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes, qui audierunt, manus ſu-
per caput ejus, & lapidet eum omnis cœtus. Ubi licet interpretes va-
rient, quale illud nomen fuerit, quod blaſphemando expreſſit Iſraeli-
tidis ille filius, nonnullique exiſtiment, illum non juxta vulgarem con-
ſuetudinem, Adonai, ſed juxta literas ſuas, Iehovah, enunciaſſe, quod
eſt apud Judæos nefandum: tamen ſimplicior magis videtur quorun-
dam doctiſſimorum virorum interpretatio, qui ſentiunt, quod filius viri

Ægyptij male precatus ſit alteri in jurgio, ut fieri ſolet, in contentionibus, & jurgiis, exoptando, & imprecando ei exitium, aut calamitatem, idque non ſimpliciter, ſed per nomen Dei, cumque non dixiſſe tantum: Imprecor, vel exopto tibi malum; ſed addidiſſe, ac diſerte nominaſſe Deum; aut nomen Jehovæ. Jehovah, inquiens, det tibi malum, & perdat te perpetuo. Sic autẽ, per nomen Dei, male precari, eſt nomine Dei abuti, & ipſum profanare, eſt quoque blaſphemia adverſus priorem tabulam.

Caput XXXVI.

De imprecationibus & obteſtationibus, quæ ad demonſtrandam innocentiam, & obvelanda delicta uſurpantur, deque pœna quæ mox præſto eſſe ſolet.

Recenſuimus, in ſupra allegato capite, primæ centuriæ, memorabiles nonnullas hiſtorias, & triſtes eventus illorum, qui dum ſua delicta vel tegere, vel extenuare conatentur, diris obteſtationibus, & imprecationibus, ad demonſtrandam ſuam innocentiam, deficientibus aliis effugiis, erga ſeipſos uſi ſunt: quibus alia præterea, memoratu digna addere, operæpretium viſum fuit. Inſignis itaque hiſtoria, & doctrina extat, apud Flavium Joſephum, quum Antipater, coram Quintilio Varo, Syriæ præfecto, innocentiam ſuam, ob ſtructas inſidias, contra patrem Herodem Regem, ficta pietate, excuſare & probare conaretur. At Antipater, inquit, pronus in faciem, & ſupplicabundus humi jacens, Deum conſcientiæ ſuæ inſpectorem obteſtabatur, ut evidenti aliquo ſigno probaret, alienum ſe ab omni culpa, neque unquam quicquam molitum, in ejus perniciem. Is enim (pergit Joſephus) eſt mos malorum omnium, ut quoties nefarium aliquod facinus aggrediuntur, nihil non ſibi permittant, nullo reſpectu divini numinis. Cum autem, ſuis ſceleribus, inciderunt in periculum, tum demum illis in mentem venit, per cujus invocationem & teſtimonium volunt eripi, fingentes, ſe cuncta illius arbitrio permittere. Id quod tunc quoque Antipatro uſu venit, qui, cum ante omnia ſic geſſiſſet, quaſi nullius nomen intereſſet rebus mortalium, imminente ultione deſtitutis, juris præſidiis, ad divinam confugiebat potentiam, ſe in hoc divinitus ſervatum aſſeverans, ut pro incolumitate patris excubias ageret. Hæc ex Joſepho exſcribere, & huc transferre volui, quo rectius cognoſcatur, in perjuros, qui, ficta pietate, Dei nomen falſo uſurpant, & ſua ſcelera obvelare eo conantur, ſicut Antipater miro hypocriſi, fecit, & propterea pœnas merita

Antiquit. Jud. lib. 18. cap. 8.

meritas dedit, divinitus ſæpiſſime fuiſſe animadverſum, neque unquam perjuria, vel Ethnicis, vel Chriſtianis impune fuiſſe. Hoc & aliis multis *Lib.5.c.10.* exemplis demonſtrari poſſet. De qua re, apud Alex. de Alex & Andream *Lib.3. c.17.* Gorrutium, lector cupidus diſcendi, memorabilia inveniet; & ſequentibus quoque exemplis clarius eluceſcet. Cæterum à me & aliis obſervatum ſæpenumero eſt, delinquentes, qui in tortura, vel alia inquiſitione ſæviore, ad veritatem inveſtigandam, juſſu magiſtratus, de commiſſis interrogantur, quando ſuam innocentiam, teſte Deo, vel perceptione Sacramentorum, aliiſque imprecationibus, demonſtrare conantur, plerunque deierare, & maxime ſontes eſſe. Quid Borbonio, id quod antea ſibi ipſi imprecatus fuerat, paulo poſt, in oppugnatione urbis Romanæ evenerit, in ſupra allegato capite primæ Centuriæ, recenſuimus, de cujus morte Stephanus Forcatulus ita ſcribit: Dum Borbonius, admotis ſcalis muros *De Gallor.* audacter conſcendit, ictu glandis plumbeæ cadentis, incerto autore, *imper.li.3.* de tormento æreo, in crus ſiniſtrum diſploſo, occubuit, dignus hiſce verſiculis:

Capta rapit verum, ſimulato fulmine, fulmen
Roma: jacet Francum lux, jacet excidium.

Eodem modo, in Annalibus Polonicis, memoriæ traditum eſt (ſicut in centuria ſecunda noſtra integram hiſtoriam allegavimus) Popelum, I. *Cap.2.* hujus nominis, principem Polonorum, ſæpiſſime in ore execrationem hanc habuiſſe: O utinam à muribus corroderer. Etſi autem autores obſervarunt hanc imprecationem non ipſi, ſed filio ejus, Popelo II. accidiſſe: tamen hæc aliquo modo, in ipſo impleta fuit, cum ſecundum ICtos, *Lib. 8.ff.* filius dicatur pars corporis paterni, & parentes in liberis magis etiam, quam *quod met.* in ſeipſis terreantur. Memorabile admodum, & poſteritati merito con- *cauſ.* ſiderandum traditum eſt exemplum, quod, teſte Pirckmario, in caſtello Heiden, arce munitiſſima, non procul à Beutelſtein diſtante, in Noricis *Li. de arte* alpibus, ipſe viderit, & obſervarit: Sex videlicet corpora, poſt hominum *apodemica fol.3.* memoriam, in parvo quodam ſacello, reſervata. Mihi, inquit, cur non ſepelirentur, ex incolis, quærenti, reſponſum fuit, terram illa abſumere non poſſe: ita enim à majoribus ſuis accepiſſe, homines illos, quibus cum in controverſia quadam, inter Archiduces Auſtriæ & Venetos, jusjurandum delatum fuiſſet, ita quoque inter cætera juraſſe: Si falſum juro, ſtatim moriar, ſepulturaque indignus efficiar: & quia hac ratione, & imprecatione, adverſus veritatem, juraverint, hoc ita poſtea contigiſſe. Stupendum eſt (pergit ille) ut ejuſmodi pœnæ, à parentibus, ad liberos plerunque etiam deriventur. Eſt enim hic quoque infans, eandem pœnam ſuſtinens, cujus brachia, manus, digiti, os, nares, & cæteras corporis partes,

tes, adhuc quidem integræ, carni tamen ſiccatæ ſimilimæ ſunt, maxime vero dentes, ut vix credam pulchriores, & magis albos, homine vivo poſſe exiſtere. Huc pertinet hiſtoria Goduini, qui, cum à Rege Angliæ, Edvardo, criminis accuſaretur, innocentiam ſuam prætexere volens, precatus eſt ut, ſi quidquam in necem fratris Alfredi molitus eſſet, panis fruſtum ipſum ſtrangularet; Quæ ubi dixerat, ſumpto pane, ſubito præcluſis faucibus, ſuffocatus eſt. Recentior eſt hiſtoria illa, admodum tragica, quæ à Johanne Georgio Godelmanno, Juriſconſulto eximio, & Principis Electoris Saxoniæ conſiliario, ita recenſetur: In Saxonia virgo opulenta, formoſo juveni, attenuioris fortunæ, matrimonium promiſit. Hic, quid futurum eſſet, prævidens, illam prædivitem, & ſexus ratione mutabilem, fidem vix ſervaturam eſſe, puellæ reſpondit: Illa contra, diris ſe execrari, his verbis cœpit: Si alteri, quam tibi nupſero, tunc diabolus, in nuptiis illis, me abripiat. Quid fit? poſt intervallum aliquod, mutat animum, nubit alteri, priore ſponſo ſpreto, qui eam ſemel atque iterum promiſſi, diræque imprecationis admonuit. Sed illa, poſthabitis his omnibus, nuptias, cum altero ſponſo, relicto priore, celebrat. Ipſo die nuptiali, cognatis, amicis, & convivis hilaribus, ſponſa, evigilante conſcientia, redditur triſtior ſolito. Tandem diaboli duo, ſub ſpecie duorum equitum, in ædes nuptiales adveniunt, excipiuntur, adducuntur ad menſas, hiſce remotis ducuntur choreæ: uni ex his, ſponſa, honoris cauſa, tanquam peregrino, adjungitur, cum qua his ſaltavit, & tandem eam, è conſpectu parentum, & amicorum, ſummo cum gemitu, & lamentatione, per oſtium, in altum ſuſtulit. Altero die, parentes, & amici mœſti, ſponſam quærunt, ut delapſam forte ſepelirent, ſed ecce iidem ſocij occurrunt, veſtes & aurum referentes, additis his verbis: non in has, ſed in ſponſam, à Deo nobis poteſtas conceſſa. Hanc poteſtatem Sathanæ in homines Deus quandoque permittit, ut reliqui exemplo eorum admoniti, à diris iſtis imprecationibus abſtineant. Nam ut Beatus Cyprianus de talibus caſibus graviter pronunciavit ſermone V. de lapſis; Plectuntur interim (ſcilicet, dum pœnæ dies veniat) quidam quo cæteri corrigantur. Exempla ſunt omnium, tormenta paucorum.

Polydor. lib. 8.

De malitia Diaboli l. 1. cap. 1.

CAPUT

Caput XXXV.

De formula imprecationum olim Romanis gentilibus, & nunc quoque Turcis uſitata.

IN proxime præcedenti capite partim de licitis imprecationibus, partim de illicitis, præſertim ſi fiunt contra ipſum execrantem, indicavimus. Nunc eandem materiam pertexemus, quomodo olim, apud Romanos, non tamen ſine noxa, hoc vitium dirarum imprecationum erga alios, vel ira, vel vindictæ ſtudio, vel etiam odio, illicito zelo uſitatum fuerit. Romani ſane aliorum gentilium more, peculiarem religionem, in dirarum imprecationibus habuere, illiſque perſuaſum fuit, eas haud incaſſas, ſed cupiditatibus ſuis, tam iis, qui eas uſurparunt, utiles, quam, contra quos fierent, nocituras: idque patet ex Appiano. Cum enim M. Craſſus Parthicum bellum, invitis multis, & infauſta ominantibus, nimia ambitione, & avaritia ſuſciperet; Atejus. inquit, occurrens, primum voce cohibebat, denuncians ne procederet: deinde apparitorem juſſit, detineret ipſum injectis manibus, verum id collegis Tribunis non permittentibus, apparitor Craſſum miſſum fecit. Atejus vero, ad portam accurrens poſuit ibi ardentem foculum, & Craſſo prætereunte ſuffitum faciens, libanſque, inſuper diris eum devovebat imprecationibus, nova & horrenda nomina Deorum invocans. Similibus execrationibus, conjunctis imprecationibus, contra Craſſum proficiſcentem in Syriam, diris cum ominibus, uſi ſunt tribuni plebis, cum fruſtra eum retinere conati eſſent: quorum execrationes, ſi in ipſum tantummodo valuiſſent, utile Imperatoris damnum, ſalvo exercitu, fuiſſet Republicæ. Tranſgreſſum enim Euphratem, Craſſum, petentemque Seleuciam, circumfuſis immanibus copiis equitum, Rex Orodes, una cum parte majore exercitus Romani, interemit, ſicut Paterculus ſcribit. Sic ante eum, ut idem autor tradit, L. Cornelius Merula, & poſtea conſul, cum ſub adventum Cinnæ, conſulatu ſe abdicaverat, inciſis venis, ſuperfuſoque altaribus ſanguine, quos ſæpe, pro ſalute Reipublicæ, flamen Dialis precatus erat Deos, eos, in execrationem Cinnæ partiumque ejus, tum precatus, optime de Repub. meritum ſpiritum reddidit: Eas execrationes ſecretas & priſ as, Romani, talem vim habere putarunt, ut nemo ſic devotus poſſet evadere, imo nec illi, qui devovet, bene cedere: quamobrem non temere his utuntur. Sic quoque apud Florum, ſacratæ leges, fuerunt execrationes peculiares, ſicut Ioan. Stadius, Commentator in illum, obſervavit. Poſtea uſus eſt ejuſcemodi imprecationibus, Severianus (quem

In Parth.

Hiſt. lib. 2.

Mihi f. 55.

Spartia-

Spartianus Servianum appellat) contra Adrianum Imperatorem, ſicut *In vita Adriani.* idem Dio ſcribit. Severianus, inquit, priuſquam jugularetur, ignem poſcit, atque incenſo thure, Vos, ait, ô Dei, teſtor, me nihil mali commiſiſſe: de Adriano, hoc tantum imprecor, ut, cum mori cupiet, non poſſet. Et hic quidem mortuus eſt. Adrianus vero poſt morbum, ſæpius, fruſtra invocata morte ſæpe etiam ſeipſum occidere voluit. Extat eius epiſtola, quæ hoc ipſum ſignificat. Deplorat enim in ea miſeram ſuam ſortem, Quam miſerum ſit mortem optare, & mori non poſſe? Cæterum imprecationes parentum vehementes, & vel iratorum, vel læſorum, in liberos efficaciores, & pœnæ contumaciæ, vel obedientiæ, non abſque noxa plerunque celeres eſſe ſolent.

Præterea extat formula vetus imprecationis, & exhæredationis paternæ; in teſtamento nuncupativo, ſi filii hæredes inſtituti, voluntati & mandato teſtatoris, forte non ſatisfacerent, in monumento quodam Arbotii Luſitaniæ, cum hac inſcriptione, quam propter diſpoſitionem, & modum teſtandi, hæc non & peculiarem curam, oſſa in patriam transferendi, apud Romanos, tanquam ſingularem, & minus vulgarem, integram aſſcribere volui:

EGO GALLVS FAVONIVS, IOCVNDVS L. F. QVI BELLO CONT. VIRIATVM OCCVB. IOCVNDVM ET PVDENTEM FILIOS EX TEST. HÆRED. RELINQVO, ET BONORVM IOCVNDI PATR. MEI ET EOR. QVÆ MIHI IPSE ACQVISIVI: HAC TAMEN CONDITIONE, VT AB VRBE ROMA HVC VENIANT, ET OSSA HINC MEA, INTRA QVINQVENNIVM, EXPORTENT E LVSITANIA, ET VIA LATINA CONDANT, IN SEPVLCHRO MARMOREO IVSSV MEO CONDIT. ET MEA VOLVNTATE. SI SECVS FECERINT, NISI LEGITIMÆ ORIANTVR CAVSÆ, VELIM EA OMNIA, QVÆ FILIIS RELINQVO, PRO TEMPLO DEI SILVANI REPARANDO, QVOD SVB VIMINALI IN VRBE MONTE EST, ADTRIBVI MANESQVE MEI OPEM PONT. MAX. ET FLAMINVM DIAL. QVI IN CAPITOLIO SVNT IMPLORENT, AD IMPIET. CONTRA FILIOS MEOS VLCISCENDAM, TENEANTVRQVE SACERDOTES DEI SILVANI ME IN VRBEM REFERRE, ET SEPVLCHRO ME CONDERE. VOLO QVOQVE QVOD QVOT DOMI MEÆ VERNÆ SVNT, LIBEROS A PRÆTORE CVM MATRIBVS DIMITTI, SINGVLISQVE LIBRAM ARG. ET VESTEM DARI. ACTVM VI K. QVINTILIS SERV. GALBA L. AVRELIO COSS.

DECV-

DECVRIONES TRANSCVDANI HOC TESTAMENTVM ORE EIVSDEM GALLI EMISSVM IN LAPIDE IVSSERE ADSCVLPI.

Conſtat itaque ex hiſtoriis, quoties gravia & acerba ac miſera,& intoleranda quiſpiam pateretur indigne, apud Romanos, voti & imprecationis genus maximum fuiſſe, ut, poſitis humi genibus, ambas palmas, crebris ictibus, ſolo incuteret, aut torrem ignitum ianuæ apponeret, illique ovibanti, delibatis ſacris, madente lachrymis ſinu, deos ſuperos, atque inferos, cœlum noctemque conteſtans, necem, exilium, diraſque calamitates, furiali carmine, imprecaretur, & ſæva quædam numina advocans, illum, cum omni ſtirpe, & gente, caput, domum, fortunas, devoveret, & prætereuntem execraretur. De qua re Alexander ab Alexandro plura. Non ab- *Li.3.ca.22.* ſimili imprecatione (ut ad recentiora ſtylum pauliſper deflectamus) teſte Cuſpiniano, uſus eſt Baiazetes, Turcorum imperator, regno blande exutus à Selimo F. experiri volens, quonam pacto regimen filius ordiretur, gazophylacium (ubi theſauri reconditi erant) ingreſſus, omnes divitias reperit brevi diſſipatas tempore. Dehinc armamentarium, ubi ſpolia, hoſtibus adempta & prædæ reſervabantur, recenſuit, & pariter vacuum reperit: Omnia enim ſuis iam donaverat. Luſtravit deinceps cameram argentariam, ubi vaſa, ac pocula aurea, atque argentea, à principibus, & regibus finitimis, dono miſſa cuſtodiebantur: quæ pariter, iam diſtributa, evanuerunt: Poſtremo ſtabulum regiorum equorum ingreſſus inviſit, ubi delectos ac inſigniores equos nullos inveniens, alte ingemuit, & dolore exacerbatus, cœpit peſſima quæque ſuſpicari, de filio, male in imperium intruſo. Cogitabat itaque vindictam, quærens cum reliquo, qui ſupererat, theſauro, abire in Natoliam ad maiorem filium. Priuſquam autem neceſſaria ad iter præpararentur, ſub amœniſſima piro conſidens, arreptis duobus lapidibus, ad auſtrum converſus, cœpit filio omnia adverſa imprecari, eumque diris devovere, uti eius cœpta, ut hi lapides quos cum dicto manibus concuſſit, ab adverſariis contunderentur, uti lethalia vulnera, diſcrimina periculoſiſſima ſentiret, ut lapides illi quatiebantur: uti uxor, aut infœcunda, aut filios parturiret debiles, nec diu ſuperſtites, quod ſe patrem deſpexiſſet, ac Mahometi legem prævaricatus eſſet. Inde urbe excedens, in medio itinere, vi veneni, à filio clam propinati, periit. Similes diras Corcuthus, frater Selimi, cum fidibus gutturi admotis, à carnifice ſtrangularetur, impetrata hora, cujus ſpacio amarulenta in Selimum carmina, intrepido, conſtantique animo, conſcripſit, exprobrata ſævitia, eius capiti imprecatus eſt, autore Iovio.

Caput XXXVI.

De imprecationibus parentum, adverſus liberos, & alios, tam veteribus, quam recentioribus, & earum efficacia: Itemque, de hypocritico ieiunio cuiuſdam impoſtoris

ORpheo attribuitur hæc admonitio:

Δειναὶ γὰρ κατὰ γαῖαν ἐριννύες εἰσὶ τοκήων, hoc eſt:

Furiæ ſeu diræ parentum, ſunt admodum ſævæ & atroces per terram.

Eodem modo, parentum in liberos devotiones eſſe formidandas, Homerus teſtatur, cum Phœnix narrat, ſe paternis execrationibus obnoxium fuiſſe:

Μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν
ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα. θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαράς.
Orat, ne in genibus proles aliquando ſederet
Ex me nata ſuis. Diique audivere precantem.

Cum igitur id verum eſſe, experientia teſtatur, prioribus exemplis & hiſtoriis, licet tragicis, commonefactionis loco, ut, quantum fieri poſſit, ab ejuſmodi diris & imprecationibus, omnes, & ſinguli, præſertim parentes, erga liberos immorigeros, abſtineant, plura eaque memorabilia adiicere volui. Non fruſtra enim Dominus, per Ezechielem, inter reliqua
Cap. 22. ſcelera, quæ exilio, igni' & ferro ulturum ſeſe Iſraelitis comminatur, parentibus illatam contumeliam enumerat; Patrem, inquit, & matrem contumelia affecerunt, pudenda patris diſcooperuerunt. Nunquid ſuſtinebit cor tuum, aut prævalebunt manus tuæ, in diebus, quos ergo faciam tibi? Ego DOMINVS locutus ſum, ſi faciam & diſpergam te in nationes, & ventilabo te in terris, & deficere faciam immunditiam tuam à te, & poſ-
Cap. 86. ſidebo te, in conſpectu gentium, & ſcies, quia ego DOMINVS. Recenſuimus, in prima centuria noſtra, hiſtoriam integram, de contumace filio, cum iuſſus eſſet, finita concione matutina, in magno frigore, ante fornacem ſeſe calefaciens, cerevisiam ad prandium afferre, iſque iuſſa parentis contemneret, ideoque excandeſcens illi imprecatus fuiſſet, ut perpetuo in illo loco ſtaret. Quod & factum eſt, ſicut eandem hiſtoriam recenſet Melanchton quoque, in expoſitione Evangelii, Dominicæ, quæ inſcribitur, Reminiſcere, & ego locum, & mortui veſtigia pedum, in pavimento ligneo impreſſa, ubi is ni fallor, per ſexennium ſteterat, & pulpitum, in quo ſe brachiis inclinare potuit, ſtando nihilominus, Friburgi
Part. 1. fol. 98.

vidi,

vidi, in ædiculis parentis imprecatoris, qui ob illas diras efficaces, vulgo der himmliſche Vatter/appellabatur. Ob quam rem, breviter iterum huius tragicæ rei, tanquam oculatus teſtis, mentionem facere volui. Animadverti autem illum alioquin bonum, & ſimplicem hominem plebeium, admodum perturbari, ſi quis locum illum, ex ſua imprecatione inconſulta, filio fatalem, videndi cauſa, cubiculum ingrederetur. Quare cum veſtigia illa pedum, & pulpitum, libenter & cupide amoviſſe, ſi non illi, à magiſtratu, ut teſtimonium perpetuum unius memorabilis, licet tragici facti, extaret, hoc interdictum eſſet.

Ad vetera pertinent, quæ Plato ita ſcribit: Oedipus contemptus à filiis, ea illis imprecatus eſt, quæ exaudita effectaque à Deo, apud omnes feruntur. [*Lib. 11. de legib.*] Amyntora quoque, Phœnici filio iratum, illi male dixiſſe, ferunt; & Hippolyto Theſea, plurimoſque alii alios: quibus apertiſſimum factum eſt, à Deo preces parentum, adverſus filios, exaudiri. Namque imprecatione parentis, nihil pernicioſius filio: nec iniuria. Nemo enim cum mater & pater contemnitur, tunc ſolum à Deo putet orationes exaudiri, ſed cum etiam honorantur: ac ideo, cum lætiores bona liberis à Deo petunt, exaudire eum, ſimiliter exiſtimare debemus: Atque nobis æqua inde diſtribui. Nam aliter in bonis diſtribuendis, æqui non eſſent. Quod longe à Deo abeſſe ne eſſe eſt, &c. Si igitur gentilis hic Philoſophus, ſolum modo ex naturali cognitione ſapiens (licet vero ſimile ſit, eum ſacras literas, ut vetus Teſtamentum legiſſe, & plura quam alii Philoſophi ethnici, cognoviſſe) tam pie & recte ſcripſit: Quid obſecro Chriſtiani Doctores, quibus lux veritatis plane manifeſtata & detecta eſt, facere debent? Sed in hiſtoricis exemplis pergemus. Refert Caſparus Henneberger admodum tragicum exemplum, de pœna divina ingrati contumacis filii, qui verberibus in parentes ſævierit, & propterea ex imprecatione eorum à ſerpentibus, & quidem in tali loco, ubi antea nulli conſpecti eſſent, corroſus & occiſus ſit. [*In Chronico Prutenico f. 345.*] Præſertim autem ſerpens cæteris grandior & immanior ipſius dextram, qua parentibus plagas inflixerat, plane corroſerat: qui, ut & reliqui, illo miſere mortuo, non amplius comparuerunt, idque accidiſſe Paſſenheimii omnium cum horrore, pœnam divinam animadvertentium ſcribit. Præterea narratur hiſtoria de muliere, Florentina illuſtri, atque opulenta, quæ mortuo marito, ſuperſtites duos habebat filios, quos delicate & indulgenter educaverat, donec adulti eſſent. Quodam vero die in iram verſi, matrem pluribus verberibus male mulctarunt. Quod ſcelus ipſa impatienter ferens, horrendis imprecationibus adverſus illos uſa eſt, genibus procumbens, & terram manibus pulſans, Erinnyes, cæteraſque infernales peſtes, in rabiem filiorum, magno cum gemitu, invocavit. Exaudiunt

 dæmo-

dæmones, iuvenes aggrediuntur, illos in furias exagitant, qui ſtatim, ut rabidi canes, mordaciter, ad invicem ſua membra corrodunt, concurrunt famuli, fit clamor ingens, alii funes, alii catenas ferunt: ligantur iuvenes, nec rabie contineri valent.

L. 2. de civ. Dei, c. 8. Eodem modo B. Auguſtinus, de decem fratribus, & ſororibus, in urbe Cappadociæ, Cæſarea, quorum ſeptem erant mares, tres fœminæ inſigné hiſtoriam commemorat. Ait enim illos, quod matri iniuriam intuliſſent, ipſius maledicto, confeſtim hac pœna divinitus, omnes coercitos, ut horribiliter membrorum tremore quaterentur, ac toto pene orbe, quo cæteris forent ſpectaculo, vagarentur. Hæ diræ imprecationes, non ſolum parentum erga liberos (dolendum ſane eos ex ira & excandeſcentia nonnunquam modum talem excedere, ut paulo poſt pœnitentia admodum gravis conſequatur) ſed etiam in conſanguineos, à latere, ut dicitur, in ſe ipſos, & alios, efficaces eſſe ſolent. *Coſmocrit. lib. 1. c. 7.* Hanc efficaciam imprecationum Cornelius Gemma, paucis verbis ita indicat. Sunt quos parentum oppreſſorum, pauperum, ſacerdotum, atque piorum hominum imprecatio longe lateque perſequitur. Quo reſpexerunt maiores noſtri, ſapientiſſimi viri, ſuo illo proverbio: Das gemeine Gebett vnd der gemeine Fluch vermag viel, &c.

Hoc confirmare multis exemplis poſſumus, ſed tantum pauca, eaque memorabilia referemus. Monſtratur, in hodiernum diem Lugduni Batavorum panis, in ſaxum induratus, qui capſulæ, ferreis cancellis præmunitæ, incluſus, ad teſtandam poſteris prodigii memoriam, adſervatur. *In Batavia.* Id ita (referente hoc Adriano Iunio) habet: Anno ſupra milleſimum CCCXVI. in ſumma annonæ difficultate, ſororem opulentam, altera egentiſſima, in ſobole numeroſa, flagitarat panis ſubſidium, ne fame interirent liberi: illa inficiatur, ſe habere, ſanctéque deierans, Deum obteſtatur: ut ſi quid panis domi habeat, id omne lapideſcat. Quid multa? preces *In Chronic.* ſecuta dicitur certa oſtenti fides, miraculo confirmata. Alteram hiſtoriam huic ſimilem ex Sigeberto recenſebimus. Cum pauper quidam, circiter annum Domini DCVI. à nautis eleemoſynam petiiſſet, illi vero reſpondiſſent, ſe nihil, præter lapides habere, mendicus inquit: Omnia ergo, quæcunque manducabilia ſunt in navi, vertantur in lapides. Itaque lapidum duritiem omnia ſortita ſunt, licet & color, & forma, illis rebus manſiſſet priſtina, ſicut olim Regi Midæ omnia, quæ attigiſſet in aurum converſa fabulantur. Retulimus præterea, in allegato antea capite hiſtoriam Auſtriacæ puellæ, cui eſurienti & petenti panem, mater ipſa quoque fame, tempore magnæ chariſtiæ, macerata, & ad iram commota (verum enim eſt, quod ait Plautus, famem, & moram, bilem in naribus excitare) famem decen-

decennem imprecata, tanto tempore, abſque omni cibo vixiſſe: quæ imprecatio, miraculi loco, habita fuit, cum natura hominis inediam, nequidem tot dies, multo minus tot annos ſuſtinere & perferre poſſit.

Id ipſum ſuperioribus annis patrum noſtrorum memoria, (ut paulisper à propoſita materia deflectamus) imitari voluit hypocrita quidam inſignis, ingenioſa impoſtura, affectans miraculoſum jejunium Moyſis, in monte Sinai, & Servatoris noſtri, in deſerto, quadraginta dierum, ut ſibi Sancti nomen acquireret. Cum enim eſſet Rex Alphonſus in Ænaria Inſula, renunciatum ei eſt: Antonium quendam Eremitam, poſt mortem nobilitatum hypocritam, inter ſummos cruciatus animam exhalaſſe, ejectando plurima in Chriſtum, & virginem ejus matrem, convicia, & blaſphemias. Hic fuit ille Antonius, qui XL. dies & noctes perpetuo jejunare ferebatur, & Italiam, Siciliam, atque Hiſpaniam compleverat, nomine ſanctitatis, & abſtinentiæ: pluribus locis cella præcluſus, & à cuſtodibus obſervatus, nihil edens, aut bibens, quoniam in præviſa ac prætentata cella, in qua nihil, quod obſervare liceret, ineſſe videretur. Cæterum Angelos ei quotidie famulari ſolitos opinabantur. At ipſi intus, in cella, erant candelæ craſſiores, exterius quidem ceratæ: ſed in quibuſdam fiſtulæ cannarum, includebanturque farina infartæ quæ ex contritis, phaſianorum ac caponum carnibus, ſaccaro, ac aromatibus immixtis, condiebantur. Aiunt, & cingulum geſtaſſe fiſtulatum, plenum nectare, quod hypocraticum vocant. His epulis clanculum veſcebatur, vir habitus ſanctus, & mortalium omnium, qui unquam fuerunt, aut eſſent, vulgi opinione, ſanctiſſimus. Rex audiens, iſtum vermiculis, acerbiſſimo genere mortis, abſumptum, dixiſſe fertur: propterea Deum in hypocritas tantopere ſævire, quod, dum homines decipiunt, interponunt Deum ipſum, tanquam ſceleris mediatorem. Ideoque ut plurimum viventes adhuc plecti, in oculis hominum, quos Dei nomine fefelliſſent, ut intelligant mortales, à tali monſtro, maxime ſibi cavendum eſſe, quod Deum ipſum, nedum poſt mortem, ſed etiam in vita ipſa, haberent indubitatum ultorem. Hanc hiſtoriam refert, ex Antonio Panormitano, Simon Goulartius in locis communibus Apophthegmatum, quam, ut grata lectoribus eſſet varietas, integram inſerere volui.. *Lib. 2. de dict. & geſt. Alph. regis In tit. de Hypocriſi.*

CAPUT XXXVII.

De vindicta cupiditate in damnando & conviciando.

IN ſæpe allegato capite primæ Centuriæ fecimus mentionem eorum, qui nullo legitimo obſervato proceſſu, ſed privata autoritate, & vindictæ cupiditate, temere damnando, & ſibiipſis, aliiſque, pro libito animi, imprecando & conviciando abſque diſcrimine, mortuos, & vivos, autoritatem
In Dominica 4. poſt Trinitat. & favorem populi, ſibi acquirere, ſeque hoc modo metuendos facere, conantur. Hos ita notat parens meus Piæ memoriæ, in ſuis Homiliis domeſticis Græcis, quas ipſe in Latinam linguam tranſtulit. Illam, inquit, trabem (de qua Evangelium) opinione inflati, & qui ſe aliquid eſſe putant, habent in ſuis oculis, quales ſunt inaniter glorioſi, & gloriæ cupidi, & qui ſibi videntur ſapientes, & iſtiuſmodi cæteri,

---trabs in quibus omnibus iſta eſt,

quemadmodum ex veteribus quidam Poëtis dixit. Atque iſtud malum ubique audax & temerarium maxime cernitur in iudicationibus quaſi exultans. Ad omnia enim tales calculum perforatum inferunt, & faciunt ſeſe metuendos condemnationibus, ipſi egregii, docti, ſapientes, pii, hoc uno, quod condemnant alios, ut futiles, indoctos, ſtolidos, impios. At ipſi, cuiuſmodi ſint, nihil curant, cum ſint plerumque deteriores aliis, quibuslibet, ſibi autem veniam dant, damnantes cæteros plane; ſeipſos abſolvunt ſolos. Et paulo poſt: Non eſt facile, incubantem in corde fœtorem abcondere, quando confertus halitus, quaſi effunditur. Non igitur indulgendum eſt iracundis, & moroſis & contentioſis, prætendentibus ſtudium veritatis. Sunt enim iſta vaniloqua fere, & nugæ verborum. Quocirca, qui ipſe eſt obnoxius inquiſitioni, is ne inquirere in alterum audeat, aut pœnam exigere, qua tenetur ipſe. Eſt autem vitioſus amor ſui is, qui ſibi nocet maxime. Habet enim coniunctam invidiam, & communitates hominum labefactando lædit, magis quam ullum aliud vitium. Et ea quæ ſequuntur ibidem. De his intempeſtivis condemnationibus, Socrates, in hiſtoria Eccleſ. & in Tripart. ibi: Ego Epiphanii, &c. & ibi:
Lib 6. c. 11. 12 13. lib. 10 cap 11. Homines obſcuri, &c. Cum autem hoc vitium excandeſcentiæ multis Demagogis & Concionatoribus (dolendum ſane) admodum conſuetum ſit, optandum eſſet, ut, memores multorum ſalutarium præceptorum, quæ
Lib. 2. c. 2. in ſacris, & profanis ſcriptis, paſſim extant, monitionem Franciſci Iunii, piam, & memorabilem, in ſuis libris Eccleſiaſticis, diligenter obſervarent.

Inde

Inde, inquit, profluunt duo ſequentia Chriſtianæ vitæ documenta; unum ut ipſi bene affecti ſint; alterum, ut familiæ bene conſtitutæ ſint, ſtudio operaque ipſorum. *I. Documentum.*

Prioris documenti ſunt hæc:

I. Vt Epiſcopus ſeu presbyter ſit κόσμιος compoſitus, & urbanus, non aſper, non tetricus, non αὐθάδης, aut pertinaciter ſibi placens, & alios præ ſe nihili faciens, ſed φιλόξενος καὶ διδακτικός (hæc enim duo ſunt aperriſſima compoſiti hominis & urbani documenta) id eſt, exteros, & eos omnes, qui non ſunt domeſtici, & familia eius, accipiens amice, eoſque benigne, cum gratia, & authoritate, imbuens ſalutaribus documentis verbi: nec ὀργίλος, iracundus, & præceps in irarum æſtus: ſed, φιλάγαθος, bonorum amans, quicunque illi ſint, & ſe omnibus comem præbens, atque εὐπρόσιτος, & in congreſſu facilem.

II. Vt ſit ἐπιεικὴς, moderatus, æqui boni ſtudioſus, & temperatus (ſic enim ab Apoſtolo ad Titum appellatur, & accipitur mea ſententia σώφρων) non autem πάροινος, vinoſus, vino ſe ingurgitans, & in ebrietate ſepeliens, quo ex vitio, omnis immodeſtia, intemperantia perdita, inſolentiaque intoleranda naſcitur.

III. Vt ſit ἄμαχος, alienus à pugnis, & contentionibus: non autem πλήκτης, percuſſor, & contumelioſus in alios, ſi quid forte, cum ipſo, quod agant, habuerint. Nam hoc malum abeſt, quam longiſſime, ab ea iuſtitia, & ſanctitate, quam in Epiſcopo, & ſervo Dei, Paulus ad Titum deſiderat.

IV. Vt ſit ἐγκρατὴς, καὶ ἀφιλάργυρος, continens, & alienus ab avaritia: non autem αἰσχροκερδής, turpiter lucri cupidus. Nam ſtudium iſtud lucri (ait Apoſtolus) radix eſt malorum omnium, quod quidam appetentes aberraverunt à fide, & ſeipſos transfixerunt doloribus multis.

V. Vt ſit bonus miles Ieſu Chriſti & exercitatus in a[illegible]illius: non autem νεόφυτος, novitius tyro, & recens implantatus Chriſto, accituſque in Eccleſiam eius. Novitii enim, exercitamentis Chriſtianæ crucis, nondum ſibi humilitatis habitum induerunt, ac proinde facile inflantur, eoque pacto, in criminationem diaboli ſolent incidere.

VI. Vt bonum teſtimonium habeat ab extraneis, quo teſtimonio tota humanitatis, honeſtatis, & vitæ inculpatæ ratio, ut ſupra diximus, ſummatim concluditur. Nam ita eſt voluntas Dei, ut bene agendo frænetur, tanquam capiſtro, ignorantia hominum amentium, & pro eo, quod loquuntur adverſum eos, tanquam maleficos, pudefiant, qui inceſſunt bonam eorum, in Chriſto, converſationem. *II. Documentum.*

Poſterioris documenti ſunt iſta:

Vt

I. Vt ſuæ domui bene præſit, id eſt, uxori, & familiæ toti: nam qui propriæ domui præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiam Dei curaturus eſſet.

II. Vt liberos contineat in ſubiectione, cum omni honeſtate, quod profecto certiſſimum eſt, evidentiſſimumque ſignum, quo, hominem ſuæ domui bene præeſſe, animadvertimus, ſi honeſte & ſanctè informati ſunt liberi. Hæc omnia ſimul coniunxit optime Apoſtolus ad Titum, & in priore ad Timotheum. Hactenus Iunius, non vulgaris auctor, cuius verba eo libentius exſcribere volui, cum ſit referta ſalutaris doctrinæ & monitionis quæ non tantum ad præcones verbi Dei, ſed etiam ad omnes, qui veri Chriſtiani ſunt, & Chriſtianorum more vitam ſuam inſtituere cupiunt, pertinent.

Caput XXXVIII.

Vtrum citatio & provocatio ad tribunal Dei licita ſit, necne? & qualem plerunque efficaciam habuerit?

ETſi nonnulli ex Iuriſconſultis ſunt in ea opinione, puniendos illos eſſe, & quidem pœna arbitraria, ſi qui numinis ſuperſtitione tenentur, quemadmodum faciunt illi, qui mittunt præcepta vallis Ioſaphat, ſic-
De arbitr. ut Menochius cenſet, & allegat Iulium Clarum, ita dicentem; puniuntur
Iud. lib. 2. extra ordinem illi, qui ſuperſtitione numinis alios terrent, prout faciunt illi,
cent.4.cap. qui mittunt præcepta vallis Ioſaphat, quorum unus, qui appellabatur Carle-
388. in fin. ſus, fuit poſitus ad catenam infamem. 10. Aprilis, anno 1553. Et alius qui-
Sent.l.5.§. dam Thæmus Mantellus, qui tranſmiſerat quoddam præceptum, ſub no-
fin.q.83.n.7 mine Domini noſtri Ieſu Chriſti, iuſſus fuit renuntiare præcepto, & fuſtigari 10. Septemb. anno 1556. Tamen contraria opinio receptior eſt: ideo-
In ſumma que Theodorus Beza ex Actorum Apoſtolorum, cap. 23. notat, Chriſtianis
Novi teſt. licere de iniuriis queri, & impios ad Dei tribunal citare, modo id ſine odio & ſedato animo fiat. Id confirmari poteſt multis memorabilibus hiſtoriis
Vol.2. & exemplis. Ex quibus præ cæteris memorabile eſt, quod Nauclerus de Fernando Legionis Rege ita ſcribit: cum præcepiſſet occidere duos ſcutiferos de Carvaial innaudi tos, illi videntes iniuſtitiam, citaverunt Regem, ut compareret coram Deo triceſimo die, ad dandam rationem huius iniuſtitiæ, & ſic factum eſt, quia in præfixo termino moritur. Præterea refertur in veteri Chronico Conradi Epiſcopi, de duobus Cardinalibus, qui à Papa Iudices conſtituti & pecunia corrupti Henricum, olim Epiſcopum Moguntinum, virum laudabilem, ab Epiſcopatu; anno 1106. amoverunt, & quod propterea tam illi, quam Moguntiæ cives, à Deo ultionem, graviter

punie

pimici ſint. Rem, inquit, refero, fratres, omnibus illius ſeculi notiſſimam: Venerabilis vir Henricus, tam manifeſta perverſitate turbatus, ipſos perverſos Cardinales alloquitur, in hunc modum: Si ad ſedem Apoſtolicam appellarem, contra veſtrum iniquum proceſſum, Papa forſan ipſe nihil amplius tentaret, & nihil mihi accreſceret, niſi labor corporis, amiſſio rerum, afflictio ſpiritus, eviſceratio mentis, & evacuatio gratiæ. Appello ergo ad Dominum Ieſum Chriſtum, tanquam iudicem iuſtiſſimum. Vos cito ad eius tribunal, ibi, coram ſummo iudice, me reſponſurum exhibebo. Non enim iuſte, nec ſecundum Deum, ſed mercede corrupti, ſicut placuit, iudicaſtis. At illi dixerunt, cum tu præceſſeris, nos ſequemur. Hæc autem ridentes & deridentes dixerunt. Poſt annum fere & dimidium, venerabilis Henricus præſul, defunctus, Deo, ad quem appellaverat, totum proceſſum lacrymabiliter aſſignavit. Mors eius pervenit etiam ad aures dictorum Cardinalium, qui ludentes ad alterutrum dixerunt; Ecce præceſſit: ſuo tempore nos ſequemur. Et ecce tranſiit tempus breve, & ambo uno die moriuntur. Nam unus ſedens in ſede naturæ, ut purgaret ventrem, omnia inteſtina ſua in cloacam eiecit, & animam miſerabiliter exhalavit. Alius manuum ſuarum digitos articulatim obmordens, & ore expuens, quaſi ſeipſum devorans, expiravit. O Deus ultionum, iuſtum exerces iudicium! Audita ſunt hæc in terra noſtra, nec à quoque aliud dicebatur, quam Benedictus Dominus, qui venerabilis Henrici iniuriam iuſte vindicavit: O Cardinales, Cardinales, pacem de terra accepiſtis, & ut homines Moguntiæ ſeipſos invicem interficiant, vos feciſtis. Quodcunque mali provenit, quæcunque fuerint homicidia perpetrata, veſtra eſt in cauſa perverſitas, veſtra eſt iniquitas operata, ut veniat ſuper vos omnis ſanguis, qui effuſus eſt & deinceps effundetur. Hæc auctor dicti Chronici; ſicut relatum eſt, in Tempeſtivo ſuſcitabulo, pro Principibus. Ex quo hæc, cum Chronicon illud non habeam, exſcripſi. *Par. 2. c. 1.*

Balæus præterea talem hiſtoriam ex Ceſtrienſe refert: Robertus Lincolmenſis, cognomine Capito, cum Innocentii IV. avaritiam, faſtus, tyrannidem, & alia eius tetra vitia, tam viva voce, quam ſcriptis, improbaret, & reprehenderet, fuit ab eo excommunicatus, & ad curiam citatus, atque iniuſte damnatus, à quo appellavit ad iudicem Chriſtum. Narrat que Ceſtrienſis quod, obeunte Lincolmenſe, audita ſit vox in curia Papæ, clamans, Veni miſer in iudicium Dei, repertuſque ſit, ſequenti die, Papa in lecto exanimis, ac livida in eo plaga, tanquam fuſte percuſſus eſſet. Accidit hoc Neapoli, anno 1253. Similis hiſtoria legitur de Magiſtro Teutonicorum Ordinis, qui per indignationem, ſuſpendio, prætenſo falſo crimine, ſciens prudenſque, quendam peremerat. Innocens ille, cum ad *In vitis Pont. mihi fol. 301. & 302 Lib. 7*

ſupplicium duceretur, ad Chriſti tribunal Magiſtrum citat, ad decimam tertiam diem. Adveniente die, Magiſter prorſus incolumis, ſuo ore, coram non paucis, fatetur, oportere ſe ſiſti coram Deo. Mirum, eo die occumbit. Id accidiſſe in Lionia circa annum Domini 1407. tradit Crantzius & refertur à Maiolo. Huc ſpectat, quod Fulgoſius de excidio Templariorum equitum, ſcribit: Poſtremo, inquit, adductus eſt unus, natione Italus, patria, Neapolitanus, qui minime trepido animo ſe gerebat. Damnatus enim, ut vivus, ſicut antea alii, cremaretur, dum in Vaſconibus in Burdigala urbe, ad ſupplicium deducitur, conſpectis in feneſtra, Pontifice (is fuit Clemens V.) ac Rege (is fuit Philippus pulcher) magna voce in hæc verba prorupit: Sæviſſime Clemens tyranne, poſteaquam mihi inter mortales nullus iam ſupereſt, ad quem appellem, pro grave morte, qua me, per iniuriam, afficis, ad iuſtum Chriſtum, qui nos redemit, appello; ante cuius tribunal te voco, una cum Philippo Rege, tanti mali ſuaſore, ut ante eum, intra annum diemque, ambo appareatis, ubi cauſſam meam exponam, & ius ſine pravo affectu miniſtrabitur. Mirum profecto, neque enim tempus, quod dictum ab equite fuerat, abiit, quod Clemens repente morte eſt correptus: nec multo poſt Philippus quoque interiit. Neque enim pauciores huius equitis verba vires, quam Calani ad Alexandrum, cum mori conſtituiſſet, habuere. Hæc Fulgoſius. Memorabile inſuper eſt, & ad hanc materiam noſtram ſpectans, quod Buchananus ita refert. Ioannes Cametonus Glaſcuæ Epiſcopus, in ſuæ ditionis (quæ in primis ampla eſt) agricolas, multa crudelitatis & avaritiæ exempla ipſe ediderat: Multa per eos, quorum in manu ſumma rerum erat, prodenda curaverat: ut dominis iniquo iudicio circumventis, bona ad eum redirent, omniumque, quæ populariter fiebant, malorum aut actor, aut fautor credebatur. Ejus viri dignum vita nefarie acta fuiſſe tradunt exitum. Pridie natalem Chriſti, cum in villa quadam ſua, ad ſeptem millia paſſuum a Glaſcua diſtante, quieſceret, vocem ingentem audire viſus, ſe ad tribunal Chriſti, ut cauſam diceret, vocantis. Ex ea repentina perturbatione ſomno excuſſus famulos excitat, illatoque lumine aſſidere iubet. Ipſe libro in manum ſumpto, cum legere incepiſſet, eadem iterum vox omnium animos ſtupore defixit. Deinde cum longe vehementius, atque horribilius inſonuiſſet, Epiſcopus ingenti gemitu edito lingua exerta, mortuus in lecto eſt inventus. Hoc (pergit Buchananus ibidem) tam perſpicuum divinæ ultionis exemplum, ut neque temere affirmare, nec refellere eſt animus, ita, cum ab aliis ſit proditum & conſtanti rumore pervulgatum, omittere viſum non eſt.

Alterum exemplum, non minus memorabile hoc modo refert idem Buchananus. Eo anno (is fuit 1526.) patricius Hamiltonius, e Ioannis du-

Vana. l. 1. In Cancu-lar. mihi f. 160.

In colloq. l. 1. de mira-culis.

Lib. 11. Re-rum Scot.

Rerum Scot. l. 14.

ducis Albini ſorore & fratre comitis Araniæ natus, iuvenis ingenio ſummo, & eruditione ſingulari, coniuratione ſacerdotum oppreſſus, ad fanum Andreæ, vivus eſt crematus. Non adeo diu, poſt eius ſupplicium, animos hominum conterruit Alexandri Cambelli mors. Is erat è ſodalitio Dominicanorum, & ipſe magno ingenio iuvenis, & eorum, qui Thomæ Aquinatis ſectam imitantur, inter eruditiores habitus. Cum eo Patricius de Scripturæ ſacræ interpretatione ſermones ſæpe contulerat: ac diſſerendo eo perduxit, ut omnia prope capita, quæ tum habebantur paradoxa, vera fateretur. Nihilominus Alexander, vitæ quam veri cupidior, à ſuis, perſuaſus, eum publice accuſavit. Patricius, ut erat natura vehementior, hanc hominis ambitioſi pravam gloriæ captationem ferre non potuit: ſed palam exclamavit: Ego te hominum nequiſſime, qui, quæ nunc damnas, ea vera eſſe ſcis, & paucis ante diebus, apud me es confeſſus, ad tribunal Dei vivi in ius voco. Qua voce Alexander perturbatus, nunquam, ex eo die, compos mentis fuit, ac non multo poſt inſania conflictatus, mortem obiit.

Huc referendum non immerito eſt, ex eodem Buchanano, Georgii Sophocardii vaticinium, paulo ante ſupplicium. Cum enim id Cardinalis ex arce munitiſſima ſua, Fani Andreæ, cum ſuo grege, ex feneſtris & propugnaculis, tapetibus, ſtragulis ſericis, & pulvinis exornatis, magna cum pompa & frequentia armatorum, machinis æneis, ad oſtentationem potentiæ, per totam arcem, locis idoneis diſpoſitis, lætus conſpiceret, & incenſo rogo præfectus arcis) qui tam prope aſtabat, ut flammæ afflatu ambureretur) Sophocardium, ad palum funibus alligatum, hortatus eſſet, ut bono animo eſſet, ac delictorum veniam à Deo peteret. Cui ille: hæc quidem flamma corpori, inquit, attulit moleſtiam, animum vero non fregit: at qui nos, ex editiori loco, tam ſuperbe deſpicit, intra paucos dies, non minus ignominioſe iacebit, quam nunc arroganter cubat. Hæc locuto, funis circa fauces artius aſtrictus, vocem interclusit. Non multo poſt Cardinalis, ob ſuperbiam, & alia vitia, à nonnullis coniuratis, occupata arce, interfectus eſt, & eius cadaver exanimatum, concurrentibus eius amicis, ad obſidionem arcis, oculis omnium expoſitum eſt: In illo ipſo loco, unde ipſe, non multo ante, Georgii Sophocardii ſupplicium tam lætus ſpectaverat. Nec ſubibat modo (pergit ibi Buchananus) amicos, rerum humanarum inconſtantia, & inexſpectatus eventus: ſed multis occurrebat Georgii illa, de illius morte, prædictio: multaque alia, quæ ſanctiſſimus vir ille, non ſine divino (ut credibile eſt) ſpiritus afflatu, ventura præmonuerat, ut brevi ſecutus exitus probavit. Porro citationis ad divinum tribunal alia alibi traduntur exempla. Et quidem de Carolo IX. Rege *Rerum Scot. l. 15*

Galliarum, Pariſienſis lanienæ editore, exemplum relatum leges apud Thuanum Hiſtor. lib. 58. & de Iudice Lucernate apud Ioh. Stumpffium in Chronic. Helvetior.

Caput XXXIX.

De Adverſariis Ciceronis, & ipſius inconſtantia miſerabilique exitu.

Auctarium cap. 31. cent. 1.

DE Marci Tullii Ciceronis virtutibus & vitiis, prolixe antea diſſeruimus, & quæ tam pro illis quam de his, auctores obſervarunt, recenſuimus. Cum autem plura de tam eximio viro, (qui tamen ſæpenumero non caruit reprehenſione) extent, ea nunc in peculiare caput congerere volui, ut inde appareat, verum eſſe, quod decantatur:

Nam vitiis nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt
Qui minimis urgetur.

Non abſque cauſa autem, propter miram amœnitatem, & alias peculiares commoditates, quas cum meis ſodalibus perluſtravi, Tuſculanum Ciceronis, quod præ cæteris ſuis fundis, ædificiis & hortis amavit, & ſumptuoſis ædificiis, maxime autem ſuis ſcriptis illuſtravit, & exornavit, commendavimus. Idque etiam eleganti deſcriptione fecit Bernardus Saccus. *In hiſtoria Ticinenſi l. 1. c. 2.* Ab uno, inquit, tantum naturæ experimenta petam, ubi Fraſcata olim vicus, nunc oppidum & elegans Crypta ferrata iacent, in quo monaſterio, Græco ſermone & ritu, divina celebrantur. Diſtant ab urbe hæc loca decem millia paſſuum, & à planitie Romani agri, duo millia. Et pergit ibidem prolixe cauſas naturales recenſere, quare Crypta illa ferrata tam ſalubri aere & aquis gaudeat: vice verſa vero Burgetum oppidum, nunc fere deſertum, ſolummodo mille paſſus, interiacente antiqua ſylva, inde diſtans, aere & aqua inſuavi & inſalubri, in tanta vicinia, fruatur, ut inquilini aſſiduo morbo perciti, locum hunc deſerere coacti ſint. Miratus autem fui inter legendum hanc prolixam Saccianam deſcriptionem Tuſculani, nullam eum Ciceronis, neque eius fundi mentionem ibi facere, niſi fortaſſe, data opera, recentia & præſentia, omiſſis veteribus, deſcribere voluerit. Quod etiam apparet in deſcriptione Mantuæ, patriæ Virgilii Maronis, tam celeberrimi Poetæ, quem eodem modo ſilentio præterit. *Ibid. lib. 4. cap. 15.* Cæterum his omiſſis, non leve naufragium ad reliqua, quæ antea commemoravi-

ravi, tanquam verſipellis, ſuæ famæ, & exiſtimationis fecit Cicero, quum initio Gabinium, ob reductionem Ptolomæi Regis Egypti, acerrime accuſaſſet, eoque iudicibus per immenſas largitiones corruptis, frendente & indignante populo, abſoluto: mox commutata voluntate non modo à Gabinio iterum accuſando deſtiterit, ſed eius quoque cauſam defendendo egerit, quod tamen illi nihil profuit, ſed exilio Gabinius damnatus tum eſt, eumque Cæſar poſtea reduxit. Ciceronis autem nomen crimenq; perfugæ auctum vehementius eſt, de qua re Dio prolixius. *Hiſt. Rom. l. 39. in fin.* Ad hoc naufragium vel labem famæ Ciceronis acceſſit præterea, quod illi in Sanatu accidit: Cum enim in Senatum Liberius Mimus lectus à Cæſare eſſet, & à Cicerone ad conceſſum non admitteretur, dicente: Reciperem te, niſi anguſte ſederemus; is mox reſpondit: Atqui ſolebas duabus ſellis ſedere. Quo mordaci dicterio fluxam eius fidem taxabat. Inprimis autem habuit Cicero complures hoſtes potentiſſimos, ex ſuis civibus, inter quos præcipui fuere Clodius & Antonius: Pompeius vero, & Cæſar, aliique licet aliud ſimularent, tamen Ciceroni infenſi erant, ſicut Dio teſtatur, ubi indicat cauſas huius odii. *Roman. hiſt. l. 38.* Plurimos inquit, Cicero dictis læſerat, nec tantum apud eos, quibus profuerat, favoris habebat, quantum eorum, quos offenderat, animos à ſe alienaverat. Equidem alioquin plerique mortalium procliviores ſunt ad ſuſcipienda, contra ſibi iniquiores, odia, quam ad gratias ſuis defenſoribus habendas, atque iis quidem, quorum patrocinio uſi ſunt, mercedem ſe perſolviſſe exiſtimant: adverſarios autem quacunque ratione ulciſci ſtudent. Sed præterea etiam Cicero acerbiſſimos ſibi inimicos paraverat, dum ſemper præſtantiſſimo cuique ſe præferre ſtuderet, libertateque dicendi in omnes immodica, ad ſatietatem uſque, uteretur: Quippe qui magis facundi, ac præ reliquis diſerti, quam boni viri nomen venabatur. Iis de cauſis ad hæc, quod gloriando cæteros omnes excederet, neminem ſibi parem diceret, ſed cogitationibus, ut & vita, omnes præ ſe contemneret, neq; idem, cum ullo, vitæ inſtitutum ſequeretur, oneri plerisque, & moleſtiæ erat, adeo ut iis ii quibus probabatur, invidia & odio eius tenerentur. Hæc ex Dione recenſere volui, ut rectius cognoſcatur Ciceronem, licet præclaris dotibus & virtutibus ornatus fuerit, tamen multis vitiis non caruiſſe, quæ dona ipſius partim naturalia, partim induſtrialia, obſcura fecerunt, & quodammodo ſuperarunt, quemadmodum præterea ex oratione Q. Fuſii Caleni pro Antonio, apud eundem Dionem, abunde conſtat. *Lib. 46.*

Non abſque ratione itaque Cicero à multis reprehenditur, quod in illo diſſidio, & bello civili Pompeiano & Cæſareano, admodum lubricus & inconſtans fuerit. *Ad Attic. l. 7. epiſt. 19. & l. 8. epiſt. 9. l. 10. epiſt. 4.* Nam durante bello ſecutus eſt partes Pompeii, licet ipſius animi deiectionem atque negligentiam reprehenderet,

ret & in epiſtolis ad amicos, C. Cæſarem belligerantem, tyrannum, portentum, atque monſtrum vigilantiſſimum vocaret; profligato autem & extincto Pompeio, quum Cæſar multis ignoſceret, ſtylum vertit, & tribus habitis orationibus, ad cœlum uſque laudibus eum efferebat, quumque ſibi fieri Cæſar inſidias audiiſſet, ſeque ſatis vixiſſe nonnunquam diceret, ille deprecatur, & orat, ut hanc opinionem deponat. Nam etſi gloria ſit cumulatiſſimus, ideoque ſibi quidem ſatis vixerit, non tamen ſatis vixiſſe Reipublicæ, quæ præſidio ipſius atque tutela carere nondum poſſet: de periculo non eſſe, quod ſit ſollicitus. Nam omnes, inquit, tibi non modo excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus, & corpora pollicemur. A nece vero Cæſaris mirum in modum exſultabat & τυραννοκτόνους qui illum occidiſſent, eam gloriam conſecutos eſſe dicebat, quæ vix cœlo capi poſſe videretur. Ideo cædem Cæſaris vocat divinum in Rempublicam beneficium. Mirum igitur non fuit, quod dum Antonium miro odio, à morte Cæſaris, quaſi is Rempublicam everteret, perſequeretur, & C. Octavio, qui Cæſari ſucceſſerat, nimium fideret, ab eo deſtitutus, in manus Antonii hoſtis traditus fuerit, qui caput eius præciſum, in magis conſpicuo, quam cætera, loco, pro Roſtris, cum exquiſitis ludibriis poni iuſſerit, ut quo loco in ipſum concionans Cicero, auditus fuiſſet, ibi caput eius cum dextra conſpiceretur. Fulvia autem uxor Antonii, id caput arreptum, priuſquam auferretur, inſultansque amarulentis verbis, & conſpuens, genibus ſuis impoſuit, orique eius aperto, linguam extractam acubus (quales ſecum comendi cauſa mulieres ferunt) compunxit, additis crebris & turpibus opprobriis, ut Dio refert. Eodem modo Appianus Alexandrinus interitum Ciceronis prolixe deſcribit. Etſi autem, ut diximus, Cicero in ſua vita habuit inimicos plurimos, eosq; potentes, tamen etiam poſt eius mortem non pauci, veteres & recentes, reperti ſunt, qui eius facta & ſcripta mirifice exagitarent, eique multa flagitia adſcripſerunt; Inter illos eſt Quintilianus: Satis conſtat, inquit, nec Ciceroni quidem obtrectatores defuiſſe, quibus inflatus & tumens, nec ſatis preſſus, ſupra modum exſultans & ſuperfluens & parum antiquus videretur. Legiſti utique, Calvi & Bruti, ad Ciceronem miſſas epiſtolas. Ex quibus facile eſt deprehendere, Calvum quidem Ciceroni viſum exanguem, & attritum: Brutum autem otioſum atque diſiunctum: Rurſumque Ciceronem à Calvo quidem male audiviſſe, tanquam ſolutum & enervem: à Bruto autem (ut ipſius verbo utar) tanquam fractum & elumbem. Si me interroges, omnes mihi videntur verum dixiſſe, &c.

Pro Marcello.

Lib. 9. epiſt. famil. 28. epiſt.

Lib. 47. De bello civili lib. 4.

Dialogo de Oratore, f. (mihi) 622

CAPVT

CAPVT XL.

Additamentum prioris capitis, De adverſariis & amicis Ciceronis.

RΕcenſuimus Ciceronem & ſuperſtitem & defunctum plures habuiſſe hoſtes, & reprehenſores, tam veteres, quam recentes. Inter hos autem eſt Petrus Quiqueranus Belloiocani Epiſcopus, qui aliquot folia, acriter illum inſectando, complevit, neſcio quo zelo ductus, certe ut manifeſto apparet propriæ laudis encomio, quam ſibi ipſe Cicero paſſim tribuit, potiſſimum offenſus. Sed an recte perperamne fecerit, aliorum iudicium eſto. Non ſolum enim illi genus ſordidum, iactantiam immoderatam, levitatem inconſtantiam, periurium, timiditatem, mollitiem, vanitatem, proditionem ingratitudinem, ignaviam, ſceleratam ambitionem, ſatis acerbe attribuit, ſed ita demum ſuam invectivam concludit: Tu reus, tu patronus, tu iudex geſtorum tuorum memoriam exaggeras, evehis, miraris, iamque in ſententiam tuam pedibus is, geſtis, ſubſultas, exilis; nec mirum, quod tam ſeverum, horrendum, anceps iudicium evaſeris. Sit ſatis Reipublicæ illuſiſſe, tam feſtivo illo verſiculo, quo fortunatam Romam iudicaſti, conſulatu tuo, qui tot fortiſſimorum civium exitio ſtetit; ſervatam dicis, neſcio an tui contemptu præbueris anſas audendi. An parum eſt iſta tua petulantia, morboque animi, quem male diſſimulaſti, oppleviſſe aures Senatus graviſſimi? Etiamne tranquillæ poſteritatis oculos ſollicitas inſolenter? Rogo, num tu ſolus, illo tam felici ſeculo, laude dignus? Dic, quanto intervallo C. Cæſarem, qui tam modeſte de ſe ſentit, vel ingenii gloria, qua ſola valuiſti, ſuperaveris? Dicam aliud, ut faſtidio meo iuſtiſſimo vel id indulgeam, non dubium, ſi C. Plinii ſcripta, in quibus Cæſari ingenii palmam ingentem detulit, videre contigiſſet: qui graviſſimus vir, aut provinciam expilaſſet, aut in Rempub. coniuraſſet. Sed heu deflendam magis atque magis mortalium ſortem, quibus ſemel fato functis, non detur in vitam regredi. Scio, pater vatum, Homere, audita, ex tot Romanorum umbris, catervatim affluentibus, tanti bellatoris gloria, quique Pantheras, ut voluit, fugavit ex Cilicia, indeque Imperator appellatus, cupidiſſime te in ſuperas auras perrupturum, quo reginam hanc Arpinatem (ne invideas interim Alexander) carminibus celebrares, modo ne tam liberali ſui de ſe encomio, non præbita, ſed præcepta mentiendi occaſio videatur. Sed ohe quo pervecti ſumus impetu? parcamus manibus tuis, Marce Tulli, etiamſi tu auribus noſtris minime pepercerſti?

De laudib provinciæ. lib. 1.

ciſti ? Repleſti nauſea ſtomachum meum tui laudatione tam procaci, An mirum ? Siccine nobiſcum animi impotentia ? ſic tentari patientiam noſtram ? ſic iudiciis illudi ? numne vel ſecuturæ ætatis ingenia tam ſuperbe contemſiſti ? viceris maternæ linguæ profluentia, quando inimitabili flumine decurris : certe vera fatentibus eruditionis opulentia longe ſuccumbis. Nec ſcio an ipſa etiamnum oratione ſcriptorum, in tua lingua, genus omne tam facile deſpicias ? Equidem, ut iudicium quoque meum, etſi non uſque firmum ætatibus, adducam, neque tu ſententiis tam gravis, quam Seneca ? neque maieſtate verendus, quam Plinius ? certe tenore ipſo, & ſponte fluentis orationis gratia longe omnium beatiſſimus : quemque qui aſſequi & æquare vellet, mirum dicam, maius operæ pretium non imitando facturus ſit. Qua dote undique ampliſſima, ſi animum meum non raro præ voluptate confudiſti, eundem profecto cœco iſto tuo, nec ſine acerbiſſimo invidiæ ſcelere, gloriolæ affectu, multo magis exulceraſti. Non potuimus ſtomacho exundantem bilem exprimere, nec leviter indoluimus, quando libris tuis, avide in manus aſſumptis, eblandiente uſque divina dicendi copia, non levi gaudio delibuti, iam tum occurrente plane puerili iactantia, ipſo impetu excuſſi ſumus. Neque enim ſumus ſortiti id genus ventriculi, ut talia concoquere poſſimus, malitia an non, dico. Quod ſi qui ſint tam obdurato appetitu, ut hæc velut abſynthio epoto, ſine nauſea tranſmittant, non equidem invideo, miror magis: Vt interim cuivis conſtet, nullo odio, nulla invidia, à qua tam longe abſum, quam ab ipſo ſeculo Ciceronis, hæc in hunc locum accerſita, ſed fide iubente pro me conſcientia, & liberi ſaltem animi profeſſione, quantulacunque ſunt, ſublevando affectui meo, data. Quod vero aliquantulum evagati ſumus, rationem, ſi non aliam adducere iuvat, interim demus, quod evagari libuerit.

Hæc ex Quinquerani invectiva huc inſerere volui, non quidem ut Ciceronis præſtantiſſimas virtutes, & præclariſſima dona, veluti enervare cuperem, ſed ut inde manifeſtius appareat, eum, ut dicebam, detrectatores & adverſarios in vita & poſt mortem habuiſſe, neque prorſus vitiis caruiſſe. Habuit autem, ut antea diximus, ut ſemper ſuos obtrectatores, ita & præcones, defenſores, & vindices habebitque in poſterum quoque, ſicuti libri præſtantiſſimorum virorum id, ſuo teſtimonio, prædicant, & poſteritati notum fecerunt, ita ut ſatius fuiſſet, ipſius vitia ſilentio texiſſe, quam eius manes intempeſtive turbaſſe. Quare Ciceronem non immerito Plinius, poſtquam celeberrimorum Romanorum virtutes prædicaſſet, ita hoc pulcerius encomio alloquitur; Quod Quinquerani invectivæ, qua non dubitabat ille Plinio etiam Ciceronem poſtponere, non immerito opponimus

Natural. hiſtor. l. 7. c. 30

mus

mus: Sed quo te, M. Tulli, piaculo taceam? quove maxime excellentem inſigni prædicem? quo potius, quam univerſi populi illius gentis ampliſſimo teſtimonio, & tota vita tua conſulatus tantum operibus electis? Te dicente, Legem Agrariam, hoc eſt alimenta ſua abdicaverunt tribus. te ſuadente, Roſcio theatralis autori legis ignoverunt, notataſque ſe diſcrimine ſedis, æquo animo tulerunt: te orante, proſcriptorum liberos honores petere puduit: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proſcripſiſti. Salve primus omnium parens patriæ appellate: primus in toga triumphum linguæque lauream merite, & facundiæ Latiarumque literarum parens, atque ut dictator Cæſar (hoſtis quondam tuus) de te ſcripſit, omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus eſt ingenij Romani terminos in tantum promoviſſe, quam imperij. Hactenus de Cicerone Plinius. Poſtremo de monumento Ciceronis, & ubi fragmenta de eo reperta ſunt, antea diſſerui. Hoc tamen nunc addo, quod ſtudioſi antiquitatum oſtendant ejus ſepulchrum, ex Joviani Pontani ſententia, in angulo, qua ſe via Cajetana in Appiam fundit, cujus ætate volunt repertum fuiſſe fragmentum epitaphij Ciceronis.

Iuvenalis. *Roma patrẽ patriæ Ciceronem libera dixit.*

CAPUT XLI.

De magnitudine animorum, & pulchritudine corporum, nonnullorum heroum priſcorum & recentium.

Sapientiſſimus ille Socrates, inquit eximius & præſtantiſſimus vir, Hippol de Collibus, præ cæteris pulchros ad Philoſophiæ ſtudia admittebat. De pulchritudine hic loquitur, quam Cicero in dignitate, non in venuſtate, ponit: Quoniam, ubi vera pulchritudo, ibi quoque ingenium pulchrum: in fucata vero & muliebri pulchritudine, omnia fucata. Dignitas corporis, apta compoſitione membrorum, movet oculos, & delectat vel hoc ipſo, quod omnes partes, cum quodam lepore, inter ſe conſentiunt. P. Scipio Africanus major, formæ dignitate, barbaris in Hiſpania admirationi fuit. Tanta ſpecie, ait Jovius, ad exprimendum omne decus in magno Sfortia, diſſimilium rerum partes, ratione, atque ordine reſpondebant, ut à rudibus ruſticaniſque, qui eum nunquam vidiſſent, pari inter multos cultu, & ſæpe ſine comitatu, uti omnium Princeps atque Imperator ſalutaretur. Experientia ſane teſtatur, in pulchris, & firmis, à vitio vel nota externa, corporibus plerunque egregiam mentem, & raras virtutes latere. Hoc Sophitis Indis, teſte Diodoro Siculo, ignotum non erat. Apud illos

In conſiliario *In vita Magni Sfortiæ.* *Biblioth. l. 17. mihi fol. 368.*

illos erat pulchritudo corporis, præ omnibus, in magna exiſtimatione, atque in ipſa infantia puerorum diſcrimen faciebant, ut, qui membra, ac naturam ad bonum corporis ſtatum, & robur idoneum habere viderentur, eos educarent. Quibus autem corpora eſſent infirmiora, iis alendi curam impendere ſupervacaneum exiſtimarent, ac mortem inferrent. Pariter & in matrimoniis contrahendis, neque dotis, neque magni apparatus, ſed formæ duntaxat, & proceritatis corporum ratio habebatur. Propterea earum civitatum indigenæ, cæteris hominibus, ſpecie honeſta, longe præſtabant, & ante omnes ipſe Rex Sophites, & inſigni forma, & corporis magnitudine, cubitis quatuor eminentiori ſpectabilis, tunc Alexandro obviam è regia ſua progreſſus eſt, ſeq; & totum regnum in ejus poteſtatem dedidit, atque illud à benigno victore, rurſus obtinuit.

Carolum quoque Magnum (ut ad noſtratia propiora magisque nota veniam) non ſolum eximia magnitudine animi, & multis egregiis virtutibus fuiſſe præditum, notum eſt, ſed etiam dignam Imperio formam, ſive ut cũ Euripide loquar, εἶδος ἄξιον τυραννίδος, habuiſſe, Einhard⁹, Engoliſmẽſis, Paderbornenſis, in ejus vita, Crantzius & alij hiſtorici ſcribunt, corpore robuſto, ſeptem pedes ſuos procerum, capite rotundo, oculis prægrandibus, & vegetis, naſo paulo majore, facie læta, & hilari, inceſſu firmo, voce clara, valetudine proſpera, cervice breviore & ventre projectiore: ita ut ex hac pulchra & decenti conſtitutione generoſa & præclara indoles, rectius apparuerit, ſicut B. Ambroſius quoque obſervavit, dicens, ſpecies corporis & ſimulacrum mentis, figuraque probitatis. Ob hanc rem Euripides quoque Priamum commendat: Priami, inquit, ſpecies digna Imperio. Turpinus ſane Caroli Magni ſtaturam & faciem ita deſcribit. Fuiſſe eum capillis brunis, facie rubeum, corpore decorum, & venuſtum, ſed viſu efferum. Statura (pedibus ſuis) erat in longitudine octo pedum, ſuorum ſcilicet, qui erant longiſſimi, ampliſſimis renibus ventre congruus, brachiis & cruribus groſſis, omnibus artubus fortiſſimus, certamine doctiſſimus, miles acerrimus. Habebat in longitudine faciei ejus unum palmum, & dimidium, & barba unum, & naſus circiter dimidium, & frons ejus erat unius pedis. Oculi leonini ſcintillantes & carbunculi, ſupercilia oculorum ejus dimidium palmum habebant. Statim perterritus erat, quem ipſe, ira commotus, apertis oculis conſpiciebat. & c. Hæc ex Turpino, qui coætaneus Caroli habetur, recenſere volui. Verum autem hæc delineatio Caroli, reliquis ejus ſtatuis, & imaginibus antiquis conveniat, affirmare nolo, cum præſertim hic autor, ex aliis fabuloſis rebus admodum ſuſpectus ſit. Et memini, me aliquot ſtatuas, & picturas, Carolum repræſentantes, unam quidem Fuldæ, alteram in Curia noſtra videre, ex quibus licet ſatis manifeſtum ſit, ipſius

Lib. 2. Sax. cap. 7.

Lib. 2. de virginib.

In hiſt. c. 29.

proce-

proceritatem ſuperaſſe mediocritatem, attamen giganteum corpus cum non habuiſſe apparet. Sed ad magis veriſimilia veniamus.

Ludovicus ſane, Rex Galliarum, quem Sanctum appellant, cum ob alias virtutes, Rege & Heroe dignas, tum maxime celebratur, quod à Melaxala, Sultano Ægypti, expugnata Damiata, circumventus & captus, dum iniquiſſimas conditiones propoſitas conſtantiſſime recuſaſſet, & ab hoſtiũ furore, qui proprium Sultanum trucidaſſent, in maximo eſſet periculo, irruentibus illis ſtrictis gladiis, ad Regem, ut illum quoque occiderent vel ad nefarias conditiones adigerent, ſuæ majeſtatis ore, & dignitate vultus, licet æger decumberet, rabiem eorum cohibuit; ita ut furor inſaniaque reſiderit, ſicut Paulus Æmilius id prolixe deſcribit. Ob ſimilem majeſtatem, conſtan- *Lib.7.hiſt.* tiamque regiam, & virtutes heroicas, antea celebravimus Alfonſum, Regem Arragoniæ, quæ etiam recte à Pandulpho Collenutio, in captivo ſi- *Hiſtor.* nito prælio navali, cum Genuenſibus victoribus, ita prædicatur: Nec mihi *Neapol.l.6* hoc loco videtur ſilentio prætereunda eſſe, ſingularis Alfonſi magnanimitas,, vere regia. Is enim, etſi captivus eſſet, terra mari que tamen, Mediolani, & omnibus aliis locis, ſemper eo vultu, conſtantiaque, majeſtateque fuit, locutus eſt, imperavit, & obeditum illi fuit, non ſecus, ac ſi liber, atq; victor ipſe extitiſſet. Nam, ut cætera omittamus, cum Iſchiam deductus, juberetur à navis præfecto imperare civitati, ut ſeſe illa Genuenſibus dederet, reſpondit fortiter, ſe id facere nolle, nec ſperare eos, de ſua ditione, vel lapidem unum occupaturos, ſine armis & ſanguine: ac ſcire etiam, nullum, ex ſuis ſubditis, hujuſmodi mandatis pariturum, quando eſſet captivus. Adeoque confudit eum navis præfectum, ut Blaſius, ſummus claſſis Imperator, neceſſum habuerit, tunc illum blandis verbis placare, & oſtẽdere, id illi à præfecto, non ſuo nomine, ſed ipſius ſola imprudentia fuiſſe mandatum. Quamobrem dicebant omnes: Vnum Alphonſum, in quacunque fortuna merito Regem eſſe, atque vocari.

De Maximiliani I. laudatiſſimi & præſtantiſſimi Imperatoris majeſtate & autoritate antea multa egregia congeſſimus, ſed ejus virtutes *Cent.2.c.6.* heroicæ eximiæ merentur, ut plura addantur. Illum Cuſpinianus ita deſcribit: Hunc Imperatorem humaniſſimum, ſtatura fuiſſe quadrata, in qua Cæſarea Majeſtas reſplenduit. Nemo non hunc Imperatorem eſſe, etiam externus, inter triginta maximos Principes, antea non viſum, cognoviſſet, tanta erat oris probitas. Eadem obſervavit, & in ſuam hiſtoriam inſeruit, Gerardus de Roo. Erat, inquit, in eo eximia quædam magnitudo, quam in rebus proſperis moderatio, in adverſis conſtantia & fortunæ contemtus ſequebatur. Liberalitatem ita coluit, ut multorum ob eam incurreret reprehenſionem, dum nihil ſibi defuturum ſperans, *In hiſtoria Auſtriaca.*

pecuniæ ſtudium contemſit. In congreſſu comis erat, & affabilis: ſermonem, inter familiares, doctis ſalibus condiebat ipſe, neque aliorum in dicendo libertatem ægre ferebat. Honeſtatis, gravitatis, temperantiæque, & caſtitatis ubique exempla præbebat, quas virtutes in eo commendatiores ciebat, inſigne oris decus, formæque ac ſtaturæ modus tantæ Maieſtati conveniens.

His heroibus adjungendus eſt Franciſcus I. Rex Galliarum, de cujus
Cent. 2. c. 6. virtutibus Regia majeſtate dignis, licet alias memorabilia recenſuerim, ta-
In Catalo- men ejus, quæ ſequuntur, præconia omittere non potui. Ita enim de eo ſcri-
go gloriæ bit Bartholomeus Chaſſaneus: Franciſcus Francus, Rex noſter, qui fuit,
mundi 9. & eſt ingenti pulchritudine decoratus, antecedens omnes homines totius
par. 19. regni, tam pulchritudine, proceritate, eloquentia, clementia quam placabi-
conſid in litate, & quod magis eſt, fortitudine Has eximias, & quidem vere regias do-
fin. tes, aperte, & cum admiratione Cæſareanorum, declaravit captivus, poſt
In vita prælium Ticinenſe, ſicut id Arnoldus Ferronus eleganti ſtylo poſteritati
Franciſci tradit. Rex, inquit, poſt prælium captus, Piſſeonū ingreſſus, viſus eſt quid-
lib. dam efflagitare à Borbonio & Lanoio, recipientibusq; illis, futurum ut acciperet, alia cum expectarent, petiit, ne pueros Gallicos, qui capti erant, Italicus miles attrectaret. Si quos cepiſſet, Hiſpano redderet, permutatis captivis, atque ita petiit, pudicitiæ eorum conſulens. Id libentiſſime Borbonius Lanoiusque conceſſere Mox totis caſtris per tubicines, edicto propoſito, plus quam ſexcenti adoleſcentes, liberali egregiaque forma, Hiſpanis redditi: quorum pudicitiam deploratam, ſi apud Italos manſiſſent, omnes fatebantur. Cœna apparata accubuere cum Rege, Borbonius, Lanoius, & Alphonſus Valtius, cum diu fruſtra deprecati eſſent, ne accumberent. Lanoius argenteam lancem lavanti Regi, Valtius, hydria argentea, aquam infundebat: Borbonius, ad manus abluendas, mantile obtulit Idem honos, idem cultus, eadem in captum obſervantia quæ fuiſſent florentibus rebus, capti magnitudine animi factum undiaque hoſtibus; poſt cœnam venit ad Regem ſalutandum: Ferdinandus Davalus Piſcarius, cum quo in multam noctem Rex protraxit ſermones graviſſimis de rebus. Ita captivus mirabiliter homines movebat, &c. Paulo poſt, idem Ferronius comparationem Caroli V. & Franciſci Regis, in ſuam hiſtoriam inſeruit, quæ in alio capite commo-
Lib. 5. c. 9. dius referri poterit. Quare in hiſtoria Marchionis Piſcarij hoc encomium
Li. 3 cent. huic Regi datur: *El Rey Franciſco era lagentilezza y corteſia del mundo.* Re-
2 c 6. cte itaque exclamat Egeſippus: Tanta eſt virtutis gratia, ut frequenter etiā hoſtem delectet: & Homerus (quem antea allegavimꝰ) merito virtutem in Vlyſſe naufragio [illegible] ita commendat: O homines. ſit vobis curæ [illegible], quæ & cum naufragio ſimul enatat, & in littore nudum ejectum

ctum Phæacibus venerabiliorem oſtendit Ex hoc conſtat, doctrinam Cebetis veram eſſe: NVLLO INFESTARI nocumento eum poſſe, qui VIRTVTIS munimento ſe obvelavit, conſepſitque. Ea enim eſt, adverſum vitia & mala, ceu antipharmacum potentiſſimum, non ſecus ac viperæ poteſtas venenoſa, contra id genus feras alias: quippe ferunt morſos à vipera, à venenatorum nullo attingi. Poſtremo Plauti encomium virtutis eſt memorabile. *Amphitruon. act. 2. ſc. 2.*

> *Virtus*, inquit, *præmium, eſt optimum:*
> *Virtus omnibus rebus anteit profecto.*
> *Virtus omnia in ſe habet: omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus.*

Et quæ ibidem plura habentur.

CAPUT XLII.

De peculiaribus donis Regum & Principum nonnullorum ſanandi ægrotos, & peculiaribus eorum notis.

ETſi gentiles ſæpenumero, partim errore, partim adulatione, ſuis Regibus & Principibus peculiaria χαρίσματα & dona ſanandi, & morbos curandi, atque alias peculiares & veluti divinas notas adſcripſerunt, tamen ea, tanquam ſuperſtitioſa & inania, non diu duravere, neque fidem plenam meruere. Ita enim ſcribit Plutarchus de Pyrrho Rege Epirota *In ejus vita.* rum, E liene laborantibus ſalutem a‍fferre credebatur, (Pyrrhus) ſi gallum album mactans, ſupinatis illis, dextro pede leviter ſplenem premeret, neque fuit quiſquam ita pauper vel vilis, cui rogatus eam medicinam facere dedignaretur: gallum ipſe Pyrrhus accipiebat, atque immolabat, isque ei honor erat gratiſſimus. Et ferunt pedis ejus pollicem vim divinam habuiſſe atque etiam, cremato poſt mortem corpore, hunc illæſum intactumque ab igne fuiſſe repertum. Eadem ſcribit Homerus de Achille. De Veſpaſiano ita ſcribit Svetonius: E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, ſedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valetudinis, demonſtratam à Serapide, per quietem, reſtituturum oculos, ſi inſpuiſſet, confirmaturum crus, ſi dignaretur calce contingere. Cum vix fides eſſet, non ullo modo ſucceſſurum, ideoque nec experiri auderet: Extremo hortantibus amicis, palam pro concione, utrumque tentavit, nec eventus defuit. Sed ejuſmodi falſas curationes in fictis morbis, præſtigiis diabolicis fieri poſſe, & ſæpius factas eſſe & olim, & noſtro tempore, conſtat. Vetus eſt de Aſpaſia, quæ tumorem oris, in ipſo mento teterrimum, *In ejus vita.*

Dominica 14 poſt Tri.

ex oraculo ſerta roſea, Veneri dicata, cum alias non poſſet, curavit, & eo ſublato, venuſtate omnes puellas ſuperavit. De hac puella talem aliquando in extemporanea homilia mentionem intulit Melanchthon: illa Aſpaſia ſcabiem habuit in facie, quæ non potuit curari. Habuit ſomnium ut ex roſis, quæ erant in capite idoli Veneris, faceret oleum, quo vngeret faciem, & faciens hoc, eſt curata, Hiemit hat der Teuffel auch ein ſonderlich Vnglück wöllen anrichten. Et ut confirmaret idololatriam, & ut præberet occaſionem illis tantis peccatis, quæ fuerunt in infeſtis libidinibus. Solche Ding kan der Teuffel wohl thun. Poteſt eſſe, quod Diabolus fuerit, cauſa illius ſcabiei in facie, daß er den Einſprung gemacht hab/ vnnd hernach wider hinweg genommen: ſicut ſæpe fit, ut mulieres veneficæ tale quiddam faciant, zaubern einen Kolen/ oder ſonſt etwas/ in ein Glied/ vnnd darnach können ſie es wider hinwegnehmen/ wann ſie wöllen/ Das kann der Teuffel wohl thun. Non tamen poteſt facere illa: reſtituere vitam mortuis, item anum effœtam facere fœcundam, ſiſtere curſum ſolis, & multa alia, quæ inimitabilia Diabolo ſunt, quæ ſunt teſtimonia divinæ potentiæ in Eccleſia.

De ſacris Regum, Reginarumq; & eorum coronationibus lib. 2.

Sed ad noſtratia & magis recepta veniamus. Res amplius non obſcura, ſed trita eſt, Reges Galliæ legitime in regno ſuccedentes, & antiquis atque receptis ceremoniis coronatos (ſicut illum actum prolixe deſcribit Joan. Tilius, in Commentariis rerum Gallicarum) peculiare donum habere curandi ſtrumas, pronuntiatis talibus verbis ſolemnibus. Tangit te Rex: Sanet te Deus, ut quidam arbitrantur. Quæ tamen verba Tilius omittit, & ita, finitis coronationis ceremoniis, ſcribit: Rex profectus Remis, ſolet ad ſanctum Marcolphum novendiales ferias agere, nec ante curat eos tactu, quibus ſtrumæ infeſtæ ſunt: quod per vetus inſtitutum eſt. Rex Philippus pulcher moribundus filium maximum Ludovicum Huttinum Regem informavit, & rationem docuit tangendi eos, qui ſtrumis laborabant, exponens ſancta & religioſa verba, quibus inter tangendum utebatur. Commendavit ſanctitatem vitæ, & ad hanc curationem tactus, & ex ſcriptura demonſtravit, non exaudiri à Deo vitioſos, neque ab illis edi miracula. Hæc χαρίσματα & dona etiam durare, ſi Rex extra regnum & quidem captivus ſit, Ferronus ſcribit. In Hiſpania (inquit, de Franciſco I.) ægros ſanavit, ſtrumis ſcrophuliſque, quod ei ſingulari veluti prærogativa, à Deo Opt. Maximo, conceſſum, vetus eſt opinio. Hoc teſtimonium etiam perhibet Comminæus Ludou. XI. quod ex more Galliæ Regum curaſſet ægrotos qui ſtruma vexabantur. Adſcribam quoque teſtimonium hac de re Papirij Maſſoni. Chærades Græci, inquit, nos ſtrumas vocamus, quæ nihil aliud ſunt, quam glandulæ induratæ. Nangius in vita Ludovici narrat, cum deceſſores Reges, in tangendis ſtrumoſis, ſigno crucis uſi non eſ-

In vita Franciſci I. fol. mihi 203.

In Comment. lib. 9.

Annal. l. 3.

ſent

ſent, illum primo uti cœpiſſe. Hanc vim Regibus Galliæ à Deo datam, ut ſolo tactu ſtrumas ſanent, pro re certa habetur, ad eoſque ex ultimis Hiſpaniæ finibus, ſtrumoſi adcurrunt, &c. *Hiſt. Suevorum l. 2. c. 15.*

Hæc dona ſanandi Felix Fabri etiam domui Habſpurgicæ attribuit. Legimus, inquit, in Chronicis comitum de Habſpurg, quod tantum donum gratis datum habeant, ut quicunque ſtrumoſus, aut gutture globoſus, de manu alicuius Comitis de Habſpurg. potum acceperit, mox ſanum, aptum, & gracile guttur reportarit. Quod ſæpe viſum eſt in valle Albrechtsthal. in Alſatia ſuperiori, in qua ſunt homines ſtrumoſi naturaliter, qui paſſim prædicto modo ſanabantur, dum vallis adhuc eſſet illorum Comitum, vel Auſtriæ Ducum. Inſuper (pergit idem) notorium eſt, & ſæpe probatum, quod dum quis balbutiens eſt, vel impeditioris linguæ, ſi ab uno principe, de præmiſſis, ſine alio quocunque ſuffragio, oſculum acceperit, officium loquendi diſertiſſime ætati ſuæ congruum, mox potenter obtinebit. Atq; (pergit ille ibidem) ſi cui placet videre, quomodo etiã gentilibus nobilib⁹, ante Chriſti incarnationem, datum, ſit, inſolita operari, legat Valerium Maximum. Audivi etiam à iuventute & hodie vulgus dicit, & fama publica eſt (quamvis ſcripium non invenerim) quod præfati Comites de Habſpurg, ab utero matris ſuæ, crucem auream in dorſo habeant, hoc eſt, piloscandidos, & mirum in modum crucis protractos. Nec hoc mihi difficile eſt credere, cum Marcus Venetus in Itinerario ſuo, ſimile ſe inveniſſe, recitet. Perambulans enim 45. annis regiones Aſiaticas, in Corzanorum regnum devenit. Illi Reges licet ſint ſub Rege Tartarorum, ſe tamen nobiliores præ aliis terræ Regibus eſſe iactant, ex eo, qui cum naſcuntur, ſignum aquilæ nigræ, ſuper humeros ſuos, de utero matris ſuæ, producunt, & per dies vitæ hoc Imperiali ſigno ſunt inſigniti. Nobiles ergo, aliquo ſingulari dono à Deo inſigniti, præter potentiæ & divitiarum præeminentiam, ſunt merito magis plebibus honorandi, metuendi, ſupportandi & tuendi, &c. Hæc ex illa Suevorum hiſtoria huc inſerere volui: quorum ſit fides penes autorem. Non enim memini, me alibi de hac prærogativa domus Habſpurgicæ vel Auſtriacæ legere, multo minus eam huiuſmodi donis ſanandi uſam eſſe. Neque illa tam memorabilia & peculiaria ab aliis praſtantiſſimis hiſtoricis, qui genealogias eius regiæ proſapiæ, & res geſtas accurate ſcripſerunt, forſan omiſſa eſſent. *1. lib. c. 4. & 4.*

De peculiaribus autem ſignis & notis, in infantibus regiis, & illuſtrioribus, res notior eſt, ut etiam nunc taceam, de notis curandi tactu ſtrumas (quæ Regib. Angliæ etiam competere nonnulli affirmant) ex relatu fide dignorum hominum cognovi, potentiſſimum Regem Britanniæ nunc regnantem, ex utero materno, certa ſigna regia, non obſcura, recens natum, Leonem videlicet & coronam, in corpore impreſſa protuliſſe; quidam etiam

addunt

addunt gladium. Quæ profectò impreſſiones & notæ maximas res portendunt, & maiorem requirerent explicationem.

Non prætereunda ſunt ea, quæ Abrahamus Bucholtzerus memoriæ tradidit, utpote admodum memorabilia & obſervatu digna. *In Indice Chronolog.* Iohannes Fridericus, inquit, Elector Saxoniæ, Ioannis filius, in lucem editus, 30. Iunii, anno 1503. futuri ſui fati omen, ex alvo materno, ſecum tulit. Nam ut ex hominum fide dignorum ſermonibus accepi, naſcenti viſa eſt in dorſo crux, aureo colore fulgens, quam ubi conſpexit, à matronis aulicis acceſſitus Sacerdos, vir pius, & admodum ſenex, pro omine hoc arripiens, HIC PUER, inquit, crucem geſtabit, toto orbi conſpicuam, cuius indicium tam manifeſtum in ipſius ortu ſeſe exerit. Eius rei initium quoddam hoc fuit, quod mater Sophia die poſt partum duodecimo extincta eſt. Hæc ideo annotamus, quod à nemine literis hactenus ſint prodita, non indigna tamen, quæ ad poſteritatis memoriam tranſmittantur, cum eventus præſagium hoc manifeſtò declararit & comprobarit. Hæc Bulcholtzerus.

CAPUT XLIII.

Reges & Principes plerumque per Legatos ſua negotia rectius & minori periculo, quam ſi ipſi conveniant, expedire poſſe.

ETſi ſæpenumero Reges & Principes coram ſuas controverſias conciliare & deponere conati ſunt, tamen hoc perraro optatum exitum habuit, dum levi de cauſa, subortis ſuſpicionibus, ex variis delationibus, quæ plerumque ex adulationibus ortum habuerunt, magis commotis atq; exacerbatis quam amicis animis, ad ſua reverſi, neque, licet ad tempus ſimularint, ſincere inter ſe unquam convenerint. Præclarum documentum habemus in Friderico & Wilhelmo, Ducibus Saxoniæ, fratribus, qui de regionum & ditionum ſuarum diviſione plures habuerunt conventus & tractationes, ſed eos omnes inanes. Cum enim Wilhelmo datum eſſet negotium dividendi, Friderico eligendi, Fridericus eligeret Thuringiam, frater vero illi cedere nollet, maior quam antea diſtractio animorum, per plures annos, inter eos ſecuta eſt, ſicut Georgius Fabricius pluribus notavit. *In Cronico Miſnæ.* Tandem anno 1453. fratres iſtos duos hoc modo in gratiam rediiſſe, ſcribit Æneas Sylvius. Rogarat Fridericus germanum ſuum, ut ad ſe veniret, acturos ipſos coram de pace: annuit Wilhelmus: Cui iter ingreſſo *In Europa cap. 32.* dixere nonnulli conſiliarii, paratas eſſe ipſi & comitibus inſidias, caveret, ne ſe perditum iret, neve ſuos ad necem daret. Quibus ille; At ego inquit, libens moriar, ſi vos prius necatos videro, qui fraternas contentio-

taes alitis. Atque ita locutus, ſequi juſſit. qui ſe amarent, urgenſque calcaribus equum, feſtino curſu, fratrem adiit, cum quo, ſemotis arbitris, è veſtigio pacem compoſuit, fœduſque pepigit Magnus vir, qui ſe tam liberaliter in poteſtatem dederit hoſtis. Magnus & alter, qui hoſtem ex fratre factum, rurſus fratrem atque amicum reddiderit. Hucuſque Silvius. Præclarus & rarus hic caſus eſt, cum præſertim contentiones & odia fraterna, non ſolum diuturna, ſed etiam gravia & atrocia eſſe ſoleant adeo ut experientia proverbium, fraterna odia, Cainica dixerit, & introduxerit.

In contrariam partem plures tam veteres quam recentes hiſtoriæ extſtant: In quibus Cominæus elegans eſt, & id, quod ſe præſente, inter Ludovicum XI. Galliæ Regem, & Carolum Burgundum, aliquoties acciderit, diligenter notat, ubi inter alia ita monet: Imprudenter faciunt principes, æquali potentia præditi, meo quidem judicio, quod in collocutionem ipſi deſcendunt, niſi forte ea ſint ætate, ut præter jocos, & ludum, nihil ſpectent aliud. Nam poſteaquam grandiores evaſerunt, & æmulatio aliqua cœpit inter ipſos oriri (quod fere fit) non eſt conſultum ut ipſi congrediantur, ac longe præſtat, ut controverſias, & quicquid eſt negotiorum, curent per legatos, viros bonos atque prudentes, componi: & quoniam multo rerum uſu compertum iſtud habeo, non gravabor, quod viderim ipſe, commemorare. Ludovicus paulo poſtquam ad ipſum erat delatum Imperium in colloquutionem venit, cum Rege Caſtiliæ, qui ad Fontem rapidum acceſſit; magno comitatu venit etiam eo Regina Arragoniæ, cui cum Henrico lis erat. Colloquio fuit delectus locus, prope flumen, quod Galliam ab Hiſpania dividit. Bis modo colloquebâtur, neque prolixe admodum, prorſus ex arbitrio Turpedenſis Archiepiſcopi, cujus apud Henricum ſumma erat auctoritas. Ipſorum domeſtici famuli, qui Bajonæ habebant hoſpitium, primo ſtatim adventu, inter ſe pugnarunt. Henricus erat deformior & cultu corporis invenuſtior, & ridebatur à Gallis: Ludovicus brevibus utebatur veſtimentis, & adeo neglectis, ut nihil ſupra; pileum geſtabat, diverſum ab aliis, & huic erat affixa imago plumbea. Hanc tenuitatem deridebant Hiſpani, & parſimoniæ tribuebant, atque ita quidem tunc diſceſſum fuit, excitatis utrinque ludibriis, & quum antea fuiſſet inter utroſque conſtans amicitia, cœperunt, ab eo tempore, relangueſcere, &c. Recenſet deinde, qualem exitum congreſſus Friderici, ultimi hujus nominis, Cæſaris, & Caroli Burgundi, in Trevirorum urbe, habuerit, & quod poſt aliquorum dierum colloquutionem, Cæſar tandem, inſalutato Carolo, illinc abierit, eamque rem ſecuta eſt animorum alienatio. Germani vituperabant luxum in Carolo, & genus dicendi paulo ſublimius. Burgundiones contra

Comment. lib. 3.

tra tenuitatem Cæſaris, & exiguum comitatum, & negligentiorem ornatum deſpiciebant, & eouſque proceſſit hæc æmulatio, ut adverſus Carolum, quando Noveſium obſedit, maximam Germanorum manum Cæſar adduceret.

Pergit præterea idem auctor ibidem commemorare, quid acciderit inter Angliæ Regem, apud Atrebates, qui per biduum fuit cum Carolo, ſororio ſuo, & quomodo, exulceratis animis, ab eo congreſſu, inter ſe fuerint. Addit inſuper, quum Carolus comitem Palatinum Rheni, per complures dies honorifice tractaret Bruxellæ, Burgundiones, Germanos, tanquam ſordidiores, in rebus omnibus ideo potiſſimum, quod ocreas conjicerent in lectos cubiculares, ſplendide maxime paratos, contemſerint, & levius multo, quam antea, quum non vidiſſent, de ipſis judicaverint: Germanis autem luxus ille immodicus & oſtentatio diſplicuerit. Conjungit his, quid acciderit, quum Auſtriæ Dux Sigismundus ad Carolum veniſſet, eique ditionem Phirtenſem, propinquam ſuperiori Burgundiæ oppignoraſſet, acceptis ab eo centum aureorum millibus, quum ab Helvetiis illam defendere non poſſet, & quam inter ipſos magna, & ingeniorum, & morum diſſimilitudo fuerit, ita ut Sigiſmundus reconciliatus Helvetiis, eam tandem Carolo, non reddito pretio, ademerit.

Poſtremo annectit, quod congreſſus Edvardi, Regis Angliæ, & Ludovici, Galliæ, prope Picemium oppidum, non procul ab Ambianis, plus ſimultatis, quam conjunctionis effecerit. Abſtinuerunt, inquit, quidem à bello deinceps, atque etiam interiacebat mare: ſed benevolentia nulla fuit inter eos, & quæ tum utrinque promittebant, magna ex parte violata ſunt. Sic igitur exiſtimo, (concludit is) debere Principes à congreſſibus abſtinere, modo ſalvam eſſe velint & integram amicitiam. Fieri enim non poteſt, quin ipſorum familiares, de rebus anteactis, loquantur, non abſque moleſtia, & fremitu alterius partis. Alij ſunt elegantius veſtiti, naſcitur ex eo ludibrium & jocus, atque ita fieri neceſſe eſt, præſertim inter eos, qui lingua, & ſermone, & moribus differunt. Ex ipſis quoque Principibus, alij aliis ſunt decentiores, & aſpectu magis honeſto. Iis jucundum eſt prædicari à multis, neque id fieri poteſt abſque alterius, qui deformior eſt, vituperatione. Dimiſſo conventu, paſſim ab omnibus iſta jactantur, initio quidem tacite & ſubmiſſe, poſtea vero palam & claro. Nihil enim propemodum eſt ita ſecretum, quod non efferatur aliquando, &c. Hæc prolixius recenſere ex Cominæo volui, cum ſint non ſolum memorabilia, ſed valde quoque utilia.

Sed ad alia huic noſtræ meditationi convenientia veniamus, nempe congreſſum principum potentiorum eſſe periculo-

ſum ob incidentes ſuſpiciones, æmulationes & perturbationes. Id Maximilianus primus, Cæſar prudentiſſimus, in illo bello graviſſimo quod ſocio Ludovico XII. Rege Galliæ, cum Venetis geſſit, circa annum 1505. prudenter animadvertit. Cum enim in Regis congreſſum colloquiumque venire deberet, eadem omnia, quaſi collocuti eſſent, committi poſſe epiſtolis, tutius eſſe ſcripſit: ſi ut Ferronus in vita Ludovici XII. notavit. Documentum ſimile idem Cominæus refert. Cum enim Stampij (quod *Lib. 2.* eſt inter Lutetiam & Aureliam oppidum) ad Carolum, Biturix & Britannus, quomodo bellum contra Ludovicum XI. proſequerentur, colloquij cauſa conveniſſent, & à cœna multi paſſim deambularent, atq; Biturix, Regis frater, & Carolus, ex feneſtra, cui innitebantur, ſerio de ſuis rebus colloquerentur, Britannus, homo plebeius, cui pro ludo fuit in ae em ejaculari ignem artificioſe compoſitum, Galli fuſas vocant, quæ cum è ſublimi deciderunt, huc illuc diſcurrunt, & flammeum quiddam emittunt, ejectis ex iis aliquot, una forte impegit in feneſtram, ad quam illi colloquebantur, attoniti ambo, & ſubito erecti, reſpiciunt alter in alterum, admirabundi collecta ſuſpicione, de induſtria factum eſſe, lædendi cauſſa. Ideoque *Documen* omnes ſuos milites in armis illico eſſe juſſerunt, ſed re comperta, fortuito id accidiſſe, motus omnis ceſſit.

Sed multo periculoſior fuit paulo ante iſtorũ duorũ Regis & principis Ludovici & Caroli congreſſus in Perona urbe: eo enim Rex cum parvo comitatu ad colloquium Ducis Burgundiæ accepta fide, proficiſcitur; ubi de Eburonum defectione per quosdam regios facta, Dux certior factus eſt. Quare concluſus Rex illic, & duos aut tres dies detentus magno in periculo fuit. Nobiliſſimos aliquot, & Ducis familiares XV. M. aureorum corrupit, &c. Hoc ſubſidio & illis largitionibus Rex evaſit. Sicut id Paul. Æmilius & Cominæus prolixe deſcribunt. Ad recentiora veniamus. Carolus V. Cæſar, quum compendiaria via ex Hiſpania in Flandriam, ob ſeditionem à Gandavis motam anno 1539. ad opprimendos ſeditioſos feſtinaret, invitatus à Rege Franciſco, ut hoc faceret, & Rex ad Lochias Cæſari occurriſſet, ubique gratulationes, ſupplicationes, pompæ; accidit Amboſiæ, ut artifex quidam Cæſaris cubiculum, igne per aliquot loca immiſſo, odoribus variis implere vellet, gratiuſque reddere. At fumus immiſſus in cubiculum, errore artificis, ni ei reliqui occurriſſent, nocere potuiſſet Cæſari: qui eo ſane nomine perturbatus eſt. Rex tota de re admonitus, ſeſe Cæſari purgans, miſerum artificem rapi ad ſupplicium jubet. Cæſar vero artificis errore cognito, veniam difficulter multis precibus ei impetravit. Alter [illegible] Lutetiæ excepit Cæſarem. Nam Poictus juris præfectus, aulico [illegible], cum ad eum iſſet ſalutandum, & ob veſtis longitudinem feciſſet uti tabu-

 laligna,

la lignea, quæ parata erat, ob ignem excipiendum, caſu in Cæſaris caput impingeret, non leviter omnes territi ſunt, attonito ob ictus gravitatem Cæſare, qui tamen mox diſſimulans, continuato prandio ſeſe poſtea, ſecedens in cubiculum, medico inſpiciendum dedit. Sicut hos duos caſus & accidentia Arnoldus Ferronus recenſet: Heuterus vero Delfius primum caſum paulo aliter & quidem ita recenſet: Amboſiam Reges nocta intravere, tota in arce, quæ in colle ſita eſt, reſplendentibus tædis ac facibus, unus facem (caſu, an ſtudio, mihi ignotum) eam ſecrete incendit cujus flamma cum tapetes undique invaſiſſet, fumum ingentem excitarunt, ita ut Cæſar, cum pleriſque aliis, ferme fuerit ſuffocatus. Capti aliquot perpetrati facinoris ſuſpicione laborantes, quum eos Rex ſtrangulari juſſiſſet, exorante Cæſare, vitam ſervavere. Sed majus periculum deinceps Cæſar vix vitavit: Poſtquam enim (pergit Delfius) Aureliam Reges pervenere, diſputatum ibi fertur, variantibus ſententiis, de retinendo Cæſare, ſed contradicente Coneſtabili Mōmorantio nil fuit concluſum. Poſt incendium Amboſianum Cæſar de Regis fide dubitare cœperat, ac proinde occaſionem quærere captandæ benevolentiæ Eſtampij Dominæ, quæ in ſumma erat apud Regem gratia, diſertaque muliebri garrulitate Cæſarem ſubinde oblectabat. Cum ea, reverſus Rex ex captivitate Hiſpanica primum Burdigalæ, liberali facie puella, delectatus ejus comitate, ſuavitate, interiorem familiaritatem contraxerat, & Anna Piſſelena, quæ poſtea Pontieuria à mariti nomine vocitata eſt, vel Eſtampea ab oppido ejuſdem nominis. Quum igitur paulo ante cœnam, ad focum ſe Cæſar calefaceret, aderat inter alios Eſtampia, quam digitis comprehenſam ad focum ducit, ac perquam humane & familiariter cum ea confabulabatur, manu circulum aureum ad digiti humani ambitum factum, cui ingentis precij adamas erat incluſus, tenens; qui cum digito ejus excidiſſet, Eſtampia ſubito inclinata, circulum è pavimento ſui levat, Cæſarique præſentat. Ille blandum ſubridens, Tui is nunc juris eſt, inquit, veteri Cæſarum Regumque more, nunquam ea, quæ manu in terram excidunt, a ſuis levantibus recipientium. Cum illa ingenti honore, non ſe dignam tanto munere dixiſſet, jubet Cæſar annulum ſibi ſervet, in memoriam hujus à ſe ſuſcepti itineris, ac colloquij Aurelianenſis. Tam gratias agens, memorem ſe beneficij, honoris, ac doni futuram promittit. Nec ex eo amplius tempore Rex de retinendo Cæſare, abrumpendaque illi fide, audire voluit, ſed Luteciam progreſſus, pompam ingreſſuro Cæſari honorificentiſſimam apparari jubet. Inde Fontebleam Cæſar proficiſcitur, ubi Rex inſigne palatium ædificarat, ac ferarum volatiliumq; venationes jucundiſſimas inſtruxerat. Tandem per aliquot dies ibi ſubſiſtens,

In vita Franciſci I. mihi fol 253. b.

Pari-

Pariſios venit, non aliter ab omnibus, juſſu Regis, exceptus, quam ſi Rex primum inaugurandus adveniſſet: Ac ita per totum regnum exquiſitis honoribus affectus eſt, uſque in Hanoniam, quo eum Regij filij & proceres Regni honorifice comitati ſunt. Verum enimvero paulo poſt, cum Regis Legatus à Cæſare peteret, ut pacis conditionibus in Francia conceptis, ex promiſſo ſubſcriberet: is tergiverſari cœpit, & Belgarum Ordinum, fratrisque Ferdinandi, qui in itinere erant, adventum exſpectandum, ac eorum conſilia tranſigendum. Hæc fuere prima indicia abalienati & offenſi animi, qui tam diu latuit, donec occaſionem habuit erumpendi ad majora odia, & bella quoque, quæ deinde ſecuta ſunt. In primis autem tam Cæſari quam Regi exiſtimant in animo adhuc hæſiſſe, quod antea ipſi Franciſci Regis primogeniti filij intoxicati mors ita imputata ſit, ut cum de Sebaſtiano Monticulano Comite, tanquam adminiſtro hujus facinoris, ſupplicium Lugduni ſumeretur, illum prodidiſſe in ipſo articulo ſupplicij, & privatim & publice profeſſum, authores ſibi fuiſſe, patrandi hujus facinoris, Antonium Lævam & Ferdinandum Gonzagam, ſeque primum à Ferdinando multis oneratum promiſſis, quo tollendos viros aliquot primarios ſuſciperet, ad Cæſarem eſſe intromiſſum, à Cæſare eſſe rogatum, de regij cibi & potus ratione: ad Antonium Lævam, utque ille imperaret, eſſe miſſum. Lævam, ut Regem primum, & ex ſuis aliquot veneno tolleret, mandaſſe. Cæterum Cæſarem nihil gravius toto eo bello accepiſſe aiunt, quam hujus facinoris in ſe relationem: palamque conteſtatum, maluiſſe ſe toto prius privari Imperio, quam vel leviſſimam rationem talis veneficij adornandi inire; Sicut Ferronus tradit.

Aliam offenſionem Cæſaris ex hoc acceſſiſſe quoque ſcribunt: Rex enim Franciſcus, cum ex captivitate in regnum reverſus eſſet, ſimilem arcem ei, in qua captivus in Hiſpania fuit, Madriti, non procul Lutetia, ædificari curavit, in qua ſcripſit: HODIE MIHI, CRAS TIBI: innuens, Carolum V. etiam ibi captivum futurum. Cæſar vero tranſiens, ut dixi, Galliam, cum in illa regie tractaretur, & hujus ſcripti, quid portenderet, admoneretur, auſcri, ſit: HOMO SVM, HVMANI NIHIL A ME ALIENVM PVTO. Ex his apparet, Cæſarem in magno periculo, dum in Gallia tam regie & munifice tractaretur, inter illos exquiſitos honores & delicias, fuiſſe conſtitutum. Ex quo potiſſimum opera Coneſtabilis & Eſtampiæ, annuli munificentia, ut diximus, dextre conciliatæ, evaſit. Quod dein eps utrique nocuit. Nam Anna Momorantius Coneſtabilis quidem ab eo tempore privatus ſex continuos annos vixit, quo Cæſar Gandenſium rebellione motus ex Hiſpania, per mediam Franciam, in Belgium contenderet, donec mortuo Franciſco, ab Henrico filio ſucceſ-

In vita Franciſci l. mihi fol. 257.b.

ſore, in priſtinam dignitatem reſtitueretur. Quum enim Franciſco autor fuiſſet, ne Cæſarem, contra datam fidem in Francia detineret, quod eum pacis conditionibus ſtaturum, ac Mediolanum ſine dubio redditurum aſſeveraſſet, Cæſare nil minus cogitante, nec faciente, ingentem Franciſcus contra Mommorantium, ac Eſtampiam (quanquam hanc antea à ſe tenerius, quam maritum regemque decebat, adamatam) animo concepit indignationem, publicisque rebus illum abſtinere juſſum, domum dimittit, exiſtimans, ſe magis ab eo, quam ab Cæſare deceptum. Eſtampium ex eo tempore non eodem, quo ſolebat, habuit loco, ſicut Delphius teſtatur. Prolixior præter morem in hoc capite fui. Quare alio me tandem convertam. Recte autem fecerit Lector, ſi colloquium duorum Regum, Angliæ & Galliæ, in ſacello habitum, & qualem eventum habuerit, ad hoc caput adiungat.

In vita Caroli V. li. 12.

Cap. 69. cent. 1. in fin.

Caput XLIV.

Encomium legum, antequam promulgarentur in Academia Aldorfina.

DVo ſunt, quæ potiſſimum humanum genus regunt, Natura videlicet, & Lex. Cum autem illa labe quadam, eaque pernicioſa, à primis parentibus, infecta ſit, quæ propagatione innata obnoxios ad vitia, & peccata trahit, legis ſalubre auxilium advocandum fuit, quo natura in ſuo officio rectius contineretur, neque plane corrumperetur. Hoc vitium, & naturalis pravitas inhæret omnibus, & arctius quidem juventuti, quæ, ut experientia teſtatur, ita ad improbitatem levis & pro livis fertur, ut ſi poteſtatem ſummam adipiſcatur, tum levitas major fit, tum in majorem ſtultitiam & ruinam progreditur. Tanta eſt noſtræ naturæ miſeria: nam cæteræ animantes corporis ſerviunt appetitionibus: humanum vero genus etiam gloria ornatum, non minus incogitantia, quam natura peccat. Ex hoc fonte manant ab ortu, cuique genti vitia, quæ altera alteri improperat. Eget igitur nobiliſſima juventus, diverſis perturbationum fluctibus agitata, ductore fideli, qui ad portum recta eam deducat, ne in vaſtiſſimo pelago aberrando naufragium patiatur. Ob eam rem, ne cupiditatibus ſuis facilius ad devia juvenes ducantur, & illecebris vincantur, majorem quandam cuſtodiam requirunt, ac frænum durius, parietes & clauſtra tutiora. Inprimis autem occurrendum tempeſtive eſt, ne vulnus animi, & rei mala exercitatio, altius infixa, curatu difficilis, vel omnino incura-

incurabilis fiat. Omne enim vitium, ſi cito cognoſcatur, facile curari poteſt: quod autem temporis diuturnitate roboratum eſt, prope inſanabile efficitur. Diuturnus ſiquidem mos, & inveterata conſuetudo, quodammodo natura ipſa firmior eſt, & leviora peccata, ſi non prohibeas, ſubinde naſcuntur, & auсta magnum incrementum capiunt, ſicque ut plurimum habitus in naturam mutetur. Non abſque ratione itaque olim Cretenſes, cum acerbiſſima execratione, adverſus eos, quos vehementi odio proſequebantur, uti vellent, ut mala conſuetudine delectarentur, optabant: Modeſto voti genere efficaciſſimum ultionis eventum expetentes. Inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeveranter morari, exitio ea dulcedo vicina eſt. Huic malo lex occurrit, & medetur. Eſt enim ea regula per quam omnia recta & æqua ratione reguntur, & princeps, cui obediendum eſt, lux, quem ſequi debemus. Eſt denique non tantum donum Dei, ſed ipſum Deum repræſentat, qui donum dedit, quia, qui paret legi, Deo paret & obtemperat. Hoc immenſo munere, ut rectius gaudere poſſetis, & licentia nimia, diſſolutioque diſciplinæ, quæ pariter magno cum dolore, & ſcandalo bonorum, inter vos crevit, comprimeretur, iuſſu Ampliſſ. Senatus Norimbergenſis, Scholarchæ operam dederunt, ut leges æquiſſimas, & diligenter perſcriptas, omnibusque pro ratione perſonæ, & loci convenientes, haberetis. Etenim æquitas eſt legum anima, vis & vigor, qua ſublata, eæ concidunt, & veluti emortuæ habendæ ſunt, ſiquidem nihil eſt iniquius, quam leges, æquitate deſtitutæ. Lex enim de omnibus cavere non poteſt. Æquitas omnibus præſto eſt. Unde ius definitur, quod ſit ars boni & æqui. Iam vero, quando lex eſt veluti quædam regula, ad quam unusquiſque actiones omnes ſuas debet accommodare, par eſt, ut leges ſint, & apertæ, ac faciles, & non prolixæ, ut ſciat quiſque, quomodo ſibi ſit vivendum, nec id, propter obſcuritatem legum, ignoret, nec, propter illarum prolixas ambages ei excidat. Verum ut & hac in parte vobis proſpectum ſit, curatum eſt. Ne aũt & nos audiamus, ſicut Flaccus ſui tẽporis infelicitatem deplorat:

Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt.

neve exiſtimetis leges aranearum telis, ut veterum quorundam prava opinio fuit, ſimiles eſſe, quæ infirmiora animalia retinent, valentiora tranſmittunt, ſciatis Senatum ampliſſ. non ψήφισμα ſive πρὸς καιρὸν aliquod conſtituiſſe, ſed leges, leges inquam, ſtabiles, & quæ perpetuo cuſtodiendæ ſint, αἱ πρὸς ἅπαντα χρόνον. Has firmas, illibatas, & ſanctas eſſe vult. Delinquentibus vel violantibus eas pœna præſto erit. Veſtrum enim omnium & ſingulorum utilitatem & emolumentum reſpiciunt. Nam ut tam medicina nihil debet proficiſci, niſi quod ad corporis utilitatem ſpectat, quo-

quoniam eius cauſa eſt inſtituta : ſic a legibus nihil debet promanare, niſi quod Reipublicæ eiusque membris conducat, quoniam eius cauſa ſunt comparatæ. Habetis igitur nunc ſcopum & regulam diu deſideratam, & expetitam, quo vos gubernat, & inſtruit. Habetis præſidium, cuius metu humana coercetur audacia, tutaque fit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis, reformidato ſupplicio, refrenetur audacia, & nocendi facultas. Ecce conſtructæ ſunt vobis ædes legum, in quibus habitat iuſtitia, prudentia, temperantia, ſalus, amor, pax, concordia, fides, bonis ſolatium, & quale optant otium : malis, & ſceleratis, terror, ignominia verbera, exilia. Hic itidem habitat religio, ſanctitas, laus, honor, caſtitas, pudicitia. Hic artes, hic veterum illæ tres gratiæ, hic novem Muſæ, hic hic virtuti ſuum certum paratumque præmium. Reſtat nunc, ut non tantum auribus vel ſuperficie tenus inania verba legum hauriatis, ſed animis penitus impreſſas more Pythagoreorum, veſperi & mane repetatis. Non immerito igitur ſapiens quidam legem, ut pupillam oculi, aſſervandam, inque tabulis cordis inſcribendam præcepit. Et Plato monebat, aſſuefaciendos adoleſcentum animos eſſe, ut honorifice de legibus ſentiant, quia non ſolum vincula ſunt communis ſocietatis, ſed etiam pulcherrime temperant civilem communionem, & gradus omnium officiorum efficiunt, religionum, magiſtratuum, iudiciorum, connubii, educationis, diſciplinæ. Hoc quam utile ſit, vidit olim priſcorum hominum & providentia, & antiquitatis ſimplicitas, qui leges XII. tab. pueris in ludo ediſcendas dabant, etiam ætate Ciceronis, id eſt, poſt annum pene CCCC. Poſtremo quemadmodum bona valetudo gratior eſt his, qui aliquando ægro corpore fuerunt, & libertas charior his, qui acerbiſſimæ ſervitutis iugum tolerarunt, & portus quidem iucundior his, qui marinis tempeſtatibus, aliquandiu iactati fuerunt: ita ſi legibus ſalutaribus locum dederitis, paulo poſt ſentietis, quam ægritudinem, ex nimia licentia, contraxeritis, qualem ſervitutem, exploſis vitiis, perpeſſi ſitis, qualem felicitatem ſuperatis fluctibus cupiditatum, conſecuti fueritis. Reſera nunc, Notarie, ædes noſtrarum legum, ut innoteſcat omnibus, qualis theſaurus in illis repoſitus ſit, & omnibus gratis communicetur.

CAPVT

Caput XLV.

Finem in omnibus actionibus eſſe ſpectandum.

ORATIO

Habita Aldorfij cum privilegia Cæſarea publicarentur: cui addita eſt Adhortatiuncula ad juventutem nomine Scholarcharum.

PRæclare docuerunt veteres ſapientes, in omni actione plurimum poſitum eſſe in conſideratione exitus atque finis. Nam cum is in rebus gerendis maxime reſpiciendus ſit, cujusque vis in omnia, quæcunque in hominum actionem cadunt, ita fluat, ut ab eo res ſpeciem accipiant, planeque conformentur, de hoc potiſſimum conſilium capi, & ad hunc deliberationem animi dirigi neceſſe eſt. Id ſi quis fecerit, non ſero, ut quondam de Phrygibus proverbium fuit, incipiet ſapere, ſed actiones & rationes ſuas omnes ad eum finem diriget, qui ad veram felicitatem & honores meritos ducit. In ſtudiorum autem liberalium exercitatione finis alius conſtituendus non eſt, quam certa cognitio & doctrina veritatis. Ea ſane tantummodo eſt una, unaque duntaxat ad illam perveniendi, illamque tradendi ratio, & via: at plurimæ atque adeo infinitæ ſunt aberrationes. Cæterum cum æterni Dei veneratio & religionis ſanctitas contineatur veritate cœleſti, nimirum huc omnis animi contentio & cogitatio mentis niti, atque ſpectare debet, ut ante omnia cognoſcatur voluntas ipſius, illique obediatur. Hoc fine immoto deinceps, & alij ordine fines poſſunt & debent bene perpendi, atque ſuo loco collocari. In quibus jam & dignitatis atque honorum emolumenti & commodorum futurus eſt. Quod ſi hi fines & extrema à quibusdam præpoſtero ordine confundantur, & gloria, opulentia, ſplendor, addo & quæſtum, potiora & tanquam ultima, appetantur, eos ſæpe non modo turpiter, ſed pernicioſe falli neceſſe eſt. Hi autem, qui ſuas cogitationes & actiones ad verum finem, ceu deſtinatum ſcopum intentas habent, iis & reliqua ſponte contingere par eſt, feliciterque evenire, & ſi quid forte, veluti peregre euntibus, adverſorum perferendum fuerit, maxima tamen animo ſuo voluptate affici, illos neceſſe erit, in recti verique conſcientia, qua profecto nihil prius eſſe vel pluris fieri debet. Et ſane meo judicio non aberrabit, qui univerſam literarum diſciplinam, orbicularisq; eruditionis curriculum peregrinationi ſimile eſſe perhibeat. Etenim quemadmodum peregre euntibus, qui itinera longa permetiuntur, quæ-

dam in loca contingit divertere, ibique nonnihil quieſcere, quibusdam in locis tantum prandere: in nonnullis locis rurſus immorari pluſculos dies: denique loca nonnulla oculis tantum luſtrare. ad extremum vero peregre redeuntibus domi denique permanere atque ſubſiſtere contingit. Ad hunc eundem modum ſtudioſos homines oportet literarum diſcendarum ſpatium permeantes, quibusdam in diſciplinis longius immorari, in quibusdam aliquantiſper, & quasdam quidem diſciplinas totas, quarundam partes, quarundam elementa modo haurire : ſi. que ex unaquaque utiliſſimum quodque comprehendentes, tum domum vere paternam repetentes , illic ad ultimum uſque laborum perpeſſorum commoda percipere. Hæc ſi quis obſervaverit, facile animadvertet, ſtudiis liberalibus deditum non curſim, ſed paulatim, & veluti gradatim, confecto curriculo, quod non abſque moleſtiis fieri ſolet, tandem pervenire ad metam optatam, ubi præter finem à nobis primo loco poſitum, veritatis nimirum inveſtigationem , honores & præmia digna laboribus repoſita ſunt. Hanc veram diſcendi rationem, etiam olim Græcorum eruditiſſima atque humaniſſima, & tunc temporis virtute ac ſapientia excellens natio, non modo ſecuta fuit, ſed ſua etiam religione Apollinis (cui vaticiniorum & ſapientiæ divinitatem tribuerunt) conſecravit, propriis nominibus, & ſignificantibus admodum epithetis. Primum enim πύθιος nominari ſolitus eſt, quod cupiditatem notat cognoſcendi, à qua percontandi & interrogandi ſtudium abeſſe nequit. Ita ille idem deinde Δήλιος & φαναῖος eſſe hominibus incipiebat : Quæ enim ars, aut ſcientia, ſine magiſtro & interprete facile aut omnino recte percipi poteſt? Mox igitur Ἰσμήνιος evadebat, id eſt, ſcientiæ conciliator & author. Ac tandem ὅριος, cum tam commentando, quã enarrando, tanquam fines quidam conſtituantur ſapientiæ. Quid obſecro ſunt alia tyrocinia ſcholaſtica, quam conceſſa facultas quærẽdi de literarum & bonarum artium ſtudiis? Quid Magiſterij veluti gradus? niſi profeſſio ſcientiæ? Quid Doctoris clariſſimum nomen? nonne ſumma poteſtas tractandi doctrinam, & opera ſplendida ingenij efficiendi, & fructus laboris percipiendi.

Non abſimilis ordo, & diſciplina militaris fuit olim apud Romanos. Nemo enim ad ordines ducẽdos, aliasq; dignitates in militia admiſſ. fuit, niſi prius ſub cuſtode, à quo diſciplinã ediſceret, & magſtro, ſub cujus imperio tyrunculi acuerentur, fuiſſet, ne inertes operarũ militariũ arma tractarẽt. His veluti jactis fundamẽtis, tũ demũ gradatim ad majora attentãda propoſitis præmiis, milites alliciebãtur. Ob eã cauſam inventa ſunt tam varia coronarũ genera, veluti mercedes & recõpẽſationes laborũ, & induſtriæ. Vtpote corona obſidionalis, quæ fuit graminea, &, teſte Plinio, omniũ honoratiſſima. Ob-

ſervatum

ſervatum autem fuit,ut fieret è gramine, quod in eo loco generatum eſſet, intra quem clauſi erant. qui obſidebantur. Civica, quam civis civi, a quo ſervatus fuit in prælio, teſtem vitæ ſalutisque perceptæ, dabat. Ea erat è fronde querna, quoniam cibus victusque antiquiſſimus querceus capi ſo-litus ſit. Muralis, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim aſcendit: Icciréo quaſi muri pinnis decorabatur. Caſtrenſis, qua donabat eum Imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introivit. Ea corona inſigne valli habebat. Navalis, qua donari ſolet maritimo prælio, qui primus in hoſtium navem vi armatus tranſilivit. Ea quaſi roſtris navium inſigniebatur. Fuit autem hæc, ſicut priores duæ, aurea. Ovalis, ea fuit myrtea, qua utebantur Imperatores, qui ovantes introibant urbem. Poſtremo triumphalis, quæ diu fuit ex lauro, & tandem, poſterioribus temporibus, creſcente luxu, aurea inſertis gemmis, & unionibus pretioſiſſimis. Huc acceſſerunt, haſtæ puræ, cornicula, phaleræ, aurei torques, armillæ, vexilla, aliaque dona, virtutis ergo. Quæ omnia eò ſpectarunt, ut milites diſciplinæ & laboribus, majori alacritate, & minori tædio, aſſuefierent, cum animadverterent, non tantum pœnam & ignominiam certam deſidibus & ignavis, ſed etiam virtutis præmia, fortibus, & induſtriis, eſſe propoſita. Quod ſane Turcæ hisce adhuc noſtris temporibus magno cum dedecore & clade noſtra facere ſolent. Ii enim non ſolum diſciplinam militarem exactiſſimam cuſtodiunt, ſed etiam virtutis fama ſpectatos complectuntur, omnique honorum genere proſequuntur, & ad ſummos militiæ gradus, licet infimo loco natos, extollunt. Quippe qui qualis ſit vir, non unde ſit, quærendum putent: neque virtutem, tanquam fortunæ bona, hæreditariam relinqui didicerint.

Idipſum imitatur togata noſtra militia; Quid enim aliud fuerunt λύται & πϱολύται tẽpore Iuſtiniani? Quid ſibi vult, hoc noſtro tempore, in conferendis ſcholaſticis honoribus, librorum apertorum, deinde clauſorũ, in manus traditio? Quid purpureorum, pileorum, loco militarium coronarum, impoſitio? quid cingulum? quid annulorum aureorum in digitos immiſſio? quid oſculum? quid pompa amicorũ? quid conviviorum inſtrumentorumque Muſicorum apparatus? quid clangor tubarum? quid inter commendationes publicas munuſculorum diſtributio? quid miſſilia in plebem, & ſpectatores? & reliqua, quæ pro conſuetudine locorũ, in hujuſcemodi feſtivitatibus adhiberi ſolent. Sed de his deinceps ſuo loco & tẽpore ab aliis fortaſſe explicationẽ accuratiorẽ, & enarrationẽ prolixiorẽ audituri eſtis. Imprimis autem honores, præmia, coronas, præconia, paſſim unicuiq; aut multis profuſe decernere periculoſum eſſe, atque ſtatũ Reipublicæ cor-

rumpere, veteres omnes ſapientiſſimi judicarunt, quia his potiſſimum rationibus, ſublata virtutis æmulatione, nihil amplius eſt, cur boni meliores, meliores optimi eſſe velint, dum non pro magna gratia eſt, quod æque probis, æque improbis publice conceditur. Imo certe hoc improbis fiduciam & arrogantiam; probis deſperationem & indignationem parit. Præterea nihil ad juniorum eruditionem labefactandum deterius inveniri poteſt. Quales enim laudari, præmiisque affici audient, tales omni ſtudio evadent, neque quicquam proficient in contrarium pia patrum inſtituta & dogmata. Itaque leges fuere Athenis, ubi, quando, quam ob cauſam, & à quibus, corona præconioque quis donandus eſſet.

HÆC cum ita ſeſe habeant, Ampliſſimus Senatus, inclytæ ſacri Romani Imperij Reipublicæ Norimbergenſis, ſolerti cura, huic Gymnaſio (quod recte & diligenter cõſtitutum, & inprimis in diſciplinæ accuratæ ſtudio creſcere, & florere cœpit) proſpexit, ne hac in parte, jactis non ſolum fundamentis, quæ firma & idonea eſſent operi perferendo, ſed magnis robuſtisque molibus, ædificio toto, pene uſque ad ſumma perducto, aliquid deeſſet, quod ſtudioſos liberalium artium vel alacriores, vel ſolertiores, ſpe dignitatis ſcholaſticæ, inſignia & honores obtinendæ, efficere poſſet. Quare non ſolum impetravit à Cæſarea Majeſtate poteſtatem iis, qui curriculum ſuum in hac palæſtra feliciter confeciſſent, & diligentiæ eruditionisque ſuæ ſpecimen tam privatim, quam publice præſtitiſſent, Baccalaureatus, & Magiſterij titulos concedendi, ut paulo poſt, ex privilegij Cæſarei diplomate, rectius cognoſcetis. Sed etiam effecit, ut Theologo, & Medico, pietate & eruditione eximiis viris, quorum adventus propediem expectatur, nec non & Jurisconſulto præſtantiſſimo, collegium Profeſſorum amplificaretur. Etſi autem ignotum non eſt, impendere undique pericula communitatibus doctrinæ & culturæ ſtudiorum, & quæ jam pridem, ſolummodo in uno quaſi angulo terrarum plagæ Europæ, in precio & honore qualicunque ſunt. Etenim tota Aſia atque Africa, etſi non plane eſt expers literarum atque artium, tamen eruditionem profecto Philoſophiæ ignorat, diſciplinas odit, ſtudia humanitatis tanquam nugatoria & levia, vel etiam mala, & contraria virtuti, ut barbarorum mos eſt, averſatur, atque exterminat. Id quoque à veteribus notatum fuiſſe, antiquitatis ſtudioſi monumentis vetuſtiſſimis obſervavere, in quibus tria capita collotenus connexa, abſque corpore, unguibus tamen gallinaceis, veluti fulcris conſpiciuntur. Unum caput eſt equinum: alterum arietis: tertium humanum. Equo Africam, Aſiam ariete, homine Europam, hierographica ſignificatione denotare voluerunt. Hæc enim plaga, quæ nos alit, ſemper cultior & humanior, præ reliquis, quæ brutis aſſimilatæ ſunt, habi-

bita

bita fuit. Etſi inquam ingentia pericula honeſtioribus diſciplinis, & ſtudiis pietatis, à barbarie pullulante, vel potiùs undique ἀθρόως ingruente, imminent; tamen Ampliſſimus Senatus noſter qui, ut noſtis, ad ſtudia liberalia conſervanda, honoreſque Scholaſticos provehendos eſt propenſus, à ſuo officio, objectis & rejectis difficultatibus non paucis, avocari, vel abſterreri ſe neutiquam eſt paſſus. Sicut enim prudentis eſt nihil contemnere: ita vera fortitudo, & prudentia cauta & circumſpecta eſſe ſolet. Illa ſane in periculis cernitur, quæ cum honeſtate, ad propulſandam injuriam, ſuſcipiuntur: Hæc vero, cum ſit virtutum Princeps, in rebus honeſtis, cognitioneque dignis, omnem operam curamque ponere ſolet. Contemnant, derideantve licet oſores liberalium ſtudiorum, turbatoreſque publicæ tranquillitatis, cum ſua imperita progenie (verum enim eſt, quo quis imperitior, eo impudentior, atque jactantior evadit, vel ut Thucydides eleganter, ſimul & breviter, dixit, θράσος λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει) teſtimonia de ſtudiis & honorum dignitatisq; ſcholaſticæ titulos una cum inſignibus, ut pote res leves, vel futiles potius atque nihili & ſolummodo, uti opinantur, ad quorundam tenuium atque miſerorum humilitatem pertinentes. Appellent præterea has actiones honeſtas, Cæſareaque autoritate munitas, nugas atque ineptias. Reducant poſtremo, ſi libet, & licet, ipſiſſimam barbariem, quæ non ita pridem, vix ingenti ſtudio, & labore immenſo, piorum & ſolide doctorũ virorum, vereque amantium bonarum artium, atque partium, ex noſtris oris, profligata pulſaque eſt. Non tamen efficient, ut Ampliſſimus Senatus noſter & Domini Scholarchæ, de ſuo pio cœpto, & laudabili inſtituto, deſiſtant, opuſque hoc eximium prudenterque inchoatum, imperfectum relinquant. Manebunt profecto ſtudia pietatis & diſciplinarum perpetuo, habebiturque illis honos, hic & alibi, fruſtra obſtrepentibus fucis, muſcis, & hirundinibus (inter omnia enim animalia hæc nunquam manſueſcunt, neque ullius rei communionem vel diſciplinam admittunt, ſed ſemper hinc inde vagantia indocilia & fera permanent, hominibuſque, ſuo ſtridore, & garrulitate, infeſta & moleſta eſſe ſolent) manebunt, inquam, & in pretio erunt reliquiæ bonarum artium & diſciplinarum, licet in anguſtum angulum à barbarie redactæ eſſe videantur. Quod ſi gentiles olim liberalibus ſtudiis & artibus, non ſolum novem Muſas, veluti Deas tutelares, & præſides conſtituerunt: ſed etiam Herculem μουσηγέτην (quod etiam præcipuum Apollinis cognomen fuit) peculiaribus ſacris coluerunt, eumque, tanquam fortiſſimum ducem, comitemque Camœnarum, ſub cujus numine & tutela, mutuis operis, & præmiis juvari, ornariq; deberent, crediderunt: Multo magis nobis certo ſtatuendum eſt, verum, non fictũ Muſagetem, & præ-

ſidem piarum actionum, cœtui huic, ſuo præpotenti auxilio, ſemper præſto affuturum, ut graviter cœpta, felicem & deſtinatum finem, ad quem initio diximus, omnes actiones noſtras intentas eſſe debere, ſortiantur.

Reſtat nunc ut, veluti feſtum, & peculiarem actum, hoc tempore inſtitutum, abſolvamus. Apud Græcos in quibusdam Rebuſpublicis olim προβούλους, & νομοφύλακας inſtitutos fuiſſe, non ignotum eſt. Hi Athenis, ut apud Suidam legimus, fasciolis albis pro rediniculis, uti ſolebant, in ſpectaculis, è regione ſedentes novem magiſtratuum, qui Reip. gubernacula tenebant cogentes magiſtratus, omnia recte atque ordine, & ex præſcripto legum, agere. In concionibus vero cum prohedris (hi erant præſides & magiſtratus quidam primi ſubſellij, quibus cæteri omnes ſedendi loco cedebant) conſidere ſoliti, interceſſuri, ſi quis rogationem promulgationemve, aliaque facere conaretur, quæ aut contra inſtituta patria, aut à Reipub. dignitate futura non viderentur. Licet autem optare, ut hic mos adhuc apud nos duraret, & ejuſmodi Nomophylaces & cenſores in hoc noſtro cœtu præſentes eſſent, profecto in hac noſtra promulgatione audituri eſſent, nil ſub & obreptitium quodve injurioſum, vel in præjudicium alterius, multo minus quod contra honeſtatem, & laudabilia inſtituta eſſet: ſed potius quæ ad conſervandam pietatem, & propaganda ſtudia liberalia, in quibus fulciendis, & ſuſtentandis ſtatque caditque noſtra, poſteritatisq; ſalus, ſpectarent Ideoque nihil amplius obſtat, quod diutius moram nectamus, & hanc concionem celeberrimam ornatiſſimamque ulteriore expectatione detineamus. Tu igitur tu ornatiſſime Joachime Regi, Syndice noſtræ Reipublicæ:

Quod fauſtum, felixque novem ſit & utile Muſis, Diploma privilegij. à Cæſarea Majeſtate, Ampliſſ. Senatui Norimbergenſi, ad illuſtrandum hoc Gymnaſium, clementiſſime conceſſum, in quo impetrando tua opera & induſtria perutilis extitit, promulgato, ut univerſis & ſingulis, innoteſcat, quo deinceps poteſtatem petendi, & impetrandi honores, & inſignia Scholaſticæ dignitatis habeant idonei; & quibus ornamentis Aldendorpianum Gymnaſium, & Schola dotata ſit, celebriorque effecta. Faxit Deus Opt. Maximus, unicus Muſagetes, ut id omne tendat ad gloriam ſanctiſſimi nominis ſui, & ad utilitatem publicam & ſingulorum. Hic enim finis & non alius expectandus eſt.

Promul-

Promulgato privilegio Cæſareo, & diſtributis nonnullis præmiis benemerentibus, addita eſt ſequens adhortatiuncula nomine Scholarcharum ad juventutem.

TRITVM, at verum eſt: Horat.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Quare quemadmodum hi indigni ulla commonefactione; utpote, qui ſibiipſis fabri, & autores infortunii ſui præfracte exiſtunt, cenſendi ſunt: ita vos, quibus virtus cordi eſt, necnon & eos, qui nunc præmiola diligentiæ ſuæ, liberalitate Ampliſſ. Senatus, & D. Scholarcharum, acceperunt, eorundem nomine, & iuſſu, compello, moneo, atque hortor, ut omni ſtudio annitamini, ne, quæ in honorem, & emolumentum veſtrum, & omnium bonorum, pio, & fideli inſtituto, modo peracta ſunt, veſtra ſocordia, levitate, negligentia & contumacia, corrumpatis, neve ſicut æſtivæ aves ſtatim autumno, tecta ac receſſum, circumſpiciatis, ſed curſum illum cœptum, in cupiditate diſcendi bonas artes & diſciplinas alacriter abſolvatis. Venandi ſtudium, ac voluptas, tam umbratilis, & momentanea delectatio, per nives ac pruinas, in montes ſylvaſque homines rapit; vosne ſtudiis liberalibus, & honeſtis diſciplinis, tam precioſis, & non interituris rebus, eam patientiam non adhibebitis, quam vel luſus vel voluptas elicere ſolet? Conſiderate, obſecro, ſimulachrum Angænoriæ deæ, quod gentiles olim, ore obligato, atque ſignato, in ara Volupiæ propterea collocarunt, quod, qui ſuos labores anxietateſque diſſimulando fortiter perferant, tandem, patientiæ beneficio, ad maximam voluptatem perveniant.

Præterea indicandum vobis eſt, Cæſareæ Maieſtatis privilegia, modo promulgata, non eo ſpectare, ut, veluti feneſtra diſſolvendæ diſciplinæ aperta, legibusve & ſtatutis Scholaſticis, aliquid iis detractum ſit. Ea enim D. Scholarchæ nihilominus omnino ſarta tecta, ut eſt in proverbio, cuſtodire & præſtare, ac ſi omnino fieri poteſt, etiam arctioribus vinculis, ut horum temporũ diſſoluti mores vehementer requirunt, conſtringere volunt. Falluntur certe, & ſeipſos maxime decipiunt ii, qui ſibi perſuadent, imunitates, honores & dignitates conſtitutas conceſſaſque eſſe iis, qui impatientes diſciplinæ & monitis ſalutaribus ſunt, tantumque ſuis efficiunt voluptatibus, & cupiditatibus, quibus acies eorum hebetatur & ſenſus omnes gravantur, imbecillesque redduntur, indulgere geſtiunt. Hi enim trahuntur a vitiis (ſiquidem mature à rectis in vitia, à vitiis in prava, à pravis in præcipitia perve-

pervenitur) & ſcientes malis ſuis favent, quorum ſuavitate capiuntur & virtutis viam deſerunt, cujus acerbitate offenduntur. Fatendum enim eſt quod apparet:

Aſpera Virtutis via, magno plena labore,
Duraque cum primis, ſed cujus meta prehenſa,
Et placidam requiem, & decus immortale reponet,
Infracto cunctis animo calcantibus ipſam.

Econtrario:

Molle voluptatis iter eſt, via lata ſiniſtra:
Meta, ſed exitium, mors, finis, & ultima captos
Linea præcipitat, luxu atque libidine fractos,
Flammivomis tetri Phlegetontis mergit in undis.

Cæterum ejuſmodi admonitiones fideles, & hortationes ad virtutem, modeſtiam, caſtitatem, & ut univerſa complectar, diligentiam, aliàs quoq; hoc in loco audiviſtis, & deinceps audietis. Reſtat nunc, & veſtrum eſt officium, ut operam detis, ne hæ monitiones ſalutares, ſurdis auribus occinantur, ſed eas ſedulò animo recolatis, & veluti ruminetis. Hoc ſi feceritis, non ſolum præbebitur occaſio & anſa D. Scholarchis, ut quotanis, in hac ſua cepta liberalitate, & omnibus aliis neceſſariis rebus, quæ uſui vobis eſſe poſſunt, perſiſtant, ſed multo magis præſtabitis ea, quæ Deo grata ſunt, vitæque humanæ neceſſaria, ut eritis aliquando decus patriæ, vobis veſtriſque honori, & tandem verum finem, ad viam virtutis propoſitum habebitis, qui ducit ad illam felicitatem perpetuam, quæ omnibus bonis & virtutis amantibus unice inveſtiganda perquirendaque eſt.

Caput XLVI.

Commendatio bonarum literarum & diſciplinæ, excerpta ex oratione Aldorfii habita, cum novus Rector & Profeſſor introduceretur.

QVemadmodum ii, qui peregre proficiſcuntur, cum ad urbes inſigniores, propter res raras, & viſu dignas, ſermone hominum celebratas veniunt, illos, quos appellant Xenagogos, adhibent, qui ad loca urbium earum memorabilia eos deducant, reſque viſendas demonſtrent: Ita homines, in hac vita peregrinantes, ſtudio literarum & bonarum liberaliumq; diſciplinarum cupiditate teneri decet, iiſq; uti, quaſi quodam Xenagogo, uti eas res diſcant, & aſſequantur, quæ ad regendum totius vitæ curſum, & gubernandos mores, quam maxime neceſſariæ, & dignæ exiſtiman-

ſtimantur. Hoc ſane olim prudentiſſimis Regibus & principibus viris magna cum ſolicitudine, curæ fuit. Vt enim perſpectum habuere, quantum Reipub. emolumentum accederet, ſi iuventus à primis, uti dicitur, unguiculis, rectè inſtitueretur, & hac ratione mature, una cum creſcente ætate, veluti virtutis liquorem imbiberet: Sic quoque non ignorarunt, quanta mala & pernicioſæ res, ex neglectis liberalioribus ſtudiis & prava corruptaque educatione, provenirent. Huc reſpiciunt præcepta in ſacris literis ſapientiſſimi Regis Salomonis: Noli ſubtrahere à puero diſciplinam. Item, ſapientiam & diſciplinam qui abiicit, infelix. Et alibi. Filii tibi ſunt, erudi illos à pueritia. Quemadmodum enim terra cultu, ut ait Quintilianus, ſic animus diſciplina & literis melior uberiorque fit. Hinc evenit, ut in bene conſtitutis regnis, & Rebuſpublicis liberos ſuos, ſucceſſione dignos non cenſerent, niſi apprime doctos. & qui prius parere quam imperare, didicerãt. Vnde legimus apud Platonẽ, Ægyptios olim ex Philoſophis ſacerdotes, ex ſacerdotibus reges, deligere ſolitos, ſicuti de Meneta, primo omnium Rege, & Mercurio Triſmegiſto, aliiſque compluribus, tradiderunt authores. Optimum profectò inſtitutum hoc fuit veterum & ſalubre, cum præſertim experientia compertum habuerint, beatas tunc demum fore Reſpubl. ſi aut Reges ſaperent, aut ii, qui exculti liberalibus diſciplinis eſſent, gubernacula in iis tenerent.

Extat hac de re Philippi Macedonis notabilis Epiſtola tanto Rege non indigna, quam omiſſis aliis multis exemplis, recenſere non inconveniens erit. Is enim nato ſibi filio Alexandro (qui poſtea, ob ſtupendam magnitudinem, & felicitatem rerum geſtarum, Magnus dictus eſt) ita ſcribit ad Ariſtotelem; Filium mihi genitum ſcito, ob quod equidem Diis gratias habeo, non proinde quod natus ſit, ſed naſci contigerit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore ut edoctus eruditusque à te, dignus exiſtat, & nobis, & rerum noſtrarum ſuſceptione. Vale. In quam magno pretio poſtea Alexander doctrinam & literas habuerit, id ſatis argumento eſt, quod Homerum in caſtris ſæpius lectitaſſe, ſemperque in ſecretis libros ſecum circumtuliſſe, traditum eſt, adeoque ut ſcriniolum ex ſpoliis Perſicis, auro gemmiſque ac margaritis precioſiſſimum, ad aſſervandos libros Homeri, deſtinaret: Eiuſque Iliada (quos libros divinum poema, & viaticum rei militaris appellare ſolitus eſt) nocti pulvino, una cum pugione, ſubiiceret: Et hac ratione potentiſſimus ille Monarcha, cum Homero vatum principe, vigilabat, cum Homero dormiebat. Iulium Cæſarem, & in caſtris, nedum in ocio, lectitaſſe, dictitaſſe, ſcripſiſſe, rerum ſuarum Commentaria, & aliorum Elogia teſtimonio ſunt. Taceo volens Titum Veſpaſianum, Hadrianum, Traianum, prætereo tot Re-

ges, proceres, tot Senatorios ac Pratricios viros, à pleriſque ob eorum ſtudium erga Muſas, & flagrantem cupiditatem diſcendi bonas literas, celebratos. Ideoque Homeri inventio laudatur:

Calliope Regum comes eſt Iove nata parente.

Sed prolixiores hac de re eſſe nos non decet, cum præſertim ſi veterum & noſtrorum quoque Regum, & prudentum virorum ſtudium erga liberales artes recenſere vellem, dies prius deficeret, quam materia. Sublatis enim, vel ſpretis bonis diſciplinis, & humanioribus literis, in quibus veluti involucris, tot tantaque ſalubria præcepta & commoda, ad conſervandum humanæ ſocietatis vinculum, continentur quid quæſo inter homines humanitatis reliquum manebit? Id non ignoravit Iulianus Apoſtata, qui, cum Chriſtianos omnibus contemptui & ludibrio exponere, imo ipſorum nomen extirpare unice cuperet, aliam viam commodiorem, niſi ut illis uſus Scholarum, & literarum interdiceretur, non invenit. Teſtes quoque ſunt nobis barbaræ gentes, quibuslibet, quod licet. & eſt pro ratione libido, anne inter illarum & belluarum vitam, demta forma, & ſermone, diſcrimen invenies? Hæc cum ita ſeſe habeant, ampliſſ. & prudentiſſ. Senatus Reipubl. Norimbergenſium pro ſua inſigni pietate, & ſedula cura, rectiſſime perpendit, quantum ſitum ſit, ut tenera iuventus, in bonis artibus, & ſtudiis honeſtis, recte inſtituatur; Ideoque ſuperioribus annis hoc gymnaſium, magnis ſumptibus, pio certe & laudabili conſilio, a fundamentis extrui curavit: Viros, doctos & eruditos honeſtis ſtipendiis ad docendum conduxit, poteſtatemque fecit liberam, tam ſuis ſubditis, quam vicinis & exteris, ut in hoc loco velut in communi officina, ſtudia pietatis, virtutis & bonarum artium diſcerent. Cæterum mortuo nuper Domino Valentino Erythræo Rectore, idem ampliſſimus Senatus, in ſuo præclaro & ſemel cœpto inſtituto, vigili cura perrexit, & poſt commendationes multorum doctorum virorum, non ſolum Dominum Iohannem Thomam Freigium, Legum Doctorem, ſed etiam Dominum Iohannem Prætorium, bonarum artium Magiſtrum, viros claros, doctos & egregiis virtutibus ornatos, acceſſivit, illum, ut in locum demortui Rectoris ſuccederet, huicque Scholæ præeſſet: hunc ut Mathemata & bonas artes doceret, Accipite igitur, quod felix fauſtumque ſit, clariſſimi & doctiſſimi viri, hoc munus, quod vobis Ampliſſimus Senatus, præ cæteris, ſic volente Deo, ſingulari favore, deſtinavit, bonis auſpiciis: Noſtis enim Horatianum.

Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt.

Romani olim in urbe magna in veneratione habuere duo templa, Vir-

tuti

cuti & Honori dicata. Ea autem ita conſtructa fuere, ſicut hodie adhuc ex ruinis eorum apparet, ut ad hoc, niſi per illud, aditus nullus eſſet. Quid obſtat, quæſo, ut nunc dicatur vobis, per Virtutis templum, aditum ad Honoris patefactum eſſe? Committitur fidei veſtræ, & quaſi deponitur apud vos gubernatio Scholæ, & inſtitutio iuventutis. Vos vero, ſicut omnibus perſuaſum eſt, ſumatis ante omnia (ut Quintilianus de moribus & officiis Præceptoris monet) parentis, erga diſcipulos veſtros, animum, ac ſuccedere vos, in eorum locum à quibus liberi vobis traduntur, exiſtimetis. Nam uti

Militibus placuiſſe ducem, non ultima laus eſt.

Ita in veſtra togata militia

Diſcipulis placuiſſe, haud laus eſt nulla magiſtri.

Habetis Collegas parti ipes laborum, viros pietate, eruditione, virtute præſtantes, qui vos obſervant, & amant, & ut multa paucis dicam, qui digni ſunt, uti vos cum illis, & illi vobiſcum, in concordi amore veræ religionis, & ſtudiis veritatis, abſque omni diſtractione, vel voluntatum vel animorum, coniunctiſſime vivatis. Vos enim & omnes bonos non ſeparatas, ſed

Contiguas pietas iuſſit habere domos.

Nunc ad vos ſtudioſiſſ. adoleſcentes, me converto. Audiviſtis nunc & antea quoque, de pio inſtituto & ſingulari affectione Ampliſſimi Senatus. At non ſatis eſt audire, ſed etiam certo ſtatuere, ob veſtram utilitatem iſta omnia fieri. Vobis enim tanquam floſculis & ſeminariis Reipub. & Eccleſiæ (uti ſenex ille apud Comicum monet) vobis inquam ſeritur, vobis metitur, vobis iiſdem honos. Accedite & vos ad templum Virtutis, quod hoc loco vobis non ſolum ædificatum, vobis apertum, vobis denique deſtinatum eſt, ſed ſacra quoque, doctrina videlicet, & eruditio, vobis ſponte offeruntur. Veſtrum nunc eſt, ut puris veſtibus, piis & modeſtis mentibus dico, tantam & tam magnam munificentiam grati accipiatis. Et hac ratione, rectiſſime, & libare, & litare poteritis. Inprimis habeatis rationem temporis, illud enim ſicut eſt perniciſſimum, ita ſemel elapſum recuperari non poteſt. Nam μέγα ἀνάλωμα τοῦ χρόνου. Ideoque Metrocles, ex veteribus ſapientibus, dicere ſolitus fuit: Res alienas emi pecunia, ut domum, veſtem, & ſimilia, ſed diſciplinas emi tempore. Cogitate præterea, ut

Poſſe placere Duci laus militis ultima non eſt.

Ita

Diſcipuli haud laus eſt poſtrema placere docenti.

Iuvat enim in parodiis Horatiani carminis immorari. Fugite impro-

bitatem, laſciviam, protervıam, & alia vitia, quibus ætas veſtra, nondum confirmato iudicio, obnoxia eſt. Eſtote autem ſtrenui imitatores Herculis Lybici, qui monſtra illa, quæ in Hieroglyphi. is Syrtes anguipedes vocantur, cum illa è longinquo proſpexiſſet, velociſſima fuga, vitavit. Qua narratione ſapientes viri adoleſcentes admonere voluerunt, cupiditates & voluptates, n. ſi fugiendo, & averſando, vitari, & in nihilum redigi poſſe: Nam credula res puer eſt. Hoc eo facilius aſſequi poteritis, ſi adhibitis religioſis precibus, illecebras peccati, tanquam colubrum, ſicut docent nos ſacræ literæ, fugiatis, & invocatione veſtra ſeduli, & diligentes maneatis, Vt enim invia deſidiæ eſt omnis via, ſic

Invia nulla via eſt quando labor improbus inſtat.

Noſtis non minus recte quam pie dici:

Non niſi per magnos voluit Deus eſſe labores
Ad ſua regna viam: nec ſidera ſegnibus offert.

Omnino autem, ut Plautinis verbis utar: Qui è nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem, id eſt, Qui commodum appetit ne fugiat laborem. Hac ratione & vobis maturus aditus, per Virtutis templum ad Honoris ædem patebit. Quemadmodum enim portæ, non ſegnibus, non ſtupidis, non perverſis. & impuris patent, ita induſtriis, docilibus, modeſtis, & caſtis ſponte aperiuntur. O quam pulchrum eſt hoc:

Nil dictu fœdum viſuque hac limina tangat,
Intra quæ puer eſt.

Perſuaſum igitur, ut tandem finem faciam, omnibus eſſe debet, hoc, quod diximus, unicum intentum Ampliſſ. & prudentiſſ. Senatus Reip. Norimbergenſis. Ideoque univerſi & ſinguli cogitent, hoc amplum & ſplendidum ædificium, non Diis deabusque Ethnicis, ſed Chriſto & ſtudiis cum hoc elogio conſecratum eſſe,

Inſignis pietas & ſedula cura Senatus
Hanc Chriſto ſtudiis conſtituere ſcholam.

Hæc mandato Ampliſſ. Senatus inclytæ Reip. Norimbergenſis modo dixiſſe ſufficit. Reſtat nunc ut de reliquis audiamus D. Rectorem.

CAPVT XLVII.

De præſtantia bonarum literarum & eas tam ad res acquirendas, quam ad partas ſervandas plurimum conducere.

De ſacra Philoſoph. ca. 74. Elegans eſt diſtinctio & comparatio ex phyſicis ſumpta Franciſci Valeſii: Tria ſibi videri totius Reipubl. membra principalia, ut & hominis. Ea ſunt in Republ. agricultura, res bellica, & literaria. In homine

ic- ur.

iecur, in quo reſidet facultas naturalis, ad quam ſpectat omnis nutritio; cor, in quo facultas vitalis, & iraſcibilis: denique cerebrum, in quo mens, & tota cognitio. Vides, inquit, quæ cuirespondeat. Agricultura enim naturali, quia alimenta ſuppeditat civitati: bellica ars, iraſcibili, quia repellit, ſi quid inferatur violentiæ, aut impedimenti: Literarum ſtudium, cognitionis facultati, quia ſpectat ad intelligentiam, &c. Scite ſane potiores partes, & qualitates præcipuas, in corpore humano literarum ſtudio comparat, cum reliquæ priores, inferiores, & minus præſtantes ſint, illæque, per ſe, ſine his, recte ſubſiſtere non poſſint. Recte itaque traduntur ſalutaria præcepta, à prudentibus viris, maiorem induſtriam & diligentiam requiri in conſervandis partis rebus, quam in acquirendis, ſicut in multis rationibus & argumentis antea declaravimus & probavimus. Et ſi enim vulgo dicitur, parem eſſe virtutem aliena acquirere, & parta tueri: tamen maiorem ad retinenda & conſervanda iam acquiſita, quam ad paranda prudentiam, & dexteritatem, requiri, prudenter ſentit Renatus Luſignius. Occupatio enim, inquit, vel ex ſubito populi, quem aggredimur, terrore, vel ex ſeditione in favorem aggredientis, mora, vel ex alia cauſa fortuita facilior & commodior redditur, ſed acquiſitorum conſervatio maturum & perfectum conſilium, quod omnibus numeris abſolutum ſit, efflagitat. Id conſilium, iudicii gravitate, matura deliberatione, diſſimulatione, diligentia aſſidua, cura diuturna, ad expectandas explorandasque occaſiones, patientia conſtat. Hoc admonere voluit, apud Caſſiodorum, Theodoricus Rex, Sabinianum. Nil prodeſt, ait, initia rei ſolidare, ſi valebit præſumptio, ordinata deſtruere. Illa ſunt enim robuſta, illa diuturna, quæ prudentia incipit, & cura cuſtodit. Atque ideo maior in conſervandis rebus, quam in inveniendis, adhibenda cautela eſt. Quia de initiis prædicatio debetur invento; de cuſtoditis autem, acquiritur laudata profectio. Etſi autem infra in peculiari capite, huius tertiæ Centuriæ, meam ſententiam, utrum bonæ literæ vel arma præferenda ſint, declaravi, & iſta duo, ſimul coniuncta, quam ſeparata præſtantiora eſſe, conluſi; tamen eruditionem, prudentiam in rebus politicis & bellicis admodum augere ſolere, experientia teſtatur. Exemplum memorabile, & quidem recens, noſtro tempore habemus, in Guilielmo Bellaio Langæo, de quo ita ſcribit Arnoldus Ferronus: In eo adfuere ornamenta, quæ M. Tullius in L. Lucullum congerit, magnum optimarum artium ſtudium, tum omnis liberalis, & digna homine nobili, ab eo percepta doctrina. Tantus vero fuit Imperator, in omni genere belli, præliis, oppugnationibus, totius belli inſtrumentis, & apparatu, ut Alphonſus Vaſtius Davalus, poſt Ferdinandum Davalum, acutiſſimus omnium Impera-

Cent. 2. c. 50

De incrément. Imperior. l. 1. c. 9. num. 9.

Lib. 1 epiſt. 15.

Cap. 68.

In vita Franciſci Regis I.

ratorum, hunc à ſe maiorem Ducem cognitum, quam quenquam eorum, quos vidiſſet, fateretur. Carolus vero Cæſar, plus ſe ab eo unius eloquentia, dum apud exteros Legati officio fungitur pro Rege, debilitatum, fateretur, quam multorum robore & animi magnitudine.

Non deſunt ſane multa & egregia encomia bonarum literarum, unde non difficulter perſpicere poſſumus, eas merito in tanto pretio habendas, ut licet bellicæ res aliquanti per regna, & Reſpublicas, in flore conſervare videantur: attamen ſi illæ deſint, diuturnæ eſſe nequeant. Omiſſis autem aliis, viſum fuit ex Diodoro Siculo, cum ſit memorabile, recenſere, quo-

Biblioth. L12. modo Charondas legislator, *literas*, in conſtituenda & adminiſtranda Rcpubl. Thuriorum, (quæ civitas, deleta Sybaritarum urbe, in illius locum, ædificata fuit) ad conſervandam illam novam coloniam, præ reliquis rebus, neceſſarias & ſalutares duxerit. Tulerat, inquit, præterea legem alteram longe ſuperiore potiorem, quæ à prioribus quoque legum latoribus fuerat omiſſa: Liberos civium omnes, in ipſo ludo. & primis literarum rudimentis, inſtituendos tradi, conductis ad id mercede, & ære publico præceptoribus, lege iuſſit. Proſpexerat namque multis iampridem exemplis admonitus, pleroſque vel optimo natos ingenio fore, qui rei familiaris anguſtia preſſi, dum privatæ mercedis præceptoribus tribuendæ inopia deſiſterent, ob eam ſingulari, &, tam opportuna privarentur inſtitutione. Literarum enim ſcientiam, cæteris diſciplinis, legislator haud immerito quidem, præferendam duxit. Huius namque præceptis, inſtitutiſque quam plurima, quæ ad vitæ uſum maxime neceſſaria putantur, parari, ſuffragia, decreta, conſulta, epiſtolas, pacta leges, conventa, cæteraque huiuſmodi omnia, quibus vitæ ſocietatiſque humanæ ratio potiſſimum continetur, reſque paſſim mortalium corroboratæ ſimul & excultæ conſiſtunt. Cui enim tanta ingenii facultas ſuppetit, ut dignis laudibus literarum diſciplinam inſtitutionemque ſe proſequi poſſe confidit? quibus ſolis, vita defuncti viventibus connumerantur: tum quos longiſſima procul terrarum intervalla ſeparatos tenent, hi literarum ipſe mutuis veluti internuntiis ſalutant, viſunt, cum abſentibus amicis, tanquam præſenti conſuetudine, mutuis colloquiis perfruuntur: tum ab bella, ſive inter gentes quaſcunque, ſive inter reges ſedanda, quid idoneum, quid magis accommodatum, literarum munere, poſſet excogitari? Fœderibus commendandis, pactis conventis, promiſſis teſtes primi accerſuntur, cæteraque omnia, quibus ſervandis, ſumma opus eſt fide, ipſis tuto commendantur; illæ commendata quæcunque excipientes æterna integritate & inconcuſſa fide cuſtodiunt. Poſtremo ſanctiſſimas ſapientiſſimorum virorum ſententias, oracula Deorum, Philoſophorum inventa, diſciplinarum denique omnium præcepta, ac monumenta huma-

mana-

manarum divinarumque rerum, ſolæ literarum ædes, repoſita conſervant atque a vetuſtatis voracitate defenſa. veluti divina quadam tuendo vi, poſteris ex ordine deinceps, per ſuccedentia ſecula, demum æternitati commendant. Vitam vobis a natura datam haud ambigi negarive poteſt, verum bene beateque vivendi rationem, à literarum eruditione ſumptam, evidentiſſimis probatur argumentis. Vnde cives illiteratos, tanquam ſummis quibuſdam bonis privatos, ſimul increpando commovit, ſimul ſubſidio opportune cauto levavit, impoſita erudiendi lege. Quod munus cura, ſumtu, impenſaque publica, veluti ad Rempub. maxime neceſſaria dignum duxit. Itaque tanto eſt ſuperioribus legum latoribus præferendus, qui medicos, publica mercede conducendos, ad morbos civium curandos, ſanxere, quanto animæ eductio, & exornatio ingeniorum corporeæ ſaluti præſtantior probatur. Itaque illi corpora curanda cenſuerunt: At hic animas, imperitia laborantes, curavit. Et medicorum quidem nullam unquam nobis accidere optamus neceſſitatem: verum cum eruditioribus, diſciplinæque præceptoribus, uſque adeo verſari, totamque conſumere ætatem juvat, perinde ac ab illo abhorreat ſ li studiis munere, hoc pro mutua gratia complectatur natura mortalium. Hactenus Diodorus Siculus, cuius locum licet prolixiorem, attamen utilia & ſalubria multa complectentem, referre hic totum volui, cum hic autor non ita vulgaris ſit, ut paſſim in manibus haberi, & abs quovis legi poſſit.

Caput XLVIII.

Reſpublica bene conſtituta, quibus potiſſimum rebus conſiſtat: Explicatio trium Gratiarum, ex oratione habita Aldorfii Anno 1579.

PRudenter à veteribus dictum eſt. Rempublicam tribus maxime rebus conſiſtere; Præmii, Pœnis, Cultu divino. Eaque ut neceſſaria ab iis, quibus Reſpub. curæ fuit, diligenter & ſedulo obſervata & cuſtodita fuere. Quæ quidem tria capita, cum in cœtibus quoque ſcholaſticis, qui Reipubl. non poſtrema pars merito habentur, requirantur, ut de poſterioribus duobus ſermonem noſtrum in tempus commodius differamus, nonnulla de priori nunc diſſeram. Sapienti & ſalutari certe conſilio ab Ampliſſ. Senatu noſtro & D. Scholarchis, ne quid hac in parte deſiderari poſſit, inſtitutum eſt, ut quotannis iis, qui præ cæteris, in ſtudiis liberalioribus, ſpecimen aliquod diligentiæ ſuæ palam præbuiſſent, ex liberalitate ipſorum, præmiola aliquod diſtribuerentur. Etſi enim, ſtudioſi adoleſcentes, veſtra

res

res potiſſimum agitur, vobiſque in primis ex ſementi hac, licet ea ſerotina videri nonnullis poſſit, meſſis copioſa, favente Deo, expectanda eſt: tamen, cum veſtri labores, ſtudiaque inchoata, aliquando etiam publicæ utilitati inſervire poſſint, hæc præmiola, quorum explicationem eruditam iam audiviſtis, tam ſtrenuis, quam ſegnioribus, veluti calcaria, in curſu cœpto, ut citius, & maiori alacritate, ad metam optatam pervenire poſſitis, adhibenda fuere. Etenim, quemadmodum fruges aeris temperie, liquidioreque cœlo, exuberant; haud ſecius bonæ artes eximiaque ingenia benignitate, munificentia humanitate, evocantur & excitantur: Contraque iniuria, ſordibus, moroſitate eorum, qui rerum potiuntur, reſtinguuntur, & langueſcunt. Quis enim, obſecro, eſt, qui, ſi præmia laborum ſuorum, vel habet, vel expectat, non ad omnia alacrior & promptior reddatur? uſque adeo verum eſſe videmus, quod Claudianus in laudibus Stiliconis ait:

Egregios invitant præmia mores.

Cum igitur conſpiciatis, & re ipſa ſentiatis, ampliſſimum Senatum, non pati ſtudium ſuum eximium, & peculiare ullum requiri, in iis, quæ vel ad excitanda, vel excolenda, vel etiam exornanda ingenia veſtra attinent, ſive diſciplinam, ſive pietatem (his enim veluti duobus lapidibus angularibus hanc ſcholam fundatam eſſe volunt) ſive ſpectes alia, quæ & honorifica & conducibilia vobis eſſe poſſunt; nihil aliud nunc reſtat, niſi ut gratum animum viciſſim exhibeatis: Siquidem hoc unicum à vobis exigitur. Quemadmodum autem ingratus, ſecundum Senecam, is dici poteſt, qui negat beneficium ſe accepiſſe: Ingratus, qui non reddit. Ingratus, qui diſſimulat: Ingratiſſimus omnium, qui oblitus eſt (hinc videmus, quod natura nihil magis odio proſequatur, quam ingratum animum, quæ etiam beſtiis feris, ut Elephantis, Leonibus, Draconibus, ſicut hiſtoriæ hoc teſtantur, grati animi ſenſum, beneficiorumque memoriam indidit.) Ita animi grati tres partes recenſeri poſſunt; Beneficium ſibi collatum agnoſcere; verbis id profiteri: aliquid rependere ſuo benefactori. Priora duo facilia eſſe dicetis; & iam quoque genere nobilis & ingenuis moribus adoleſcens, condiſcipulus veſter, eleganti carmine heroico, veſtrum omnium nomine, egregium, hac in parte, ſpecimen exhibuit. Verum tertium difficile videtur. Quid enim (ita certe interrogati reſpondebitis) nos cœtus adhuc puſillus & imbecillis tam magnis benefactoribus poſſumus hoc tempore rependere? qui, ob ætatem teneram & rudem, aliorum adminiculis adhuc magnopere indigemus? Dicam paucis. Nam prolixiorem ſermonem ratio temporis modo non patitur. Duo ſunt genera gratorum hominum. Dicitur

tur gratus, qui aliquid pro eo, quod acceperat, reddit: Dicitur etiam gratus, qui bono animo accepit beneficium. Atque hic, ſi ultra facere nil poteſt, gratus eſt, amat, debet, referre gratiam ſatagit. Quicquid ultra deſideras, non illi deeſt. Vnde fit, quod nonnunquam, qui gratiam retulit, ingratus eſt, & qui non retulit, gratus. Etenim ut omnium aliarum virtutum, ita huius, quæ à Græcis χάρις nuncupatur, ad animum tota æſtimatio redit. Huc reſpexit Cicero, ubi dicit: Quanquam gratia referri tanta non poteſt, quanta debetur, habenda tamen, quantam maximam animi noſtri capere poſſunt. *In Philip.* Siquidem gratiam, & qui refert, habet, & qui habet, in eo ipſo, quod habet, refert. Hoc etiam Heſiodus Charitum ternario numero ſignificare voluit: conſtituit enim tres actus diſtinctos in beneficiis, quæ ultro citroque dantur, ut ſunt Dare, Accipere, Referre. Ἀγλαΐα enim, quæ eſt ſplendor, & dignitas, monet, ut qui accepit beneficium, illud agnoſcat, & prædicet, Εὐφροσύνη vel hilaritas monet, datorem hilarem eſſe debere, utque ſine moroſitate & tergiverſatione beneficium conferat, iuxta dictum Euripidis: Qui cito præſtat gratiam, dulciſſimus mortalium eſt. Θάλεια florida monet, ut beneficia in recenti memoria conſervemus, neque flacceſcere ea ſinamus, quo reſpiciunt Theocritea iſta:

χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅτ᾽ ἀντιφίλης ὁ φιληθείς.

Intuentur hæ tres Gratiæ ſe invicem, complexis manibus, ut redditio beneficii notetur. Virgines finguntur, & nudæ, quo indicatur ſimplex candor, neve quis, donationis prætextu, cuiquam inſidias ſtruat. Vnde Aiax apud eundem Sophoclem dicit, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ᾽ οὐκ ὀνήσιμα. Eoque alluſit Virgilius, cum ait: *Timeo Danaos & dona ferentes.* Denique iuvenes ſunt, quia non debet beneficiorum memoria ſeneſcere. Ex his, ut opinor, rectiſſime cognoſcetis, quid à vobis deſideretur, quidve facile præſtare poſſitis. Siquidem qui gratè beneficium accipit, is iam primam eius penſionem ſolvit. Hoc ſane à vobis fiet, ut apertius dicam, ſi inprimis erga Deum pie & religioſe, erga præceptores veſtros, obſequentes & morigeros, ſtudioſosque diſciplinæ; erga condiſcipulos, & ſodales, humanos & benevolos; erga cives, denique erga omnes homines, modeſtos & amabiles vos geratis. Ex hoc veluti fundo hortove amœniſſimo Muſarum proveniunt ſuaviſſimi fructus (licet radices amaræ videantur) liberalium artium & diſciplinarum, quæ propterea humanæ appellantur, quod homines humanos & veros homines efficiant, eosque paulatim, emollita feritate innata, ad liberaliora ornamenta & emolumenta adducant. *In vita Coriolani.* Adeo nullum eſt maius donum, ut Plutarchus ait, quod acceptum bonitati Muſarum homines ferre debeant, quam quod doctrina & diſciplina emolliuntur & mitigantur ingenia, modumque tenere, & omnia

omnia vitare diſcunt. Hoc ſi feceritis, ſicut omnibus perſuaſum eſt de vobis, facturos eſſe, Ampliſſ. Senatus, cui vinculo arctiſſimo, ob ipſius beneficia erga vos, obſtricti eſtis, non ſolum in numerum gratorum & gratioſorum vos recenſebit: verum etiam veſtra pietate, diligentia, modeſtia, efficietis, ut deinceps, in amplificanda & ornanda Academia, nihil quod par eſt, in ampliſſimo illo ordine deſideraturi ſitis. Id ſane abſque magna difficultate efficere poteritis, ſi certo ſtatuatis, Deum eſſe omnium veſtrarum actionum cogitationumq; inſpectorem, qui propterea ſolus καρδιογνώστης in ſacris literis dicitur. Oculi enim Domini altiſſimi, ait Syracides; lucidiores ſunt innumerabilibus modis Sole, qui intuentur omnes vias hominum, & conſiderationem intendunt in partes occultas. Quod etiam Menander, licet gentilis fuerit, animadvertit, ubi dicit. ὀξὺς θεοῦ ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ᾽ ὁρᾷ. Quibus recte piiſſimas preces Aurelii Prudentii, ex hymno ejus matutino, adiungetis, quæ ſunt tales:

Hæc lux ſerenum conferat,
Puroſque nos præſtet ſibi,
Nihil loquamur ſubdolum,
Volvamus obſcurum nihil:
Sic tota decurrat dies,
Nec lingua mendax, nec manus,
Oculive peccent lubrici,
Nec noxa corpus inquinet.
Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus,
Actuque noſtros proſpicit,
A luce prima in veſperum:
Hic teſtis, hic eſt arbiter,
Hic intuetur, quicquid eſt,
Humana quod mens concipit,
Hunc nemo fallit judicem.

Cæterum ut hortatiunculam hanc finiam, libet vos univerſos & ſingulos, quiiam præmiola accepiſtis, teque chariſſima iuventus, quæ pietati & liberalibus artibus nomen tuum dediſti, alloqui verbis Horatianis, quibus in epiſtola ad Iulium Florum Prætor ſuum militem compellat:

I bone, quo tua te virtus vocat, I pede fauſto,
Grandia laturus meritorum præmia, &c.

CAPUT

Caput XLIX.

Florente Republica, etiam privatas res florere, & contra corruente Republica, privatas quoq; res corruere ſolere: & de pœnis eorum, qui turbata publica quiete ſuum lucrum captarunt.

IVſtinianus Imperator ita ſtatuit: Quod communiter omnibus prodeſt, hoc rei privatæ noſtræ utilitati præferendum eſſe cenſemus: noſtrum eſſe proprium, ſubiectorum commodum imperialiter exiſtimantes. *In lib. 1 ſub. fin. C. decad. toll.* Prudenter & recte quidem. Si enim Reſpub. eſt incolumis, privatas quoque res facile ſalvas manere præſtat: Publica perdendo, tua nequicquam ſerves, Cæſar inquit. *Lib. 7. de bello Gall.* Hoc animadvertit Stephanus Iunius Brutus, cum prolixe aliquot foliis diſtincta officia & proprietates Regum & tyrannorum recenſuiſſet, ubi tandem ita concludit: in ſummâ Rex ſtudet publicæ utilitati; tyrannus propriæ. *In vindic. contra tyran. q. 3.* At ſane, cum (ut ſunt homines) nuſquam reperiri queat, qui omnibus in rebus utilitatem publicam ſpectet, nec diu conſiſtere, quin ullatenus eius rationem habeat? Vbi utilitas publica prævalet, Rex & regnum; ubi propria, tyrannus & tyrannis locum habere dicentur. Non abſque ratione itaque Thomas Morus ita concludit imaginativam ſuam Rempublicam: *L. 2. Vtopiæ.* Deſcripſi vobis quam potui veriſſime eius formam Reipub. quam ego certe non optimam tantum, ſed ſolam etiam cenſeo, quæ ſibi ſuo iure poſſit Reipublicæ vindicare vocabulum. Siquidem alibi de publico loquentes ubique commodo, privatum curant. Hic ubi nihil privati eſt, ſerio publicum negotium agunt, certe utrobique merito. Nam alibi quotuſquiſque eſt, qui neſciat, niſi quid ſeorſim proſpiciat ſibi, quantumvis florente Republ. ſemet tamen fame periturum, eoque neceſſitas urget, ut ſui potius, quam populi, id eſt, aliorum habendam rationem, ſibi cenſeat: contra hic, ubi omnia omnium ſunt, nemo dubitat, (curetur modo, ut plena ſint horrea publica) nihil quicquam privati cuiquam defuturum. Neque enim maligna rerum diſtributio eſt, neque inops, neq; mendicus ibi quiſquam. Et cum nemo quicquam habeat, omnes tamen divites ſunt. Nam quid ditius eſſe poteſt, quam ademta prorſus omni ſolitudine, læto ac tranquillo animo vivere? Non de ſuo victu trepidum, non uxoris querula flagitatione vexatum, non paupertatem filio metuentem, non de filiorum, nepotum, pronepotum, abnepotum, & quam longam poſterorum ſeriem ſuorum generoſi præſumunt, victu eſſe & felicitate ſecurum. Et ea, quæ ſequuntur. Præclara quidem dictu hæc ſunt; ſed difficilia factu. Haud ſecus ac Xenophon perfectam inſtitutionem

Regis; & Cicero perfectum Oratorem; Nec non Caſtilionæus abſolutum Aulicum potius verbis effingunt, quam talem re ipſa in effectu præſtare poſſint. Sed de amore patriæ & Reipubl. poſtpoſita privata re, pertexamus hoc caput. Non abſque cauſa allegavimus antea ex Buchanano Guilielmi Setonii Scoti, perfect. Bernici, eiuſque conjugis, eximiam fidem & conſtantiam, qui poſtpoſita propria & duorum captivorum filiorum ſalute eam urbem Regi ſuo ſalvam conſervare, quam fidem frangere, & deditione privatum commodum reſpicere maluit. Inprimis autem eſt eius coniugis viraginis animi ſita admodum memorabilis, ideoque ibi adieci: Digna ſane eſſet fœmina iſta & virago, ut in ſuperiorem ordinem & numerum heroinarum, eius nomen in perpetuam memoriam reſervetur, &c. Nec minorem laudem, ob eximium amorem erga patriam, meruit, quam olim Spartana illa fœmina, apud Plutarchum; Quæ cum quinque haberet liberos, in eo prælio, quo haud longe ab urbe pugnabatur, & venientem quendam inde interrogaret: Quo in ſtatu rerum ſumma verſaretur? Reſpondente autem illo, filios ejus omnes interiiſſe: Mulier ad eum: Hæc à te non petii; ſed ut patriæ res ſe haberent, rogavi: Cum is ſubiunxiſſet; Pulchre omnia ſe habere: LVGEANT ERGO MISERE, inquit, EGO VICTRICE PATRIA, BEATAM ME ESSE IVDICO.

C.45. centur. 2.

In pol præcept.

Aliud exemplum noſtrate admodum laudabile, ex Ænea Sylvio, de Alberto, Duce Boiariæ, recenſuimus, ex quo conſtat, quam ſtudioſi illi veteres Heroës publicæ utilitatis & æquitatis fuerunt. Oblatum enim Regnū Bohemiæ, mortuo Alberto Rege, conſtanter repudiavit, cum animadverteret, id ad ſobolem Alberti hæreditario iure ſpectare. Idipſum heroica virtute imitatus eſt Fridericus Cæſar eodem tempore. Etenim cum Bohemi repulſam paſſi eſſent ab Alberto, ſicut modo diximus, ad eum miſerunt, utque regnum tutorio nomine gubernandum ſuſciperet. Ex quibus unus Legatorum Ptaſco, ſeorſim ab aliis, Cæſari auctor fuit, ut neglecto pupillo Ladislao, regnum ipſe ſibi vindicaret: Cui, ut Auſtriacorum maximo natu, id ex fœdere liceret. Cæſar, exploſa ſuggeſtione & oblatione hac, palam Legatis reſpondit: Cum videat, tantum ſibi à rebus otii non concedi, ut regni Bohemici ſtatum componere poſſit, commodum videri, ut ipſi ex ſuis magiſtratum creent, qui rem ex æquo & bono adminiſtret, ut meminerit, rerum bene an ſecus geſtarum, reddendam eſſe rationem. Sibi interim curæ futurum, uti Rex puer bene educetur: qua in re nullum ſe ſpectare privatum emolumentum; ſicut Gerardus de Roo in ſuis Annalibus, non ita pridem Conradi Decii opera editis, pluribus commemorat. Allegavimus quoque antea, in ſupra nominato capite inſignia exempla nonnullorum, qui neglecta ſalute & vita propria

ve-

vel pro ſalute & incolumitate patriæ, vel amore Imperatorum, vel Ducum ſuorum, vel etiam tædio belli, ex deſperatione ſeipſos devovere, & morte ſua patriam conſervare conati ſunt, adſcriptis nonnullis monumentis antiquis.

De qua re ex Suetonio recenſere volui, de Othone. Ita enim de eo ſcribit: Otho Imperator, duobus facinoribus, altero flagrantiſſimo, interfecto Galba, altero egregio, quod belli civilis tædio ſeſe interfecit, tantum apud poſteros meruit bonæ famæ, quantum malæ. Idcirco multi milites pedes ac manus iacentis oſculati, cum lacrymis haud procul à rogo ſeipſos interfecerunt. Multi etiam abſentes accepto mortis nuncio, præ dolore vim ſuæ vitæ attulerunt. Recenſui præterea rarum exemp'um aliquot Signorum Hiſpanorum, qui noſtra ætate, ob certa delicta, iuſſu vice Regis Siciliæ, ſub alio prætextu, in Inſulam arenoſam & ſterilem, expoſiti fuere, quumque viderent, ſibi fame moriendum eſſe, ex deſperatione, unanimi conſenſu, duas acies, veluti hoſtiles, ordinaſſe, & infeſtis armis & animis concurriſſe, ſeque mutuo trucidaſſe, arbitrantes, glorioſius eſſe, fortiter mature ferro cadere, quam inedia paulatim conſumi. Meruiſſent utique tale epitaphium, quale olim milites Sertorii, qui etiam illo mortuo, fortiter pugnando invicem cecidere, ſicut ex ibi adſcripto monumento patet, ſi ipſi potius Reip. quam privato lucro inſerviiſſent, & huius expoſitionis in Inſulam, ne maiores tumultus, & publicam quietem turbantes excitarent, cauſam præbuiſſent. Imitatus eſt autem Prorex Siciliæ, (ut more noſtro, vetera cum recentibus, ſimilibus exemplis παραλλήλως comparemus) Carthaginenſes in tranſportandis, & puniendis rebellibus, & ſeditioſis militibus. Ii enim, ſicut Diodorus Siculus annotavit, cum adverſus Syracuſios bellum, magnis peditum copiis, ingentique claſſe in Sicilia gererent, illiſque frequenter mercenarii, variis ex gentibus, mixti eſſent, qui ſæpius, præſertim ob ſtipendium, ſuo tempore non impenſum, ſeditioſi numero millia ſexaginta, primum ad prætoria concurrentes, tumultum adverſus Duces excitabant, minabanturque ſe, cum ſæpius pecuniæ deeſſent, armis, ſi quid deberetur, vindicaturos: Conſultus Senatus, Imperatoribus occulte mandavit, ut ſeditioſos ab exercitu amoverent. Itaque mercenarios omnes, ſumta alterius belli occaſione, in naves impoſitos, in Inſulam Oſteadem expoſuerunt, ubi relicti, fame abſumpti ſunt. Tot hominum defunctorum oſſa parvæ Inſulæ nomen dedere. ὀςέα enim Græci oſſa vocant. *Rerum antiq. l. 5. c. 4.*

Poſtremo huc ſpectat factum fortitudinis egregium, quod etiam partim reſpectu publicæ, partim privatæ rei, non omittendum eſt. Id eſt tale, ſicut Cromerus refert. Cum iuſſu Amurathis, Turcarum principis, occiſo Vladislao Rege, in prælio ad Varnam, ex omni captivorum numero, *Lib. 21. Rerum Polon*

propter eximiam formam, electi, ut circumciſi pro catamitis & cinædis eſſent nobiles & ingenui, in cubiculum tyranni deducti fuiſſent. generoſa indole & cupiditate conſervandæ famæ honeſtæ & virilitatis in necem eius coniurarunt, peregiſſentque facinus præclarum, & omnibus ſeculis memorabile, niſi in ipſo articulo, à Bulgaro, quem unum ſocium conſilii adhibuerunt proditi eſſent. Quod cum reſciviſſent, ne tyranni, ſive libidini, ſive crudelitati eſſent obnoxii, ob litis peſſulis, armati inter ſe concurrerunt & mutuis vulneribus conciderunt.

CAPUT L.

Quæ res ad omnium diſciplinarum cultum atque tractationem neceſſariæ iudicentur.

Excerpta ex oratione habita in prima promotione Magiſtrorum Aldorfii, anno 1581.

SEx ſunt, quæ à prudentiſſimis viris, ad omnem optimarum diſciplinarum cultum, atque tractationem neceſſaria iudicantur; Δεξιότης, Acumen videlicet ingenii; Ἀνδρεία Studiorum conſtantia: Μνήμη, memoria: Φιλοπονία, Labor: Φιλαλήθεια, Veritatis amor: Φιλοκαλία Honeſtatis virtutiſque ſtudium. De quibus omnibus, licet ſingillatim, copioſe, & luculenter, diſſeri poſſet, tamen cum temporis ratio habenda ſit, vos Generoſos, Magnificos, Ampliſſimos, Nobilitate generis, ſapientia, doctrina, virtute, eruditione præſtantiſſimos viros, reliquoſque auditores ornatiſſimos, ea, qua debeo, reverentia oro, ut pauca, eaque, ut ſpero, non inania

I. δεξιότης. afferentem, benigne, & veluti curſim, audiatis. De primo ita ait Plato: Acumine, & celeritate ingenii præditos eſſe oportet, qui ad diſciplinas accedunt, & intelligendi percipiendique facultate inſtructos. Magis enim animi diſciplinarum, quam corporearum exercitationum, difficultatibus fatigantur: Siquidem magis proprius illis labor eſt, qui ſolum ei competit, quam qui corpori etiam communis eſt. Hinc videmus, quod raro aliquis feliciter & cum honore curſum ſuum abſolvit, niſi qui ingenii vim atque induſtriam & naturæ bonitatem, vel peculiarem vel mediocrem attulerit. Melius igitur & rectius facient ii, qui hiſce dotibus, vel eximiis, vel ſaltem mediocribus, a Deo autore naturæ, non ornati ſunt, ſi mature aliud ſibi accommodatius vitæ genus ſectentur, quam invita Minerva, ut dicitur, fruſtra oleum & operam perdant. Iis autem, qui acumine ingenii, & bonitate naturæ præditi ſunt, omnis danda eſt opera, ut eam præſtantiam, divinitus conceſſam, ſua inertia, mollitia, vel illecebris voluptatum, qui perpetui & acerrimi hoſtes virtutis ſunt, corrumpi & depravari

non ſinant. Dolendum ſane eſt, & experientia cotidiana hoc demonſtrat, quod plerumque ii, qui ingenio & docilitate atque acumine reliquis præſtant, vel freti hiſce donis eximiis, ſegniores ad excolendas naturæ dotes, quæ veluti plantæ, cultu, & loco idoneo, opus habent, reperiantur: vel ſua bona innata plane non agnoſcant. Vnde accidit, quod mediocria ingenia, labore aſſiduo, plerumque conſtantiora ſunt, & non raro cultiora evadant, quam qui nimis felicitati naturæ ſuæ, contempta diligenti cultura, & elaboratione, confidunt, omniaque à ſeipſis, præpoſtero conſilio, non aliunde petenda exiſtimant. Quæ conſilia certe non ſunt diſſimilia illi, qui æger, ubi curari ſe fortiter paſſus, extemplo cõvaleſcere poſſit, cibi præſentis gratia, aut potionis, longinquum & forſitan inſanabilem morbum efficiat. Quare, quemadmodum in rudibus agris, ut Lactantius ait, prius quam ſerere incipias, evulſis ſentibus, omnibus ſtirpibus radicitus amputatis, arva purganda: ſic de noſtris animis prius vitia ſunt detrahenda, & tunc demum virtutes inſerendæ. Quæ ſi in animis veluti fertile ſolum conſecutæ ſunt, eo altius radices agunt, & uberius proveniunt.

Sequitur alterum, ἀνδρεία, ſtudiorum videlicet conſtantia: quid enim bene prodeſt cœpiſſe, ſi non & perſeveraveris? unde illis qui in ſtadio cur- II. ἀνδρεία
rere incipiunt, plus dedecoris, quam honoris contingere ſolet, ſi non in curriculo cœpto perſeverando, tempeſtive metam attingant. Eſt enim perſeverantia, teſte Cicerone, in Rhetoricis, in ratione bene inſtituta, ſtabilis & perpetua permãſio. Vnde Σωτὴρ noſter unicus non fruſtra monet, perſeverandum eſſe uſque ad finem, qui ſalvus eſſe velit. Si igitur conſtantia & perſeverantia abeſt, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Vnde accidit, quod nihil eſt tam arduum, tam durum, nihil tam difficile, quod non expugnet pertinax opera & intenta ac diligens cura.

Tertio loco propoſita eſt memoria, fidus ille rerum omnium cuſtos & theſaurus. Tantum autem ſcit unus quiſque, quantum memoria te- III. μνήμη.
net. Eſt enim facultas animi, qua quis ea, quæ ſenſu aliquo externo aut interno cognovit, in mente continet. Hæc licet ſit naturæ donum peculiare, tamen cura & diligentia alitur, confirmaturque exercitatione, atque uſu quaſi ſplendeſcit. Memoria igitur, cum ſit Theſaurus diſciplinarum omnium, artiumque ſtudio & labore quæſitarum, cuſtos fideliſſima (cuius rara exempla habemus, in Themiſtocle, Cyro, Cinea, Hortenſio, Mithridate Rege, Iulio Cæſare, Lucullo, Carmide, Seneca, aliiſque innumeris;) omnibus modis ea excolenda fovendaque eſt. præſertim cultoribus liberalium artium & diſciplinarum. Sicut autem ea alitur & fovetur exercitio, & temperamento bonæ naturæ, ita debilitatur & obli-

obliteratur quaſi, negligentiâ, luxu; & ebrietate perditur atque interit, & vitiata natura, etiam ipſa vitiatur. In qua re, quantum peccetur, obſcurum non eſt, in hac iuventutis ſocordia, & diſſolutione vitæ ac morum, boni ordinis, diſciplinæque neglectione.

IV. φιλο-πονία. Quartum eſt amor laboris, rei inprimis neceſſariæ ad exercitationē, qua unaquæque ars atque ſcientia abſolvitur. Acrem eſſe oportet, & induſtrium, ut idem Plato vult, qui operæ pretium, tum in quolibet negotio, tum præcipue in diſciplinis facere velit. Vnde veteres dicere ſolitos eſſe, Deos omnia bona vendere hominibus labore. Hoc ſane Romani indicare voluerunt, qui Agenoriam, quæ ad agendum excitaret: Stimulam, quæ ad induſtriam ultro ſtimularet: Strenuam, quæ faceret ſtrenuum, intra urbem, tanquam Deas coluerunt, & ſacra illis publica conſtituerunt. Quietem vero Deam publice ſuſcipere noluerunt, ſed extra urbem relegarunt, & in via Lavicana phanum illi deſtinarunt. Sic & ſacra Scriptura, multis in locis, ad laborem homines hortatur, & deteſtatur inertiam, & ſocordiam, monetque homines ad laborem naſci, ſicut aves ad volandum.

V. φιλα-λήθεια. φιλαλήθεια vel veritatis amor quinto ſequitur loco, ut ea tantum, quæ recta veraque ſunt, acerrime defendantur, ac propungnentur; oppugnentur atq; profligentur contraria. Cum enim Veritas omnium ſtudiis tanquam certus ſcopus propoſita eſſe debeat, cumque eam Philoſophia unice quærat; Theologia inveniat; Religio poſſideat: nonne ingens amentia & horribilis furor eſt, eam quæſitam, inventam, poſſeſſam, mendaciis & calumniis velle expellere rurſus, atque exturbare? Etenim, teſte Cicerone, tantam ſemper potentiam veritas habuit, ut nullis machinis, aut cuiuſquam hominis ingenio, aut arte ſubverti potuerit, & licet in cauſa nullum patronum aut defenſorem obtineat, tamen per ſeipſam defenditur. Etſi autem ea hoſtes habet innumeros, qui tam aſtu, quam vi, eam undiq; magnis viribus, oppugnant, tamen quemadmodum margaritæ in conchis marinis, è rore cœleſti natæ, lucidiores, pulchrioresq; ſiunt, ſi tempeſtatibus crebrius & fluctuum impetu concutiantur; vel ſicut aromata tanto magis redolent, quanto magis conteruntur. Ita veritas, quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior, expulſis nebulis, in lucem progreditur, & in caſibus adverſis eſt excelſior, & magis per ipſas lucet ærumnas, ſuoſque cultores tandem facit beatos. Hic ego mihi temperare non poſſum, quin illuſtrem Polybii graviſſimi hiſtorici ſententiam in ſulcem de vi veritatis omnia vincentis, ut eſt apud Eſdram. Sic igitur Polybius, lib. 14

Pro Cælio.

Καὶ μοι δοκεῖ μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι δύναμιν. πάντων γὰρ αὐτὴν καταγωνιζομένων, ἐνίοτε καὶ πασῶν τῶν πιθανοτήτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων, οὐκ οἶδ'

ὅπως

ὅπως αὕτη δι' αὑτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων, καὶ ποτὲ παραχρῆμα δείκνυσι τὴν αὑτῆς δύναμιν, ποτὲ δὲ πολὺν χρόνον ἐπισκοτισθεῖσα, τέλος αὐτὴ δι' αὑτῆς ἐπικρατεῖ καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος. Quorum verborum hic eſt ſenſus: Ac mihi quidem videtur natura maximam hominibus Deam oſtendiſſe Veritatem, eique maximum robur adjunxiſſe. Unde fit, ut licet omnia ipſam oppugnent, nonnunquam etiam omnes probabilitates cum Mendacio ſtent quaſi in acie, tamen hæc neſcio, quomodo per ſe in animos hominum ſubeat. Et aliàs quidem è veſtigio, quantas vires habeat demonſtrat; aliàs vero multo tempore obſcurata, tandem ipſa ſuis opibus vincit & mendacium debellat.

Veritatis itaque erit ſtudioſus, & falſitatis oſor, atque hoſtis perpetuus, qui eruditi, & boni viri nomen, laudemque adipiſci, & tueri cupit. VI. τὶ φιλόκαλον. Poſtremo, quemadmodũ eruditus & bonus vir φιλαλήθης erit; ita & φιλόκαλος ut, quæ recta & honeſta ſunt, ſequatur, atque agat. Siquidem nullæ duæ res inter ſe tam amicæ, & concordes ſunt, quam Virtus & Veritas: nempe germanæ à Deo genitæ, & humanis mentibus, ſicut utiliſſimæ, ita etiam jucundiſſimæ. Et cum omnis virtutis laus in actione conſiſtat, non ſegnem, ſed induſtrium eſſe oportet ſapientem, & in aciem ipſam, ea, quæ cognovit, producere, & ad juvanda publica commoda, cum aliis candide libenterque communicare. Ex hac brevi, & pro dignitate rei, non ſatis elaborata narratione, unuſquiſque intelligere facile poterit, quibus rebus inſtructos eſſe eos oporteat, qui cum fructu, & laude, in Philoſophiæ & humanitatis cultura, verſari cupiunt, & juventuti, veluti præfecti, Magiſtrique, conſtituendi ſunt. Quare, qui iis excellunt, hi primum Deo Opt. Max. gratias agant, deinde pietate, religione, ſobrietate, ac modeſtia, tam præſtantia bona conſervare, & augere ſtudeant. Hæc omnia cum in quatuor viris ornatiſſimis, quos hic candidatos videtis, non ſint vulgaria, imo de iis jam pridem publice & privatim documenta egregia præbuerint, factum eſt, ut digniſſimi judicentur, qui ab Academiæ hujus Philoſophici Collegij Decano, viro clariſſimo ſpectatiſſimoque, ſummis in artibus titulis ornentur. Siquidem conſtat & ingenij acumine ipſos præſtare, in ſtudiis perſeverantiam retinuiſſe, & lecta auditaque memoria tenere, atque cuſtodire: laborum eſſe patientiſſimos: Veritatis perquam amantes: & Cultores Virtutis & honeſtatis. Cum itaque dubium non ſit, poſſe eos, favente Deo, Eccleſiæ Chriſtianæ, ac Reip. uſui, ſicut hactenus fuerunt, deinceps quoq; eſſe, nulla ratione eorum honoribus defuturi ſumus.

CAPUT. LI.

Non ſolum corporis, ſed etiam mentis, & hujus quidem potiſſimum, ſanitatem conſervandam eſſe, & de recta juventutis inſtitutione.

PRudens, licet trita, eſt monitio:

CURANDUM EST, UT SIT MENS SANA IN CORPORE SANO.

Ob eam cauſam antea indicavi, quam varia damna valetudinis, ex præpoſtera & intempeſtiva medicina, oriantur, cum præſertim tam plures Medicaſtri, & Medicaſtræ, quam veri Medici, ubique fere locorum inveniantur, vel, ut ex verſiculis conſtat: *Cap. 32. centur. 1.*

Fingunt ſe medicos omnes, Idiota, Sacerdos,
Iudæus, Monachus, hiſtrio, raſor, anus.
Miles, mercator, cerdo, nutrix & arator, &c.

De his legere ſtudioſus hujus rei poterit elegantem deſcriptionem Cornelij Agrippæ. Fructus autem veræ & tempeſtivæ medicinæ, ſicut ſunt ſuaves, & utiles, (conſtat enim Medicum, teſte Galeno, ſuis præceptis, atque auxiliis, non tantum corpus juvare, ſed animum quoque ad meliorem frugem producere ſolere; Præterea non ſolum Philoſophum, ſed etiam (licet diverſa ratione) virtutum ac optimarum actionum magiſtrum eſſe: Quod etiam Seneca monet. In morbis, inquit, nihil eſſe magis periculoſum, quam immatura medicina:) Ita ſi neque ars, neque judicium, neque etiam tempus & affectus ægri obſervatur, res periculo præſentiſſimo non caret. *Cap. 83. de medicina operatrice.*

Hoc præterea Ariſtoteles medicum quendam monere voluit. Is cum morbo teneretur, & medicus ei præceptum quoddam injungeret: Ne, inquit, me cures, vel ut bubulcum, vel ut foſſorem, ſed prius cauſſam ediſſere. Sic enim, facili perſuaſione, me morigerum reddideris. Quo docebat, nihil ſine cauſſa temereque proferendum eſſe: eodem reſpexit Avicennas. Ubi dicit, Fidem ac ſpem ægri, erga medicum & medicinam, ſæpe plus efficere, quam ipſam cum medico medicinam. Ex aphoriſmis, & præceptis etiam Celſi laudatur plerumque, quiete & abſtinentia optime curari morbos. Unde Livius quoque monet, Medicos plus interdum quiete, quam movendo, atque agendo, proficere. Hinc medicorum ſcitum eſt, iſtos ab atra bile; diem plerumque ſanare, atq; quietem. Quam periculoſum autem ſit, medicamenta ſumere, ab iis, qui eorum naturam & vires, vel etiam applicandi *Ælianus var. hiſt. li. 9. c. 23.* *Lib. 22.*

candi modum ac tempora ignorant, Levinus Lemnius, memorabili exemplo, declarat: Novi, inquit, quendam ſacrificum apud nos, ſed non admodum firmi cerebri, aut mentis ſanæ, qui cineres buxi deuſtæ, atque ritu Romanæ Eccleſiæ, dominica Palmarum, conſecratæ, cuidam adoleſcentulo ebibendos propinaret, aqua luſtrali immerſos, adhibito inani ac ridiculo quodam exorciſmo, ad diſpellendas, ut aſtantibus perſuaſit, febres, & vermes exigendos. Non ita multo poſt, febris quidem depulſa, ſed adoleſcens morte ſopitus eſt. Sicut autor fui meis civibus, ne quis tale quiddam iterū attentaret, quum buxeæ frondes deleteriæ ſint, & exitiales, corporiq; humano noxiæ, ac pernicioſæ, quod odor gravis etiam viroſus indicat, & ſapor abominabilis, atq; amarulentus, quē palatum reſpuit, atq; adverſatur, &c. Tales imperitos Medicos Galenus vocare ſolebat ἀμεθόδους, quia ipſorum ars medicandi continebatur paucis regulis: Omne laxum aſtringendum; omne ſtrictum laxandum; omne cavum implendum. Et in his non conſiderabant, neq; ætatem, neq; complexionem, neq; ſexum, neq; anni tempus, neque cōſuetudinem, neq; efficaciam, neq; alias qualitates vel circumſtantias. Non fruſtra itaq; Plinius miratur, quod nulli magis, quam ſe medicum profitenti, credatur, quum tamen in nullo mendacio ſit periculum majus: non tamen illud intueamur, adeo blandam eſſe ſperandi (ita enim legendū, non ſpirandi, ſicut vulgata lectio habet) per ſe cuique dulcedinē. Sed ne, ut eſt in proverbio, ſutor ultra crepidam, vel falcem in meſſem alienam profūdius immiſiſſe videar, hæc medicis explicanda relinquo.

In ſimilib biblicis c. 41.

Cap. 26.

Quemobrem, ad alteram potius partem hujus capitis, pergam. Quam diligēs & attenta fuerit antiquitas incorruptior, in inſtituenda juventute, ut mentes ſanas in corporib⁹ ſanis haberent, multis exēplis doceri poſſet. Inprimis autē Plutarchus multa præclara præcepta in hac re, poſteritati ſcripta reliquit. Inter alia aūt, hanc tradit ſalutarē doctrinā: Quærendi ſunt liberis magiſtri, quorum & inculpata ſit vita, & mores juſtæ, reprehenſioni non obnoxij, & qui peritiæ ſint minime vulgaris. Fons enim & radix virtutis, atq; honeſtatis vitæ, eſt inſtitutio proba. Vtq; agricolæ, ſtirpibus pedamenta apponunt: ſic Probi magiſtri, accuratis præceptis, admonitionibusq;, adoleſcētes ſuffulciunt, ut mores recti inde germinent. Nūc vero etiam deſpuas in contumeliam quorundā parentū, qui prius quā futuri magiſtri ullū fecerint periculum, ignoratione aliquando aut ēt imperitia decepti, non ſpectatis, adeoq; etiam malæ notæ hominibus filios ſuos cōmittunt, &c. Et ſub finem libri ejus, ulterius ita monet: Ante omnia, debent parentes, nihil peccando, omniaq; pro officij rationib. agendo, evidens ſeſe liberis exemplū præbere, ut in iſtorū ij vitā, tanquā in ſpeculum intuentes, à turpibus dictis, factisq; avertantur. Etenim qui peccata filiorum increpantes, ipſi in eadem prola-

De liberor. educat.

buntur vitia, ij ſe non ſentiunt ſub illorum nomine ſemetipſos accuſare. Quorum vero tota vita turpis eſt, ij ne ſervos quidem objurgandi libertatem ſibi relinquunt, nedum filios. Quo accedit, quod tales patres ſcelerum conſultores, ac doctores ſuis ſunt filiis. Vbi enim ſenes ſunt impudentes, neceſſe eſt, ibi adoleſcentes quoque invereundiſſimos eſſe. Huc reſpexit Cicero, ubi dicit: Sunt ingeniis noſtris ſemina innata virtutum, quæ ſi adoleſcere liceret, ipſa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc ſimul atque editi in lucem & ſuſcepti ſumus, in omni continuo pravitate, & in ſumma opinionum perverſitate verſamur, ut plane, cum lacte nutricis, errorem ſuxiſſe videamur. Poſtea magiſtris traditi, tam variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, & opinionibus natura, velut præoccupata, cedat.

L. 2. Tuſc. quæſt.

Cæterum quid prava educatio efficiat, declarat memorabilis hiſtoria Dionis, cui Dionyſius Syracuſarum Tyrannus male volebat, & cum aliter nocere non poſſet, Areten ejus uxorē, ſcribit Æm. Probus ſive potius Corn. Nepos, alij nuptū dedit: filiumque ejus ſic educari juſſit, ut indulgendo turpiſſimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero prius, quam pubes eſſet, ſcorta adducebantur: vino epulisque obruebatur, neque ullum tempus ſobrio relinquebatur. Is uſq; eo vitæ ſtatum commutatum ferre non potuit, ut, poſtquam in patriam rediit pater (namque appoſiti erant cuſtodes, qui eum à priſtino victu deducerēt) ſe ſuperiore parte ædium deiecerit, atque ita interierit. Cui germana eſt illa hiſtoria, quæ refertur à Svida. Zeno, inquit Romanorum Imperator, filium ſuum, admodum adoleſcentem imperij ſucceſſorem relinquere cupiens, & dignitatibus ornabat, & corpus exercere jubebat, ad ſtaturæ incrementum. At Imperatorij proceres, poteſtatem nacti fisci affatim exhauriendi curabant, ut adoleſcens Sybaritico luxu corrumperetur, & lenocinio ſuo ad inſanos eum amores æqualium incitabant. Itaq; vitæ ratione, ad ſuperbiam, & voluptatem comparata, ab omni honeſtate remotus, & jam tum arrogantiam ob expectationem Imperii, è vultu elucentem, præ ſe ferens, ſublimis incedere, & erigere cervices cœpit, a., ut paucis dicam, erga omnes, non alium ſe præbere, quā adverſus ſervos. Verū inſpector omnium rerum, & nativa, & edocta ejus improbitate perſpecta, ita illum mulctavit, ut alvi profluvio, multos dies, ſine ſenſu, lectum inquinans, immatura ætate, rebus humanis eximeretur. Merito itaq; laude dignus eſt Theodoſius, quē refert Nicephorus, quum filios ſuos, Arcadium & Honorium præceptori, in timore, virtute & honeſtis diſciplinis, inſtituendos committeret, ita dixiſſe. Mei filij, delegi vobis præceptorem eum, qui optimus, & ſapientiſſimus noſtrorum hominum, cenſetur, cui ego, vobis audientibus injunxi, ut vos ea maxime doceret, quæ Principi fingendo, &

In vita excellent. Imp.

omnibus

omnibus virtutis officiis inſtruendo, neceſſaria ſunt, ut vos, ſi in poſterum iis imbutos præceptis, virtuti convenienter vitam agere videam, meorum bonorum, & Imperij, relinquere hæredes poſſim. Alioquin nec jure poſſum, nec debeo, tum noſtri, tum ſubditorum commodi cauſa, vos mihi Imperatores ſubſtituere, &c. Idipſum rectius declaratur ex Epiſtola quadam Amalaſuntæ, quam ad Atalaricum filium Gothorum Regem ſcripſiſſe perhibetur: quæ ut integra ex Caſſiodori variis inſeratur, operæ pretium eſt. Nihil unquam, inquit, mihi antiquius fuit, quam te, doctrinis & moribus optimis, inſtituere. Sed, per procerum ducumque tuorum improbitatem, id nunquam licuit, ex ſententia, mihi efficere. Exiſtimarunt enim rudes homines, Regem ſuum ſub præceptore minime eſſe debere, arma tibi magis, quam omnes diſciplinas uſui futuras prædicant. Hæc ſatis iniquo animo tuli. Nam ſcientiarum optimarum cognitionem tanti, quanti ampliſſimos theſauros, ſemper feci. Verum tamen cum animadverterem ætatem, ſimplex ingenium tuum, ac utriuſque fortunam, perditorum hominum audaciæ obnoxiam eſſe, injuriæ quamprimum obviam eundum duxi, perditiſſimaque quorundam hominum conſilia anteverti, qui odia & ſimultates inter nos, inſigni pietate conjunctos, diſſeminabant, quæ, quaſi præſentiſſimum venenum, nos, unà cum Imperio, facile perderent, ac everterent. Ravennam igitur maximis itineribus contendi, captisque aliquot noxiis, de iis ſupplicium ſumpſi nihilque prius duxi, quam de iis omnibus te certiorem facere, monereque, ut ab hujusmodi viris & inſidiis, quantum per ætatem poſſes, caveres. Lubrica eſt ætas, amplitudo Imperij ea eſt, ut ſapientiſſimum virum, multis etiam ſeptum conſiliis, præcipitem agere poſſit. Tu autem, fili, cave, exiſtimes, te ulli, quam mihi, chariorem eſſe, Vale.

Multo cultior Gothorum gens illa tempeſtate fuit, quam olim cum *Egnatius* vaſtaret Græciam. Ex qua, quum unus vel eruditior, vel callidior, captis Athenis, librorum ingentem vim coacervaſſet, deque his comburendis jam conſilium ejus commilitones cepiſſent, Abſtineamus, inquit, hanc injuriam, ab his codicibus, quibus Graij homines, dum ſtudioſius incumbunt, minus ad bella idonei fiunt, &c. Quintam denique Carolus Magnus filiorum filiarumque in educando curam habuerit, teſtatur his verbis Emhardus ipſius Cancellarius, & (ut nonnulli ſcribunt) gener: Liberos *In vita & geſtis.* ſuos, inquit, ita cenſuit inſtituendos, ut tam filij, quam nepotes, primo liberalibus ſtudiis, quibus & ipſe operam dabat, erudirentur. Tum filios, quam primum ætas patiebatur, more Francorum equitare, armis ac venationibus exerceri fecit: filias vero lanificio aſſueſcere, coloque ac fuſo, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honeſtatem

erudiri juſſit. Sed ut tandem, in inſtitutione liberorum, hoc caput abſolvamus, recte ſane & prudenter inſtitutio liberorum, ab ineunte ætate, omnibus curæ eſſe debet. Quocirca non fruſtra antea allegavi, Liberos non ſolũ nobis, ſed etiam patriæ, ut Reipubl. uſui eſſe poſſint, ſuscipi. Ex illa ratione leges Cæſareæ ſtatuerunt; quod mulier prægnans, alioquin propter maleficium plectenda, ſive ex adulterio, aliove conceperit, non poſſit pœna corporis puniri, vel violenter torqueri, donec pariat, & hoc conſtitutum eſt, favore fœtus. Reſpexit autem forte legislator ad Atticam legem, ob quam Ælianus Athenienſes laudat, Cum enim judices Areopagitæ veneficam mulierem deprehendiſſent & eam morti tradere vellent, non prius ipſam interemerunt, quam partu liberaretur. Poſtquam vero peperit, quod conceperat, abſolventes à damnatione innocentem infantem, eam quæ meruerat ſupplicium, ſolam morte mulctarunt. Cæterum natio Græca, prudentioribus & gravioribus Romanis, ob levitatem & vanitatem, ſemper ſuſpecta fuit: ſi ut videre licet apud Plinium, ubi Marci Catonis verba ad filium ita refert: Dicam de iſtis Græcis ſuo loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit, illorum literas aſpicere, nõ perdiſcere. Vincam nequiſſimũ & indocile genus illorum. Et hoc puta vatem dixiſſe: Quandocunq; iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet, &c. Ideoque Cato in ſuis fragmentis, Græcos tanquam impudentes, & per ironiam fabulantes arguit. Quo etiam Juvenalis reſpexit, cum ait in Satyris:

Cent. 1. cap. 52. — *l. Imperator. de ſtatu homin.* — *Variar. hiſt. lib. 5. c. 18.* — *Lib. 29. c. 1. De originibus.*

——— *& quicquid Græcis mendax*
Audet in hiſtoria, &c. ———

Rectiſſime itaque apud Ariſteam (licet ejus autoritas à Joſepho Scaligero, & aliis, in dubium vocetur) Ptolomæo Philadelpho, Ægyptiorum Regi, quadrageſimus primus ex Septuaginta interpretibus, interroganti, quæ eſſet maxima negligentia? reſpondit: Si quis non curat liberos, nec eos educando quam diligentiſſime informat. Nam oramus, inquit, Deum ſemper, non tam pro nobis, quam pro liberis noſtris, ut illis adſint omnia bona. Vt autem vere cupiant, & poſſint acceptare temperantiæ diſciplinam, hoc eſt gratiæ & virtutis divinæ, &c. Cæterum de matribus, quę filios ſuos ipſæ non alunt, nec apud ſe domi educari patiuntur, eſt elegantiſſima Epiſtola Viri Clariſſ. Michaelis Hoſpitalij, heroicis verbis ſcripta, ad quam, cum prolixior ſit, Lectorem remitto. Eſt enim lectu iucundiſſima ſimul & vtiliſſima, &c. cum qua conferenda eſt Phavorini Philoſophi diſſertatio apud Gellium in Noctibus Atticis relata.

Epiſt. lib. 3. — *Lib. 12. c. 1.*

CAPVT

Capvt LII.

De ſtudiorum ſapientiæ neceſſitate & praeſtantia.

Excerpta ex oratione habita 1583. Aldorfii.

NEminem in hoc præſtantiſſimo cœtu ignorare puto, quam varii ſermones, iique ſatis odioſi, ab imperita multitudine paſſim ſpargantur, quod ferme infiniti labores, nimii ſumptus, operæ, & impenſæ ingentes ad erudiendam & inſtituendam iuventutem impendantur: ſibi præpoſtero quodam iudicio perſuadeant, ea omnia facile omitti, & in alios uſus, quos ipſi, tanquam magis neceſſarios, magnifaciunt, rectius collocari poſſe. Inprimis autem hoc imperitum genus hominum honores ſcholaſticos, propter quos potiſſimum hic conventus noſter iam eſt inſtitutus, tanquam rem levem. ſupervacaneam, & inutilem, irridere & deſpicere ſolet. Verum ſi iſti illi ἄμουσοι & ſibi & aliis conſtarent, quinam homines eſſent, rectiusque perpenderent, quam ob cauſam utiliſſimo & optimo conſilio iſti honores ſcholaſtici introducti ſint, eos tolerabiliores cenſores, ſi ſaperent, futuros, dubium non eſt. Etſi autem innumerabilia commoda recenſeri poſſint, quæ inde oriuntur, tamen brevitate temporis excluſus, nonnulla modo ex Synodo quadam referam, quæ inſtar multorum nobis eſſe debent. In ea enim decretum eſſe legimus, ut ludi literarii ubique inſtituerentur, in quibus adoleſcentes humanioribus literis atque artibus, ex quibus eruitur Philoſophia, quæ eſt ſtudium ſapientiæ, erudirentur, & dignitatibus bene meriti ornarentur. Eius Synodi articulus in libri Iuris Canonici à Gratiano ita inſertus eſt: De quibuſdam locis ad nos refertur, neque Magiſtros, neque curam inveniri pro ſtudio literarum. Idcirco ab univerſis Epiſcopis, ſubiectis plebibus, & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura & diligentia habeatur, ut Magiſtri & Doctores conſtituantur, qui ſtudia literarum, liberaliumque artium dogmata, aſſidue doceant, quia in his maxime divina manifeſtantur, atque declarantur mandata. Sufficiat igitur nobis huius concilii authoritas, quæ univerſalis Eccleſiæ ſuffragii ac teſtimonii vim habet, ut male feriatorum hominum oris impura licentia cohibeatur. Tanto certe pretioſiora ſunt ſtudia Philoſophiæ aliis rebus, quæ vulgo magni æſtimantur, quanto animus corpori præſtat: Siquidem fatendum nobis eſt, corpus ab animo gubernari; animo vero ſtudium ſapientiæ loco gubernatoris eſſe. Nonne videmus, quod unus gubernator navigationem moderetur, ut animus corpus, ut na-

37. diſt. c. de quibuſdã.

ut navis gubernatoris imperio pareat, ut animo corpus? ut venti navem impellunt, quemadmodum virtutes fortuna? quod ſi tempeſtas exoritur manente navi, incolumique gubernatore, ſalutis nuſquam amittitur ſpes, ſive navis ipſa recto feratur curſu, ſive arte tempeſtatem devitet, dum tamen à gubernatore regitur. At ſi gubernatorem ipſum abſtuleris, inutilis navis efficietur, etiamſi firmitatem propriam ſervet, & inutilis erit ventorum afflatus, etiamſi ſecundus ac proſper fuerit: Propterea ut in mari & in navi, & in navigatione pretioſiſſimus eſt gubernator: Sic in vitæ noſtræ curriculo animus philoſophicis & piis ſtudiis imbutus, ſupremum ſibi vendicat honorem, quemadmodum in navi gubernator. Recte itaque Philoſophia, quæ, ut diximus, nihil aliud eſt, quam ſtudium ſapientiæ, ita depingitur: Teneat imago fœminea altera manu ſphæram ſeu globum, qui totius mundi formam videtur habere, ſubucula vero & interiore tunica ſuccincta, ſed ſuperiore veſte ampla ac lacinioſa diſcincta. Eius ante pedes iaceant coronæ ex lauro, hedera, myrto, aliiſq; frondibus, quæ non niſi quibuſdam emeritis & multo ſudore profuſis dantur. Adpingantur tamen nonnulli audaculi ac impudentes (ut eſt hodie, & ſemper fuit hominum quorundam genus) qui improbe eas rapiant, & clam ſibi inconcinnatas quaſdam ac male compoſitas coronas conſuant. Integras vero ac inviolatas eas nullos aſſequi poſſe, niſi quas eo loci novem puellæ, cum intonſo ac imberbi adoleſcentulo exhibuiſſent. Propter has & Pitho ſedeat, quæ hauſtu limpidiſſimum quendam liquorem ex Orchomenio, Gratiarum fonte, nonnullis propinat. Sed ne in pictura immoremur, audiatis, quæſo, patienter, quid ea ſibi velit. In manu ſiniſtra ſphæra indicat quod nihil uſquam genium ſit in toto mundi ambitu, quod ſtudium Philoſophiæ non revelet, & poſteritati tradat. Quod vero interiores ſuccinctas geſtare veſtes videatur, id in cauſa putaverim, quod qui ſeria & ſecreta naturæ ſcripſerunt, ſuccincto & expedito uſi ſunt ſermone: at qui bella, qui amores & luſus, & id genus cætera, ornato, comto, atq; diffuſo dicendi genere, quod per ſuperiorem amplam & lacinioſam veſtem ſignificatur. Novem autem puellæ cum Apolline, Muſas, & bonas literas liberaleſq; diſciplinas, quæ veluti coronis dignos ornare ſolent, denotant. Quod clam vero ac impudenter à nonnullis eæ diripiantur, non noſtra indiget prolixiore interpretatione. Quid enim paſſim fiat, ignotum non eſt. Sed quid Pitho, quæ, teſte Fabio, apud veteres perſuadendi Dea fingebatur, & quæ Gratiarum liquorem aliquorum labiis infundere dicebatur, in tabula noſtra ſibi vult? Ea ſane demonſtrat, requiri in Magiſtris & Doctoribus facundiã & eloquentiam, ut ſalutaria præcepta efficacius animis hominum inſinuare atque imprimere norint. Verum hanc picturam noſtram actus ipſe præ-

ſens

ſens rectius explicabit, quare ut ea, quæ adhuc peragenda ſunt, mature rectoque ordine abſolvantur, prolixior modo non ero. Converto igitur me ad te, Clariſſime & Spectabilis D. Decane: cumque ſatis mihi conſtet, viros & adoleſcentes candidatos, quos publice jam produxiſti, in publica & privata exploratione ſtudiorum & morum ipſorum dignos repertos eſſe, ut meritis honoribus ornentur, eoſque ſuis laboribus, induſtria, aſſiduitate, doctrina & eruditione id aſſecutos eſſe, quod alioquin paucis contingere ſolet: (Siquidem hieroglyphicæ figuræ doctrinam & eruditionem indicantes, cœlum pingunt rorem fundens; qua re innuere voluere, quod quẽadmodum ros decidens in omnes quidem plantas diffunditur, ac eas duntaxat mollit, quæ ejus naturæ ſunt, ut molliri poſſint: cæteras vero, quæ ſuapte natura duræ ſunt, non item: Sic & doctrina communiter quidem ad omnes pertingit homines, ſed eam tantum, quiſquis felici natus eſt ingenio, ut rorem arripit, qui vero ingenij facultate deſtituitur, idẽ efficere non valet:) Cum, inquam, vos rore virtutis & eruditionis perfuſos ſciam, ideoq; dignos eſſe cenſeam, ut præmium laborum & induſtriæ veſtræ accipiatis, atq; participes Cæſareæ Majeſtatis privilegiorũ & beneficiorum fiatis, petitioni Clariſſimi & Spectabilis D. Decani, libenti animo ſatisfacere ſtudebo, &c.

Caput LIII.

Commẽdatio & typus amicitiæ & cõcordiæ, ac vice verſa deteſtatio diſcordiæ, excerpta ex oratione Aldorfij habita Anno 1587. poſtridie Petri & Pauli.

TEmporis & loci ratio præſens poſtulare, & me monere videtur, mihique materiam ſuppeditavit, ut amicitiæ typum, ut puta ingenioſum, & non vulgarem, veluti in tabula, ante oculos proponendum & explicandum, & hac ratione auditores commonefaciendum cenſuerim, ut diligenter perpendant, quantam vim & utilitatem vera amicitia contineat: econtra quam innumera mala, ea ſublata, in locum ejus ſuccedant; ut recte Comicus dixerit: Neque falſum, neque ſuave eſſe quicquam, ubi amor non admiſcetur. Pictura autem apud Romanos amicitiæ (quam tanquam Deam, quæ à Græcis φιλια appellatur, gentiles inter ſua numina còllocavere, licet peculiares aras & templa huic Deæ dedicata fuiſſe non reperiam) antiquitus talis fuit: Pingebatur puella juvenis forma, detecto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cujus fimbria ſcriptum erat: MORS ET VITA. In fronte: ÆSTAS ET HYEMS. Latus habebat apertum uſque ad cor, & brachium inclinatum, digito cor oſtendens, ibi ſcriptum erat,

LONGE ET PROPE. Hujus ingenioſæ picturæ myſteria ita explicari poſſunt: Forma juvenilis indicare videtur, amicitiam ſemper recentem, vigore & alacritate florentem, nullaque temporis diuturnitate tepeſcentem. Nudum caput, quod omnibus pateat, & amicus nullo unquam tempore amicum publice ſuum fateri erubeſcat. Rude autem indumentum oſtendit, ut amicus nulla ardua, extremamque inopiam, pro amico ſubire non recuſet. Vita & mors in veſtimento ſcripta indicat, quod, qui vere diligit, uſque ad mortem amat, imo etiam poſt mortem, ut epigramma quoddam monet.

——tales nos quærere amicos,
Quos neque diſiungat fœdere ſumma dies.

Æſtas & hyems; quia in proſperis & adverſis æque amicitia ſervanda. Latus apertum habet uſque ad cor, quia nihil amicum celat, ſed cum eo omnia communia habet. Brachium inclinat, & digito cor oſtendit, ut opus cordi, & cor verbis reſpondeat, nihilque fictum fucatumve admiſceat. Longe & prope ſcriptum eſt; quia vera amicitia nullo tempore aboletur, nec locorum intercapedine diſiungitur. Hanc ſtatuam & deſcriptionem ami itiæ ideo libentius introducere, & ante oculos proponere volui, cum ea germana ſoror Concordiæ fingatur, eæque ut conjunctiſſimæ, & à Deo genitæ, ita humanis mentibus utiliſſimæ & integr s jucundiſſimæ ſunt. Concordiam autem Ariſtides Rhodienſibus ita effinxit, Decoram, compactam, bene coloratam, gratioſam, & undique per omnia ſibi quadrantem & congruentem: Deorumque dilige tia a benignitate in terram delapſam. Hanc a Jove horas confirmare, ſolam o ſignare cuncta, agros cultibus exornare, res urbanas gerere, pro vcto, perqu m mature nuptias tum dare, tum accipere, in quos, & à quibus libeat, liberos educare, atque erudire, aliaque præterea pulchra. Vt autem bona, quæ ex amicitia & concordia oriuntur, rectius per contraria & oppoſita cognoſcerentur, & eluceſcerent, quaſi purpura juxta purpuram poſita, ut proverbio dicitur: Eodem modo ingenioſa antiquitas formatur, in morem furiæ, Diſcordiam, matrem ſeditionis & furoris, ſupino capite, labris liventibus, oculi ſtrabis, putridis, tumefactis, lachrymis ſubinde fluentibus, manibus incontinentibus, mobilibusque, gladium intus ad pectus ferens, tenuibus & obliquis innixa cruribus & pedibus, eam, ceu rete, caligo & tenebræ circumvolant, & reliqua monſtroſa. Cæterum ut omiſſo hoc execrando monſtro & furia, ad amicam & concordem conjunctionem revertar, ad hanc fa e reſ exerui t veteres ſapientes, cum nonnulli ſeptem, alij vero nove n Muſas, tanquam ſorores, Jove & Memoria genitas finxerunt. P rivatum enim illis fuit, ſeptenarium & novenarium nume-

numeros in hominum vita multum valere, perfectiſſimosque præ cæteris eſſe. Unde ſeptem tantum voces antiqua Muſicorum inſtrumenta continebant, & quidem concordiam inde dici putant, quod chordæ variæ in unam conveniant harmoniam; tametſi alij concordiam, à corde, & rectius ut puto, deductam malunt; hinc excordes, concordes, vecordes dicimus, idque ex vetuſtiſſima inſcriptione vel potius exprobratione conſtat: OPUS VECORDIÆ TEMPLUM CONCORDIÆ FECIT. Cum igitur non ſolum ſeptem Muſæ, ſed etiam totidem liberales artes recenſeantur, quibus hactenus, Ornatiſſimi Canditati, talem operam navaſtis, ut jam ad nomen & dignitatem Magiſtrorum & Doctorum ſeptem artium aſpiretis, numerus ſeptenarius, qui vos quoque complectitur, eo auſpicatior eſſe debet. Quare vos hortor, & moneo, ut in hac conjunctione animorum, & ſtudiorum perſeveretis, neque patiamini vos odio & diſcordia ſeiungi. Amicitia enim & concordia, ut fert conſuetudo noſtræ depravatæ naturæ, quo vehementior aut conjunctior eſt, ſi aliquando læditur, raro, vel nunquam, ad priſtinam charitatem redit, nec offenſione obliterata coaleſcit. Fugite igitur omnem offenſionis & diſtractionis occaſionem, quod eo facilius præſtare poteritis, ſi picturæ amicitiæ & concordiæ amabili, diſcordiæ typum abominabilem opponatis, & in utramque partem commoda incommodaque inde manantia diligenter cum animis veſtris perpendatis. Siquidem verum eſt Agrigentini cujusdam vetus vaticinium, quod Græcis verſibus celebratur, quorum ſenſus eſt: Quod quemadmodum omnia, quæ in rerum natura totoque mundo conſtant, contrahere ſolet amicitia, & conſervare concordia: ita omnia econtrario diſſipet inimicitia, evertat diſcordia. Sed nihil in præſentia neceſſe arbitror, ut pluribus commemorem, aut bona, aut mala, quæ ex concordia vel diſcordia redundent, utinam ea potius externis exemplis, quam domeſticis experimentis, nobis cognita eſſent. Verum longior ſum, quam fortaſſe temporis ratio patitur. Cum ea, quæ leges Academicæ conſtituunt, & ſanciunt, in privata & publica exploratione præſtitiſtis, & digni reperti fuiſtis, ut licentia docendi, publice, & privatim, quæ eſt in Philoſophica facultate ſumma, vobis concedatur: Ego poteſtate ab Ampliſſ. D. Scholarchis mihi conceſſa, cupiente & petente hoc clariſſ. & eximio viro, D. Decano, Philoſophici Collegij, Vos, inquam, omnes & ſingulos dignos eſſe judico, & poteſtatem do atque concedo Domino Decano, ut fiat, quod petitur: Eaque, quæ ſui muneris ſunt, in conferenda hac dignitate, adhibitis conſuetis ceremoniis, & ſolennitatibus, abſque ullo impedimento peragat, ut videlicet accepta poteſtate Auguſtiſſ. vigore Cæſareæ Majeſtatis privilegij, vos ſeptem, & unumquemque veſtrum, Magiſtrum ſeptem libera-

beralium artium & ſcientiarum creet, faciat, publice renunciet, omneque jus hujus ordinis, more recepto; vobis tribuat. Hoc ut felicem eventum habeat, utque id omne Eccleſiæ, Reipublicæ, & vobis omnibus, & ſingulis, utile & ſalutare ſit, orandus eſt author pacis & concordiæ DEVS Opt. Max.

CAPVT LIV.

De ſycophantis, calumniatoribus, & hypocritis, qui, ſub ſpecie amicitiæ & familiaritatis, inſontes evertere conantur.

PRoprie συκοφάντης dicitur à σύκον, id eſt, ficus, & φαίνω, oſtendo, quaſi monſtrator ficuum. Erant enim Sycophantæ cuſtodes hortorum, cuſtodes ficuum, & ſimul indices furum. Eſt igitur συκοφαντεῖν proprie, accuſare aliquem, quod furatus ſit ficus. Sed, quia hoc ſæpe fiebat fraude, poſtea vocabulum hoc cœptum eſt uſurpari pro διαβάλλειν, calumniari, & συκοφαντία pro διαβολῇ, ſicut Melanchthon erudite notat. Etſi autem in ſequentibus plura de hoc vitio, quod Deo & hominibus pariter eſt inviſum, & de iis, qui illo, ad evertendos bonos & inſontes, maledictis & malitioſis conatibus utuntur, diſſerturi ſumus: ut recte à Niceta Choniata dicatur, Nihil habere naturam humanam deterius calumniatrice lingua, eamque Pſalmographum haud immerito, multis in locis, deteſtari, ab eaque ſe liberari optare, & precari: tamen antecedit, alia ſpecies calumniæ, plerunque in aulis Principum frequentata, inter eos, qui alios, niſi fraude vel inſidiis, ob integritatem opprimere non poſſunt, tum videlicet, ſub ſpecie amicitiæ, à Sycophantis, inſidiæ bonis artificioſe ſtruuntur, quæ raro, nec ſingulari ſagacitate, vitari poſſunt. Natura enim ita comparatum eſt, ut unuſquiſque in ſuis ægritudinibus amicum fidelem exoptet, cui dolores animi fideliter exponat, & hac ſua expoſitione cordi afflicto veluti ſublevamen & recreationem quærat, ſicut Cominæus quoque monet. Unde dicit B. Ambroſius: Eſt ſolatium hujus vitæ, ut habeas, cui pectus tuum aperias, cui arcana communices, cui ſecreta pectoris tui committas, ut colloces tibi fidelem virum, qui in proſpero gratuletur tibi, in triſtibus compatiatur, in perſecutionibus adhortetur. Familis vox eſt, & communis, TVVS SVM TOTVS, &c. Felices ſane illi, qui in talem fidum amicum, & veluti medicum ægritudinis incidunt, quod ſane perraro evenit. E contra vero ſæpenumero fiſe hypocritæ, & malitioſi homines, ſub ſpecie amicitiæ & familiaritatis, ſubdole inſinuant, ab iisque magni & egregij viri decipiuntur.

In hiſtoria Evangelica de Zacheo.

Cap 56. In Anna-lib.

Lib. 3. offic.

cipiuntur, & delatione eorum calamitoſi fiunt. Vetus enim & uſitatus hypocritarum mos eſt, quod impietatis, cui ipſi maxime obnoxij ſunt, alios, eoſque innocentes accuſent, ac eo nomine quoque trucident. Curioſum ſane genus hominum, ad cognoſcendum vitam aliorum, deſidioſum ad corrigendum ſuam. Hoc movit Antigonum Regem, ut interrogatus, quare quotidie Deos, ut eum ab amicis defenderent, precaretur? Reſpondit: Ab illis, qui palam hoſtes ſunt, poſſum mihi ipſe mediocri diligentia cavere; ſed ab amicis ſu atis mihi ipſe cavere non poſſum; ſed contra eorum inſidias opus eſt Diis protectoribus. Quo reſpexit Ovidius hoc diſticho:

Tuta frequensque via eſt, per amici fallere nomen;
Tuta frequensque licet ſit via, crimen habet.

Proverbium ſane Germanicum ſuccinctum, & elegans eſt, quo tales fictos, ſed admodum periculoſos Sycophantas vitare jubemur, nempe Joabs Gruß/und Judas Kuß. Italicum quoque eſt elegans: *Chi ti fa piu carezze, che non ſuole · ò tradito t' ha, ò tradir ti vuole.* Et alterum quoque: *In una mano il pomo, nel' altra il baſton.* Idipſum memorabili hiſtoria illuſtrat Zonaras, quomodo videlicet Theodorus Santaborenus monachus, calumniis & obtrectationibus Leonis, filij Baſilii Imperatoris, vitæ, ſub ſpecie arctæ familiaritatis, & ſynceræ affectionis, inſidiatus fuerit. Vnde Polybius de ſui temporis iniquitate, novum modum calumniandi *Lib. 4. hiſt.* inventum, non vituperando, ſed laudando, famæ, ac commodis hominum inſidiari: quod vitium, inquit, in aulis principum uſque adeo inolevit, ut ea loca, tanquam proprias ſedes, elegiſſe videatur. Cæterum natura noſtra ita comparati ſumus, ut omnes ab inimicis ſibi caveant; ab amicis nemo ſibi cavendum putet. Quod ante Ariſtotelem ſapientiſſimus Poeta Theognis monet, cujus hæc eſt doctrina eleganti diſticho comprehenſa:

Ἐχθρὸν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι,
Κύρνε, φίλον δὲ φίλῳ ῥάδιον ἐξαπατᾶν.

Fallere, difficile eſt inimicum; at amicus amicum
Fallere, non magno, Cyrne, labore poteſt.

Lucillij quoque Epigramma extat perelegans, lib. 2. Antholog. quo apertos inimicos ſubdolis fictiſque amicis longe præferendos eſſe ſcribit, & ſicut ſcopuli marini, qui ſub aquis lateant, illis qui extent, atque emineant navibus multo ſint nocentiores, ita & occultas inimicitias ſub ſpecie falſa amicitiæ latentes majora dare ſolere damna. Verſus hi ſunt.

ἄμε φιλεῖς ἐσεγὼ μὲ φίλει, καὶ μή μ' ἀδίκει σὺ
ἀρχὴν τοῦ βλάπτειν τὴν φιλίην θέμενος,

πᾶσι γαρ ἀνθρώποισιν ἐγὼ πολὺ κρέσσονα φημὶ?
τὴν φανερὴν ἔχθρον τῆς δολερῆς φιλίης.
φασὶ δὲ καὶ νήεσσιν ἁλιπλανέεσσι χερείυς
τὰς ὑφάλυς πετρας τῶν φανερῶν σπιλάδων.

Quos ita convertit vir doctiſſimus Gregorius Berſmanus, amicus noſter.

Re mihi non verbis præſtabis amicus amorem,
Prætexens damnis nomen amicitiæ,
Eſt odium ſatius manifeſti quam libet hoſtis,
Inſidias nectens, quam ſimulatus amor.
Sic proram infeſtat minus extans æquore rupes,
Abdita quam cæcas quæ latet inter aquas.

Eodem modo Cicero monet, nullas eſſe occultiores inſidias, quam eas, quæ latent in ſimulatione officij, aut aliquo neceſſitatis nomine. Hinc apparet, verum eſſe, quod Dio Caſſius Niceus, diligentiſſimus hiſtoriæ ſcriptor, ita monet. Qui poſt male ſartas inimicitias, in gratiam redeunt, multa leviuſcula, ac temere accidentia, in ſuſpicionem rapiunt, atque in univerſum omnia, tanquam conſulto, & malam in partem facta, ad conceptum ante odium, apponunt. Hanc ad rem illi, qui inter hos obverſantur, haud parum conferunt, qui, benevolentiæ prætextu, ſubinde aliquid annunciantes, animos, jam ante irritatos, magis exaſperant. Plurimi enim ſunt, qui potentiorum amicitiis gaudeant, quorum animi, cum ſint etiam ante ſimultatibus invicem correpti, facile eorum in hoc ipſum paratis ſermonibus decipiuntur, qui odio ipſorum delectati, inſidias ipſis, ſub amicitiæ, nullius doli ſuſpectæ, ſpecie, ſtruunt. Cæterum, blandimenta hypocritica amicorum fucatorum, qui antea inimici, attamen non ſerio reconciliati fuere, plerunque eo graviora, & perículoſiora eſſe ſolent, quo, in ſimulatis officiis, arctior amicitia & familiaritas, inter eos, videtur. Raro enim inter potentiores nec non cum ſubditis amicitiam ſtabilem & diuturnam eſſe experientia teſtatur. Etſi Scipio apud Ciceronem negat, ullam vocem inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri quam ejus, qui dixiſſet, ita amari oportere, ut aliquando eſſet oſurus. Nec vero ſe adduci poſſe, ut hoc à Biante dictum eſſe crederet, ſed impuri cujuſdam videri vocem: experientia tamen teſtatur, amorem, quo vehementior, aut conjunctior eſt, ſi juſtis de cauſis aliquando læditur, nunquam ad priſtinam charitatem redire, nec, offenſione obliterata coaleſcere ſolere. In veteribus enim, ut ait Guicciard. gravibuſque odiis firmam pacem conſtituere, quod ea, vel ſuſpicione vel ultionis cupiditate, impediatur, difficile eſt. Quo reſpexit Beatus Hieronymus. Num quis, inquit, unquam mortalium, juxta viperam, ſecuros ſomnos capiet? Quæ etſi non percutit, certe ſolicitat. Securius

Lib. 45.

In Lælio.

igitur eſt, perire non poſſe, quam iuxta periculum non periiſſe. Vnde P. Syrus monet:

Ita credendum amico, ne ſit inimico locus.

Hoc autem potiſſimum accidere ſolet inter ambitioſos, cupidos gloriæ, & libidine regnandi excœcatos. Etenim quicunque potentiam affectant, cætera omnia cupiditati ſuæ poſtponunt: ita, ut amiciſſimos etiam genereque proximos, inimiciſſimorum loco habeant. Vnde idem de Cæſare & Pompeio ſcribit: Id vinculum conſanguinitatis, quo eos natura adſtrinxerat, inſatiabili dominandi cupiditate tunc diſſolvêre divulſêre, dirupêre, & ſummam neceſſitudinem priſtinam ſimul omnem. *De Rom. hiſt. L. 45.* Quod etiam Tacitus innuere videtur, dicens: Quæ apud concordes vincula charitatis, incitamenta ſunt irarum apud infenſos. Hoc ſane morbo non raro laborare ſolent, etiam illi, qui alioquin multis heroicis virtutibus præditi ſunt, cum eos cupiditas & ambitio regnandi, quæ non patitur conſortem, aut impedimentum, tranſverſos rapit atque exagitat. Rationem addit Dio in ſupra citato loco, ubi fictam reconciliationem Cæſaris Auguſti & Antonii, deſcribit: Vterque enim, cum neuter alteri, neque cedére, neque credere vellet, cum reconciliati viderentur, magis animis à ſe invicem abalienati ſunt. *Lib. 37.* In eadem opinione fuit Iulius Cæſar, teſte eodem Dione. Exiſtimavit enim, omnes homines, maiori ſtudio, inimicis adverſari, quam ſuis opitulari, non ob id tantum, quod ab ira, odioque, vehementiores animi commotiones, quam à quavis amicitia, proficiſcuntur, &c. Similis fuit reconciliatio inter Ludovicum Vndecimum Galliæ, & Edvardum Angliæ, Reges, necnon & inter eundem Ludovicum, & Carolum Burgundum, quæ eò tendebat, ut alius alium, etiam prætextu iuriſiurandi, more regum, ſed malo more, falleret, ſicut Comminæus hoc prolixe deſcribit.

CAPUT LV.

De periculoſa & parum diuturna reconciliatione hoſtium, & fictorum amicorum.

DE ficta, & periculoſa reconciliatione hoſtis, habemus documentum recens in Caſtelionæ Amiralio, eiuſque ſociis, cum Rex, maternis artibus imbutus, mirificis ſuggeſtionibus, ad odia impulſus, ſubitam illam, & ambitioſam benevolentiam & inuſitatas blanditias, in necem illorum fingeret, & dirigeret: de qua cæde Lutetiana alii prolixe hiſtorias ſcripſerunt, in quibus reperitur numerus annorum, paucis verbis cõprehenſus.

LVtetia

LVctla Mater DeVoraVItnatos ſVos.

Ad quod rectè allegari poteſt Homeri ϰυθερία:

Iliad. α. *Potentior Rex, quando iraſcitur viro inferiori,*
Quamvis etiam iram, vel eodem die concoxerit;
Tamen & poſtea retinet iram, donec perfecerit
Suo pectore. ———

Huc ſpectat id quod ab Alexandro Magno Philotæ, familiari ipſius, filio Parmenionis, ſummi Ducis, ex ficta benevolentia, & blandiciis accidit, de quo Plutarchus, Arrianus, Curtius, & alii hiſtorici teſtantur. Huic vitio, non ſolum heroicæ naturæ ſubjectæ nonnunquam eſſe ſolent? ſed etiam alii minorum gentium, & plebeii animi. Quare cùm ficta amicitia, licet aliquantulum tegi, tamen diu contegi nequeat; nimis verum experimur, etiam hoc noſtro ſeculo, apud nos, adagium Italicum: Qui habet in ore amarum, dulce ſpirare nequit. Nam malignæ & maleferiatæ naturæ, cum aliquem ſemel odio proſequi cœperint, nihilominus, licet reconciliatione interveniente, omnia, quæ in eius damnum, vel improperium, & id quidem potiſſimum, clandeſtinis morſibus, & actionibus agere poſſunt, id non omittunt. Idque inprimis evenire videmus, ſi qua inter neceſſarios ira incidat, ut inde odia, gravioresque inimicitiæ exoriantur: Vnde fraterna odia, utpote atrocia, diuturna, in proverbium abière. Hæc eo diutius premuntur, quo aſperius, tandem captata occa-
Lib. 33. 4. ſione, erumpunt. Idipſum Plinius, eleganti ſimilitudine, indicat. Vt adamas, inquit, ſi frangi contingat malleis, in minutiſſimas diſſilit cruſtas, adeo, ut vix oculis cerni queant: ita arctiſſima neceſſitudo, ſi quando contingat dirimi, in ſummam vertitur ſimultatem; & ex arctiſſimis fœderibus, ſi ſemel rumpantur, maxima naſcuntur diſſidia, aut ſupra modum incandeſcit ſemel læſa lenitas. Nullæ autem inſidiæ ſunt propemodum occultiores, quam quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Etenim, cum eum, qui palam eſt adverſarius facile cavendo vitare poſſis: hoc vero occultum & inteſtinum, ac domeſticum malum, non modo exiſtit; verum etiam opprimit, antequam proſpicere, atque explorare potueris, ut Cicero rectè monet. Hoc innuere voluit Plutarhus egregia ſimilitudine; Quemadmodum incendium, inquit, non ſæpe a ſacris & publicis exoritur locis, ſed plerunque neglecta, in domo aliqua, lucerna, aut inflammatæ quisquiliæ ingentem ediderunt ignem, ac publicam perniciem: ſic non ſemper ſeditionem, contentiones de publicis negociis, excitant: ſed ſæpenumero, ex rebus, & offenſis privatis, in publicum propagatæ lites, totam exagitant civitatem. Exemplum in latente, & diſſimulato aliquantiſper odio, & ſimultate, ob libidinem

[Margin notes: Act. 3. in Verrem. — In præcept. gerend. Reip.]

nem regnan li, habemus, inter Carolum Cæſarem V. & Franciſcum I. Regem Galliarum; quorum moderationem tectorum animorum, cum, defuncto Maximiliano I. uterque ad imperium aſpiraret, celebrat Guicciardinus. Quæ controverſia, inquit, etſi de tanti momenti re, & inter tam potentes principes eſſet, modeſte tamen inter eos tractata fuit, ita ut nunc, nec ad verborum contumelias, nec ad armorum minas ventum ſit, ſed uterque ſua auctoritate & induſtria nitentis Septem virorum animos ad ſe allicere nitebatur: imo Galliæ Rex admodum laudabili conſilio, ea de re, cum Hiſpaniæ Regis legatis, verba faciens, ut uterque ipſorum, honeſta ratione, ſe tantæ dignitatis, quæ diverſis temporibus in ſuis, maiorumque ſuorum familiis, fuerat, ſplendore ornare niteretur, decere dixit. Sed non ideo, alterum ſibi ad altero, iniuriam fieri, cenſere, vel benevolentiam, neceſſitudinemque minui debere: imo exemplum, quod aliquando in duobus amore captis iuvenibus, cernitur, qui, etſi eandem amant, & uterque illorum, omni arte & induſtria, quantum poteſt, adhibita, ea potiri nititur, non tamen ideo aliquod inter eos diſſidium oritur, ipſis eſſe ſequendum, &c. Hanc ſimilitudinem autem amatoriam non ſemper locum habere, ut recentiora omittam, docent nos odia Ariſtidis, & Themiſtoclis, teſte Plutarcho. Hi enim duo clariſſimi Athenienſes cives, & virtute, ac rebus geſtis celebres, diutius ſimultates inter ſe, miro odio, non ſine Reipub. incommodo exercuerunt, quorum quidem cauſa ex amoris contentione manavit. Steſileam enim Chiam forma præſtantiſſimam adamarunt, mutua inter ſe obtrectatione, atque invidia. Et poſtquam illius venuſtas ætate defloruit, nullam ſimul conciliationem inveterati odii unquam egerunt: ſed contentiones mutuas, omnibus in rebus, ſemper exercuerunt, ſicut Franciſcus Patritius hanc hiſtoriam, cum aliis multis, refert. Vnde Propertius:

Hiſtor. Ital. lib. 13.

De Reg. & Reg. inſtit. lib. 4. tit. 11.

Rivalem poſſim non ego ferre Iovem.

Et proverbium Gallicum:

Onques amour & ſeigneurie
Ne tient compagnie.

Quod ex illo Ovidiano videtur expreſſum:

Non bene conveniunt, nec in una ſede morantur
Maieſtas & amor. ———

Cæterum quomodo Carol. V. & Franciſc. I. unus erga alium fuerit affectus, & utrum non odia & ſimultates, inter eos diuturniora, & vehementiora fuerint, dum à ſe invicem alienis fuere animis, alter ob impetratū, alter ob affectatum imperium, ſed repulſam paſſus, non ſecus ac amatores ardentiores, ob impetratam & denegatam puellam, quam ambo deperierant, even-

tus, in continuatis bellis, abunde demonſtravit: Ita ut ſatius fuiſſet, diſſimulatione ſepoſita, mox ſenſus ſuos candide aperuiſſe, quam occulto odio tam multis annis finxiſſe, & diſſimulatione texiſſe. Verum enim eſſe experientia teſtatur, omnem affectionem, quæ cito cognoſcitur, facile curari poſſe: ſed quæ tempore inveteraſcit, propemodum eſſe inſanabilem. Nam alimentum eſt morborum ſilentium: quod vero enuntiatur, leniri conſolatione facile poteſt. Etſi autem hanc noſtram materiam, multis exemplis & hiſtoriis veteribus, & recentibus, in prima Centuria, illuſtravimus: tamen non poſſum me continere, quin præterea id quoque referam, quod noſtro tempore, inter duos principes Germaniæ (quos ambos, juvenis ad huc, ſimul & ſeorſim, ſæpius vidi) contigerit. Inter hos, cum ambo, ut Poeta dicit, Mavortios animos gererent, & ob ſtudium rei militaris, conjunctiſſimi, & veloti fratres inter ſeſe eſſent, ita ut is, qui auctoritate, dignitate, opibus & potentia excelleret, aliquotannis circiter 5000. talerorum, ad corroborandum & conſervandum vinculum amicitiæ, liberaliter ſuppeditaret. paulo poſt, certis de cauſis, (quas recenſere odioſum eſſet) immutatis animis acerrima odia exorta ſunt, & illa, initio arctiſſima conjunctio, denique in funeſtum bellum inteſtinum erupit, in quo unus fortiſſime in acie, inter volitantes paſſim globos, & tela, pugnans, incertum à ſuis ne an ab hoſtibus, globulo tormentario, læſo orificio veſicæ, ictus, pauculos poſt dies, victor occubuit: alter victus, deinceps aliquantulum recollectis viribus, iterum profligatus, tandem extorris, & obæratus, morbo non uſitato occubuit: de quibus tunc temporis excellens Poëta, Iacobus Micyllus, hoc fecit diſtichon; continens numerum annorum, commiſſi prælii funeſti, & cruenti, quod vires Germaniæ mirum in modum attrivit.

QVI CeCIDit, pVgnat, qVI VInCIt, Is interIt, ergo
GratIa par CaesIs, VICtor VtrInqVe DeVs.

Memorabile autem, & inprimis notandum eſt, ſicut magni auctores hoc obſervarunt, & poſteritati notum eſſe voluerunt: Paulo ante natam ſimultatem & abalienationem inter ipſos, in Bacchanalibus, quum frater potentioris principis fratrem, & alterum, ad hilaria invitaſſet, & una, (ſicut fieri tunc temporis ſolet) in compotationibus & converſationibus hilares eſſent, atque convivium multam in noctem protaheretur, ecce ſpectrum, inſtar comptæ, ac ornatæ virginis, medium inter utroſque, cærulea veſte, ſedens, ſolummodo illis tribus principibus conſpicuum, apparuit. Duobus autem fratribus, illo conſpecto, obſtupeſcentibus, & ſeſe foras proripere cupientibus; tertium rem illam portentoſam, pro ioco, ac ſi ſpectrum hoc ſibi familiare eſſet, habuiſſe, atque inter compotationes, cum ſuis

ſuis familiaribus,nihilominus, ad diluculum uſque perſeveraſſe. Cæterum eventus triſtis & funeſtus comprobavit,hoc ſpectrum, ſpiritum diſcordiæ contentionis,& vertiginis fuiſſe, qui ſicut eorum corpora veluti ſeparavit, ita poſtea animos,hoſtili effectu,ſegregavit,atque diſtraxit,in qua diſiunctione uterque,diem vitæ ſuæ,unus in prælio,alter ex torris,(ut diximus)atrociſſimo morbo,clauſit. Sed ne vulnus obductum,narratione prolixiore veluti refricem & reſcindam, huic capiti finem imponam.

CAPUT LVI.

De periculoſo ſtatu aulicorum, qui calumniatorum morſibus obiecti ſunt.

IN ſecunda parte, mearum operarum ſubciſivarum, obiter mentionem fecimus Theodorici Gothorum & Italiæ Regis, Arriana ſecta infecti, & quomodo miro ſtudio,& variis artibus regnũ Italicum ſtabiliverit, quod abſque gravi oppreſſione ſubditorum fieri non potuit; ſicut fieri ſolet,quãdo exteri,in alieno regno, minime tuti ab incolis jugum inſolitum ferre nõ aſſuetis,timentur potius,quam amantur. Malus enim cuſtos eſt diuturnitatis,metus & timor. Neque coactio diuturnitatem pati ſolet: & ut antiquus habet verſiculus: *Cap. 49.*

Nulla tyrannorum vis diuturna fuit.

Etſi autem ejus virtutes heroicas Procopius, & alii hiſtorici, ſupra modum commendant, inprimis autem ejus laudes in Germanicis rhythmis(qui olim inculto ſeculo, Germanis loco hiſtoriarum fuere(hyperbolicis ſane, & fabulam potius quam veram narrationem redolentibus, rudi ſtylo,à Nobilibus viris, Wolfaramo Eſhilbachio & Henrico Oftertingio, aliiſque, quorum ignorantur nomina, decantantur: tamen admodum enorme delictum in cæde præſtantiſſimorum virorum, Arrianis adverſantium. Symmachi & Boëtii, ſoceri & generi,commiſit,quod dignum eſt, ut hic à nobis latius tractetur. Apparet enim ex eo non ſolùm, quam lubrica & periculoſa ſit gloria & potentia aulica, & quam facile morſibus invidorum & ſycophantarum boni evertantur: ſed etiam hominum mentes præoccupatas calumniis, niſi hæ tanquam noxia herba in ſuo ſtatim ortu iugulentur, ægre poſtea veram narrationem vel excuſationem admittere: denique mortem innocentiſſimorum virorum non diu impunitam manere, ſed ultionem divinam, (quam Gentiles Nemeſin vocarunt)mox, cum tyrannorum horrendo & inuſitato excidio, adeſſe. Quoniam autem hoc fa-

In Gothicis lib. 1 f. 167. edit. Aug. Senatus Norico inſcripta à D. Hæſchelio.

ctum Procopius diligenter & luculente enarrat, eius verba aſcribere operæ pretium duxi: Symachus, inquit, & huius gener Boëtius, à ſuis maioribus, gentis nobilitatem adepti, inter Romanos & Senatorios viros principes erant, & conſulatus utrique dignitate perfuncti, Philoſophiæ ſupra cæteros & equitati ſtuduerant, & tam civium, quam externorum inopiæ ſuccurrendo multis ſaluti fuere. Hi poſtquam ad ingentem gloriam evaſerunt, deterrimos quoſque in ſui invidiam concitarunt. Nam his delatoribus Theodoricus Rex perſuaſus, Symmachum Boëtiumque perinde ac res novantes, occidit, eorumque bona omnia publicavit. Sed paucis poſt diebus cœnanti ſibi, cum miræ magnitudinis piſcis decoctum caput appoſuiſſent, Symachi nuper occiſi caput illi eſt viſum, præfixis & extantibus inferiore in labro dentibus, & torve intuentibus oculis, furibunde ſibi & acerbius comminari. Vnde monſtri novitate territus, membriſque præter modum tremebundus, & rigens in cubiculum ſtatim citato gradu ſeceſſit, identidemque iubendo, togarum ut ſibi vim magnam ingererent, lecto decubuit, & parumper quievit. Elpidio deinde medico, omnibus, quemadmodum accidiſſent, diligentius explicatis, in Symachum Boëtiumque patratum à ſe ſcelus deflebat: quo denique deplorato, ex accepta calamitate, dolore ingenti affectus haud longe poſt moritur, cum id primum & ultimum iniuſtitiæ exemplum in ſuos idcirco exercuiſſet, quia non ſuo, & priſtino more, diligenter perveſtigata cauſſa in tantos viros, animadverterat. Hæc Procopius.

Qualis autem & quantus vir Boëtius Severinus fuerit, locuples teſtimonium invenitur in eius libris, de conſolatione, in quibus deplorat miſeram ſortem ſuam & aliorum bonorum virorum, in aula regia verſantium, & quomodo ſua integritate & virtute canes aulicos, & calumniatores in ſe concitarit: quod inſigne opus nuper duo eruditi in primis commentatores, Ioannes Bernartius & Theodorus Sitzmannus certatim illuſtrarunt. Inter alia autem his verbis utitur Boëtius: Satisne in me magnas videor exacerbaſſe diſcordias? Sed eſſe apud cæteros tutior debui, qui mihi, amore iuſtitiæ, nihil apud aulicos, quo magis eſſem tutior, reſervavi. *Et paulo poſt*: At vero hic etiam noſtris malis cumulus accedit, quod exiſtimatio plurimorum, non rerum merita, ſed fortunæ ſpectat eventum, eaque tantum iudicat eſſe proviſa, quæ felicitas commendaverit. Quo fit, ut exiſtimatio bona, primum omnium deſerat infelices. Vltima adverſæ fortunæ ſarcina eſt, quod, dum miſeris aliquod crimen affingitur, quæ perferunt, meruiſſe creduntur. Et ego quidem bonis omnibus pulſus, dignitatibus exutus, exiſtimatione fœdatus, ob beneficium ſupplicium tuli. Hæc lamentabili ſane ſtylo Boëtius de ſeipſo & aliis ſimilibus.

but. Elegans igitur eſt ſimilitudo: Sicut fulgore emicat prius, quam auditur tonitru, & ſicut ſãguis prius apparet, quam hiatus vulneris cernitur: ita apud magnos Principes delatus, plerumque prius perit, quam ſe defendere queat; prius condemnatur, quam audiatur. Maior autem fuit calamitas Boëtii, quod publicatis bonis, eius uxor Ruſticiana, quæ antehac facultates ſuas egentibus elargita fuerat, unà cum aliis matronis patriciis, ab hoſtibus panem emendicare aliquantiſper coacta fuerit: tametſi Procopius auctor ſit, Amalaſuntham Reginam, quæ filii ſui Atalarichi, ſucceſſoris Theodorici, tutrix fuit, liberis Symmachi & Boëtii bona parentum reſtituiſſe. Cæterum Boëtii monumentum adhuc Ticini extat, qui relegatus eo, turri inclusus, diu in carcere retentus eſt: quæ turris ſita eſt prope monaſterium, Beatæ Annuntiationi dicatum, nomenque ab eo ſumtum, hoc tempore ſervat, vulgo turris Boëtii nuncupatur. Quod denique viro Theodorici iuſſu interemto, ejus corpus honeſtiſſime a Papienſibus fuit conditum in templo S. Petri, in cœlo aureo, quod nunc Divi Auguſtini dicitur, ejuſque ſepulchrum ornatũ verſibus conſpicitur, qui & defuncti viri præſtantiam, calumque, & Theodorici injuſtiam atteſtantur. Caveant igitur, inquit Bernardus Saccus, qui magnorum Principum aurâ elati honoribus funguntur, ne levi rerum motu, aura in procellam verſa, à ſedibus dejiciantur, quod, mea ætate, Romæ & Pariſiis pluribus contigiſſe memini, qui utique Curiæ aliquando imperantes, tandem in curialis calamitatis caſus demerſi ſunt, &c. Non ſolum autem Theodoricus ſuam crudelitatem erga illos inſontes conſulares, & de patria ſua optime meritos viros, licet ſero, deploravit: ſed Atalaricus & Amalaſuntha, ejus ſucceſſores, Symmachi & Boëtii liberis, ut paulo ante dicebam ex Procopio, paterna bona reſtituerunt.

In hiſtor. Ticin. l. 7. c. 18.

In ſimilem calamitatem incidit, tradente eodem Procopio, Aëtius, vir bellicoſiſſimus, qui ex agricola magiſter militum factus fuerat, & Attilam in campis Catalaunicis fugarat. Cum enim Maximus quidem ex Senatoribus, vitæ Valentiniani Imperatoris inſidiaretur, & Aëtium, quem hoc ſcelus impedire animadverterat, metueret, illum per Eunuchos Valentiniano ſuſpectum reddidit, quod rebus novis ſtuderet, & Imperatori omnem rerum geſtarum gloriam laude ſua criperet. His calumniis perſuaſus, Aëtium ex Gallia Romam acceſſitum, & nihil tale vel meritum, vel metuentem, ſua manu (ut Diaſonus ſentit) aliena autem fraude interemit. Qui etiam paulo poſt pœnitentia ductus, cum de cæde Aëtii quendam familiarem ſuũ interrogaret, quid de ea ſentiret? Is reſpondit: Hoc ipſe videret, bene an male ea facta ſit; ſe tantum id ſcire, quod Imperator illum occidendo, dextra alteram manum præciderit. Quod quidem eventus demonſtravit. Nam hoc viro ex-

In Vandalicis, lib. 1. pag. 96 & ſeq. edit. Auguſt.

tincto, qui ad Rempub. defendendam natus videbatur, ſimul cum ipſo Occidentis imperium concidit, & corruit, Reſque publica ſalutis ſuæ dextram amiſit. Cæterum ut ad recentiora veniamus, memorabile exemplum habemus apud Oſorium, quomodo calumniis, miro artificio, Abedalla, Campatis Rex à ſuo ſocero, Rege Bintami, prius condemnatus, quam auditus, oppreſſus fuerit: ubi recenſetur quoque, quod calumniatores plerunque infauſta morte perire ſolent; inter quos fuit Bartholomeus Pereſtellus, quæſtor regius, qui pauculos dies, poſtquam ſupplicium de inſonte ſumtum fuerat, ſubitanea morte interiit. Ipſeque Georgius Albuquercius Prætor, cum nimis inconſideratus & facilis calumniis dediſſet locum, in occidendo Abedallam, Luſitanis fidelem, utilem, & inſontem, qui ſummis precibus & obteſtationibus nihil aliud petebat, quam ut reſpondendi facultas ſibi concederetur, ſique convictus foret, ſupplicium non recuſabat, paulo poſt, pœnitentia ductus, vix errorem hunc reſarcire potuit, Imo prorex Alfonſus Albuquercius, morſibus Sycophantarum apud Regem Emanuelem oppreſſus, cum excuſandi ſpatium deeſſet, mœrore extinctus fuit. Recte itaque a quodam docto & pio viro definitur Maledicentia, quod propriè non ſit obiurgatio, quæ fit caſtigandi ſtudio, non accuſatio, aut iudiciaria denuntiatio, qua remedium malo quæritur: non publica reprehenſio, quæ ad incutiendum cæteris peccatoribus terrorem intendit, non manifeſtatio apud eos, quorum ſalutis intereſt, præmonitos fuiſſe, ne ignorantia periclitentur; ſed vitioſa criminatio, quæ ex malignitate & obtrectandi petulantia naſcitur.

Etſi autem nonnulli Imperatores & Principes apud Romanos reperti ſunt, qui non ſolum delatoribus, calumniatoribus & ſycophantis faverent, ſed etiam iis præmia, utpote quartam, tertiam, & mediam partem honorum, eorum, quos tanquam reos detulerant, conſtituerent: tamen boni Principes hoc infame & pernicioſum hominum genus graviſſimis pœnis ſubiecerunt. Imo Tiberius, qui multum antea illis faverat, omnes, qui inter delatores præcipui erant, una die occîdi iuſſit: Titus omnes urbe expulit: Aurelianus, ut erat alióquin ſeverus, quadruplatores & delatores ingenti ſeveritate proſecutus eſt. Traianus Cæſar omnes in navibus maris & ſcopulorum periculo objectos, ſine remis & velis, naufragio expoſuit, ſicut Dio Caſſius, Xiphilinus, Flavius Vopiſcus, & Plinius in Panegyr. Traiani teſtantur. In ſycophantas autem, teſte Socrate, gravius iudicium & pœnas, leges dixêre, quam in reliquos delinquentes. Alii namque conantur, ut, ſi fraudem fecerint, lateant; Hi autem in omnibus oſtendunt crudelitatem ſuam & odium, quod in mortale genus habent, & invidentiam. Calumniari ſane proprie eſt falſa crimina intendere, ſcienter & ma-

L. 1. ad SC. Turpil. l. arbitrias. §. calumniator. de his qui not. infam.

& malitioſe, ſtudio divexandi & infamandi : & Demoſthenes ita definit calumniatorem: λέγεται συκοφάντης, οὐχ' ὁ ψευδόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ πολυπραγμονῶν τὰ μὴ προσήκοντα, καὶ λέγων πονηρά: hoc eſt: Calumniator dicitur non is tantum, qui mentitur, ſed & is, qui ea curat, quæ ad ſe non pertinent, & qui improbe loquitur. Vnde idem Demoſthenes in calumniatores cito & ſevere animadvertendum eſſe, pulchra ſimilitudine admonet: Neminem fortaſſe veſtrum, inquit, unquam ſerpens momordit, aut araneus (& abſit, ut unquam mordeat:) ſed tamen eas animantes, ut videritis, ſtatim occiditis. Ad eundem igitur modum Athenienſes etiam, cum calumniatorem, & acerbum, & natura ſerpentina præditum hominem videritis, ne dum veſtrum ſingulos mordeat, expectate, ſed primus quiſque, qui in eum inciderit, ulciſcatur. Et idem paulo ante dixit, uſque ad radices eſſe penitus exſtirpandum ex Republica hoc genus hominum calumniatorum, veluti hoſtium naturâ & genere, in bonos. Recte itaque monetur: Cavendum Principi, ne illi à male conſulentibus imponatur: ſed quoque cavendum, ne delatoribus nimis facilem præbeat aurem. Solent enim ea, quæ nulla ex parte vera ſunt, per calumniam Principi deferre, & eum ad iniuſtitiam ſævitiamque impellere, ex quo multorum ſæpe innocentum periculum, imo pernicies exoritur. Quod quidem verius latrocinium, quam judicium eſt.

Contra Ariſtogit.

Hippolyt. conſil.

Obſervatum ſane à ſapientibus, nullum unquam delatorem fidelem fuiſſe. Legibus præterea Romanis, peculiaribus titulis & capitibus, calumniatoribus pœnæ conſtitutæ ſunt, quas, cum notæ paſſim ſint, referre ſuperſedeo. Inter eas autem Pauli Iuriſconſulti admodum memorabilis eſt: Qui per calumniam, inquit, actionem inſtituit, extra ordinem (ſcilicet arbitrio judicis) punitur: omnes enim calumniatores exilii, vel inſulæ relegatione, aut ordinis amotione puniri placuit. Vtinam autem iſta fex hominum calumniatorum, & obtrectatorum, atque ſcommatum eiaculatores, qui non ignorant, ſecundum Ciceronem, obtrectatione inſidioſa nihil eſſe magis volucre, nihil facilius emitti, nihil citius excipi, latius diſſipari: Vtinam, inquam, Mormiſotti iſti, tanquam nocentiſſimum genus hominum, exaulis Regum & Principum, nec non ex Rebuſpublicis, cum infamia, expellerentur, vel etiam, ne licentia obtrectandi & maledicendi impunita eſſet, ad exemplum, iam dictis pœnis ſubiicerentur, aut etiam, ex decreto Adriani Papæ, delatori aut lingua capuletur, aut caput amputetur; Quod optare ſane licet, ſed abſque effectu. De illis mordacibus & maledicis, quorum ex ore breves quædam & aculeatæ proiiciuntur orationes, quæ aliorum corda plus, quam ſagittæ feriunt, ita ſcribit Stephanus Guazzus: Quanquam iocando verum ſæpe

Sent. l. 3. c. 4.

Cap. delatoris. 5. q. 6.

De civili converſ. l. 1.

Cap. homicidiorum, in 1. de pœn. diſt. 1. c. deteriores. 6. q. 5. Pſalm. 100. Prov. 14. 2. Cor. 12.

ſæpe dicunt. propterea tamen culpandi ſunt, quod animo maligno & injurioſo id faciant; Vnde & reprehenſionem & odium incurrunt, ſuntque adeo indiſcreti & inſolentes, ut vel amicum, quam unicum verbum, malint perdere: Nec poſſunt dicta ſua, aut facetiarum, aut gravitatis velo, ita cooperire, quin malignitas ipſorum det[illegible]gatur, &c. Cum autem multi magni viri per calumniam horribiliter opprimantur, ac recte dicatur, multo deteriorẽ eſſe calumniatorem, & detractorem, quam qui manu occidit; ideo etiam detractores eadem pœna digni putantur, qua homicidæ: & pejores iis habentur, quam qui prædia, bonaque aliorum diripiunt. Recte itaque dicit Regius Propheta: Se odio habere & perſequi detrahentem ſecreta proximo ſuo. Et Salomon, Abominationem hominum, detractorem dicit P[au]lus quoque ſu[s]urrones & detractores dicit Deo odibiles. Quare ejuſdem Salomonis doctrina egregia eſt. de calumnia. quod conturbet ſapientem, & frangat robur cordis ejus. Etſi, inquam, paſſim hoc fiat; tamen laudi nunc (quod dolendum eſſe ſane) ducitur, inſontes criminibus & calumniis afficere, quaſi res ingenioſa eſſet, ſcommata probra, & maledicta, falſaque dicteria, in deſpectum & detractionem aliorum, malitioſe excogitare, & effundere, ita ut Diabolus (qui nomen à calumniando habet) vix talis artifex, in fingendis calumniis, eſſe poſſet. Sed recreent ſeſe, & veluti tripu[di]ent [h]uſmodi inepti maledici, quamdiu volent; nunquam prohibebunt tamen, q[u]in conſolentur ſeſe pii innocentes, & boni viri, vera recreatione, qua uſus eſt

Pſal. 34. Regius Propheta: Maledicant illi; at tu benedices: Inſurgant illi, ſed pudefient, & ſervus tuus lætabitur: Et occîdet impium malitia; & odio habentes juſtos, perdentur. Poſtremo cordata eſt hæc conſolatio Leunclavii noſtri, contra maledicos & liv[i]dos detractores:

In fine hiſt. Muſulm.

Invideat, qui non vidit.
Invideat, qui vidit, & non pervidit,
Nec Momum metuo, nec Mimum.

Cæterum dolere quidem poſſumus, at mutare non poſſumus, quod, quæcunque mortales agunt, ſive privatim, ſive publice, calumniæ ſubjaceant: Nec divinis operibus maledica lingua parcit; tantum ſibi humanus adrogat intellectus. Experientia ſane teſtatur, nullam tam modeſtam felicitatem eſſe; quæ malignitatis, invidiæ, & calumniæ [d]entes evitare poſſit: ut Valerii Maximi quendam lo[c]um commentando caput hoc concludam.

Caput LVII.

De ingrati animi vitio, erga benemeritos calumniis oppreſſos, exempla memorabilia.

IN familiari converſatione, cum amicis, durantibus non ita pridem præteritis Comitiis Imperii, Ratisbonæ, incidit ſermo, admixtis querelis, quamobrem plerunq; benemeritis præſtantibusq; viris de patria & Reſpub. laborum & ſtudiorum recompenſationem aliquam expectantibus, mala gratia referatur, iiq; ingratitudinis vitium, ex calumnia ortum, & ſic à peiore filia, mala matre prognata, præſertim, quod gravius & moleſtius eſt, in ſenectute, ſentire & ferre cogantur? Cum autem multæ recentiores hiſtoriæ, & eæ quidem, quæ noſtra memoria, notis hominibus contigiſſent, recenſerentur, quibus animus mirum in modum, ob indignitatem rei, affligebatur, & præſentes in hoc numero amicorum erant, qui morſus ingratitudinis ipſimet quoq; ſentirent, & calamitatem ſuam deplorarent, interruptæ ſunt querelæ, & ad alios ſermones familiares, & recentiora facta deflexit noſtræ converſationis oratio. Venit autem inter alia nobis in mentem, quæ nuper legeramus, in narrationibus variis Laurentii Capelloni, Italica lingua, Genuæ editis, cuius libri titulum fecit: *Ragionamenti varii, ſopra eſſempii, con accidenti miſti, ſequiti, & occorſi, non mai vedute in luce*, &c. Allato itaque hoc libro, interpretatus ſum, imperitis linguæ Italicæ, ex eo, aliquot memorabilia exempla; In quibus primum fuit de Cæſare Borgia, Duce Valentino, Alexandri VI. Papæ filio. Quum enim multas urbes in Romania (quæ olim fuit Vmbria) expulſis dominis eorum vi, & fraudibus occupaſſet, & in hac re Remiri Orci, non ſolum in acquirendo, ſed etiam in conſervando, quiete parta, fideli opera uſus fuiſſet, idcoque in ſumma authoritate apud ipſum eſſet, mox mutato favore in odium, erga illum, cum optima quæque ob bene merita, & feliciter res geſtas, expectaret, animo ingrato & crudeli, ex improviſo, illum Remirum, ſummo mane, in publico foro, Ceſenæ, ſectum in duas partes, appoſito ſanguinolento cultro, tabulæ ligneæ affixum, crudeliter mactatum, in ludibrium mutatæ fortunæ, omnibus conſpiciendum collocari iuſſit. Altera hiſtoria ingratitudinis fuit de Ioanne Iacobo Trivultio, præfecto & duce militum forti, magnanimo & felici ſuo tempore. Is cum Carolo VIII. & Ludovico XII. Regibus Galliæ, in bellis ſæpe numero utilem operam navaſſet, & ab eorum ſucceſſore, Franciſco I. recompenſationem aliquam,

in extrema ſenectute ſua, expectaret, ex delationibus, & calumniis inimicorum, in tam atrox odium Regis incurrit, ut eum, neq; in ſuum conſpectum admittere, neque audire eius excuſationes voluerit. Hanc indignationem & ingratitudinem Regis, cum Trivultius, veteranus ille miles, & præfectus, de Regibus Galliæ bene meritus, ægerrime ferret, nihilque magis cuperet, quam ut Regem alloqui, & coram, de calumniis conqueri, ſeque excuſare poſſet; Ob ſummam autem ſenectutem, & ægritudinem, incedere amplius nequiret, iuſſit ſe ſella portari in Salam, contiguam cubiculo regio, quam Rex, audita Miſſa, tranſire ſolebat. Rex vero, licet illum bene meritum, ſenem, eminentem in ſella, conſpiceret, quaſi illo non conſpecto, vel contempto, indignabundi inſtar, nihilominus præteriit, quamvis Trivultius alta voce exclamaret, Siret, Sire, & ſuum deſiderium alloquendi Regem, geſtu vehementiore exprimeret. Repulſam igitur tam inſignem, & contumelioſam, in publico loco aulæ, a Rege paſſus, reportatus domum, ex ægritudine, & mœrore, alioquin confectus ſenectute, graviter & pericoloſe decumbere cœpit. Quod cum Regi indicatum eſſet, miſit nonnullos ſuos aulicos familiares, ut eum ſuo nomine viſitarent, & conſolarentur; quibus conſpectis, & auditis, ſapiens ille ſenex nihil aliud reſpondit, niſi, nimis ſero eos venire; & paulo poſt vita deceſſit. Quod Rex, etſi alioquin magnanimus, & liberalis, non tamen abſque ingratitudinis vitio, graviter tulit. Eodem modo ſeſe geſſit erga Cardinalem de Overna, ſummum ſuum Cancellarium. Parum etiam abfuit, quin eandem indignationem Andreas Aurea, claſſis ipſius præfectus, expertus fuiſſet, ſi non tempeſtive ſeſe ſubduxiſſet, & ad Carolum Quintum contuliſſet.

Sequitur tertia hiſtoria, de Ferdinando, Rege Arragoniæ Catholico, quomodo ſeſe erga Ferdinandum Conſalvum Cordubenſem geſſerit. Is enim, cum Regi ſuo regnum Neapolitanum, ſua induſtria & virtute, acquiſiviſſet, & id, victis & pulſis hoſtibus, in tutum redegiſſet, loco grati animi & beneficii, quo honorifice vivere, & ſuam dignitatem tueri poſſet, contulit ſe Rex ex Hiſpania Neapolim, & Conſalvum, invitum & indignantem, abſque ulla recompenſatione meritorum, ſecum adduxit. Quartum exemplum recenſetur de Ambroſio Ricalcatio, Secretario Papæ Pauli Tertii. Quum enim longo tempore fideliter ei inſerviſſet, tandem excidit gratia Papæ & ipſo iubente, amiſit tam ſuas facultates, quam vitam. De Coſmi Medicis, Ducis Florentini Camerarii calamitate, quintum exemplum ibi recenſ recitatur, qui, cum eſſet in ſumma gratia Ducis, mox mutata ea, in odium, ad vitanda majora ludibria, ſibiipſi manus violentas intulit. Eodem modo accidit Iohanni Bandino, Legato ejuſdem Ducis, apud Imperatorem. Revocatus enim Florentiam, conjectus fuit in carcerem, in quo, cum omnis acceſſus

acceſſus ad eum eſſet prohibitus, paulo poſt, confectus mœrore & pædore, diem ſuum obiit. Sexto loco refertur, quomodo Papa Pius Quartus optime de ſe meritum Rutilium Speccium, magiſtrum aulæ ſuæ, tractaverit, & ex ſumma dignitate, in maximam calamitatem converterit. Eandem fortunam experti ſunt, Caſpar Blancus, & Franciſcus Frumentus, Papæ familiariſſimi, & intimi. Poſtremo additur ingratudinis exemplum Solimanni erga Imbraimum, Viſierum, & Baſſam præcipuum, cui, quum ob immenſa merita, & fidelem operam, parem gratiam referre non poſſet, cum in ſua præſentia ſtrangulari juſſit dormientem. Concludit itaque Capellonus, quod ii, qui inſerviunt Principibus, non poſſint eſſe ſecuri de diuturna gratia ipſorum: imo quando pro bene meritis recompenſationem expectent, tunc maxime illis impendere ruinam & exitium, &c.

Huc referri poteſt vetus exemplum Demetrii Phalerei. Is enim, cum per annos decem Rempublicam Athenienſem rexiſſet, ac trecentis ſexaginta ſtatuis meritorum ergo in patriam honoratus eſſet, tandem invidia & obtrectatione quorundam, indicta cauſa, abſens capitis damnatus eſt, ſtatuæ eius omnes everſæ, conflatæque, per ſophiſmata inducta, memoria nominis de monumentis eraſa: ut auctor eſt Plutarchus. Hoc, quod recenſuimus, in aula Turcica quotidianum & tritum eſt, quod inprimis Luſignius diligenter obſervavit, & memorabilibus exemplis illuſtravit. Miniſtrorum, inquit, qui in Imperio Turcico propter ſumma, quæ geſſerunt, officia, ad honores & dignitates evecti, autoritate & favore apud ſubditos pollent, ea conditio eſt, ut qui minimam Imperatoris indignationem incurrat, ſubito vitæ & facultatum jacturam faciat. Acomathus Baſſa ſtrenuus, & in omni arte militari dux præclarus, juſſu Bajazethis, periit. Dicebat enim Imperator, nimiam miniſtri authoritatem, ſuſpicionem & metum domino adferre, & augere. Selimus plurimos ſuorum belli ducum interemit: Muſtapham Baſſam Pruſæ laqueo ſuffocavit, & corpus canibus laniandum objecit: hanc ſcilicet gratiam illi pro egregie navata opera tribuit, quod, illius conſilio & ope, Imperium patri Bajazethi eripuerit, & duos fratres, Acomathum & Corchutum, eo ſpoliarit. Bajazethis vero indignationem, quæ poſtea mortis cauſa extitit, ob nudam ſuſpicionem ille incurrit, delatus nimirum, quod arcana quædam & ſecretiora conſilia filius fratris ſui, Acomathi, Aladino, & Amurathi detexerit, & communicarit. Sæpenumero autem, in nonnullorum Principum aulis, corruptela viget, qua, ob leviſſimam culpam, & noxam, maxima & conſpicua beneficia, & ſalutaria ſervitia, prius exhibita, obſcurantur, & obliterantur, peſſimeque compenſantur,

De conſen Imper. l. 3. c. 6.

tur, &c. Idipſum autem ex delatione invidorum, obtrectatorum, atque calumniatorum ortum habet. De his Baſilii Magni tale eſt iudicium: Solent, inquit, quodammodo magnis Principibus huiuſmodi obſequiorum artifices adhærere, ut, quoniam proprio bono carent, quo innoteſcant, ex alienis mali ſeipſi commendent, &c. Vnde recte & pie, adverſus calumniæ & improbitatis vim venenatam, contra Camateri Logothetæ inſidias, differens Nicetas Choniates: Improviſa, inquit, admodum & inevitabilis res eſt improbitas. Suntque, quantum licet, ii æmuli obſervandi, qui ingeniis ſunt illiberalibus, & moribus occultis præditi, linguaque pollent ab animo diſſentiente; At cuſtodia muniendum eſt os, nec ſinenda lingua temere extra dentium ſeptum, & labiorum munitionem evagari, quibus à natura, quaſi duplici vallo, eſt incluſa. Et paulo infra: Draconem quidem aut Leonem qui videt, aut audit in montibus, ſtatim declinat: lachrymis & precibus etiam latro mitigatur: ad virum vero aliis inſidiantem, qui aliud linguis promtum, aliud pectore clauſum habet, cavendum, magna ſapientia opus eſt, & numinis auxilio. Cæterum ſi forte aliquos potius veteres, quam recentiores hiſtoriæ, de calumniis & ingratitudine, delectant, ii legant apud Fl. Ioſephum, quomodo ex delatione falſa, licet colorata, Antigonus optime meritus, & victor atque triumphans ex bello revertens, à fratre Ariſtobulo, qui eum antea unice dilexerat, & conſortem regni fecerat, apud turrim Stratonis crudeliter interfectus fuerit. Vbi additur: Huius rei caſus facile oſtendit, quantum poſſit livor & calumnia, & quam ſint efficaces ad ſubvertendam etiam naturalem benevolentiam. Memorabile autem eſt ibi præ cæteris, quod Ariſtobulum continuo ceperit fraternæ cædis pœnitentia, & cum ex ægritudine creſcentibus doloribus, ſanguinem, quem evomuerat, miniſter quidam cum efferens prolapſus, in eo ipſo loco effudit, qui Antigoni cædis cruenta adhuc habebat veſtigia. Quod cum Ariſtobulus minis ac terroribus, à miniſtris id ſupprimere conantibus, expreſſiſſet, mox conſcientia graviter ictus, effuſis plurimis lachrymis, deteſtans ſuum parricidium, animam exhalavit. Poſtremo huc non incommode referri poſſunt querelæ aulici cuiuſdam tales:

In Annal.

Antiq. Iud. l. 13. c. 19.

Contrivi miſere Miſer tot annos,
Guſtando mala, gratias agendo:
Sperando: ingenueque ſerviendo:
Tantorum mihi præmium laborum,
Sunt SERO SAPERE *atque* POENITERE.

CAPUT

Capvt LVIII.

Verſutos, callidos, & malitioſos homines, ſuis conſiliis, & aculeatis morſibus, candidos & bonos viros impetere, & evertere cupere: at non imponunt.

Plurimum refert, qualis eventus in deliberationibus ſequatur. Iam enim uſu receptum eſt, inquit Dio, ut, qui rem aliquam non recte aggreſſi ſunt, tamen feliciter perficiunt, optimo conſilio uſi exiſtimentur: alii contra ſtultitiæ culpentur, quum re optime deliberata, voti compotes facti non ſunt, &c. Nec mirum, cum experientia teſtetur, verſipelles, & callidos homines, plerunque candidos, & apertos, premere, iiſque ſuppreſſis, vel ſub'atis emergere, & in autoritate, umbratili quidem & momentanea eſſe ſolere. Quod Hoſpitalio, magno Cancellario Galliæ, non fuit ignotum, quemadmodum eius verſus teſtantur: *Rom. hiſt. l. 45.* *L. 3. epiſt.*

Verum hodie laus eſt non ultima, fingere vultum,
Et ſimulare probe, nec qui vel fallere neſcit,
Mentirive, feret ſapientis nomen in aula.

Magna itaque atque accurata ſolicitudine, & cautione verſandum eſt inter eiuſmodi homines, ne quis, ſub ſpecie familiaritatis, & amicitiæ, ab iis evertatur. Hæ enim ſunt artes aulicorum, (inquit Hannibal Scotus) improborum, qui aliquem ſubvertere volunt probum, & innocentem virum: Iaciunt primo cum illo fortuitos ſermones, ut ſuſpicionem fraudis amoveant. Deinde illi blandiuntur, ad eius benevolentiam captandam. Poſtea aliquid rerum ſuarum arcanarum illi communicare ſimulant, quod revera nihil refert, ut fidem apud illum acquirant. Et ſic demum innocens ille deceptus, animi ſui ſecretum pandit, ſuper quo illi criminationes apud principem ſtruunt, & illum peſſundant. Oculatiſſimum ergo præſtat eſſe hac in re: quæ quotidie in aula Romana uſu venit, & diſcernere malevolos à benevolis, ut cum illis caute & ſobrie, cum his libere & plene tractes, &c. huc uſque Hannibal. Recte igitur dicitur à Gregorio: Qui fingit amicitiam, peior eſt illo, qui adulteratam excudit monetam, quia ille in rebus, iſte in anima fraudem committit. De talibus talis cautio datur: Qui cum malus ſit, pro bono tamen habetur, plus mali, quam boni credas, perpetrare poteſt. His coniungantur contentioſi nonnulli, ſagaces, importuni & faſtidioſi: qui quidem non ignorantia peccant, ſed ſubtilitate quadam ingenium ſuum contra alios acuunt, & in ſingula aliorum verba aliquid comminiſcuntur, iiſdemque inſidiantur, & dictis eorum laqueos tendunt. Et hoc vitium peculiare eſt hypocritis, qui principio manſuetu- *In Cornel. Tacit. Annal. lib. 4.*

dinem, lenitatemque præ ſe ferunt, mox acerbam rapinam, immanemque crudelitatem exercent, falſa & mentita nomina rebus accommodantes. Etenim cum proxima ſint nonnulla vitia virtutibus, facile eſt eis componere fraudes, cum honeſta nomina, ſuſpectis, improbiſque rebus aptant: de quibus Ovidius ſentiebat:

L.11.Metamorph.

Naſcitur Æ tolicus, furtum ingenioſus ad omne,
Qui facere aſſuerat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris & de candentibus atra.

Et Iuvenalis concinit:

Fallit enim vitium ſpecie virtutis & umbra.

Sat.14.

Id omne eo gravius bonis, & pacificis hominibus accidit, quando mordaces detractiones, vel palam vel occulto fiunt. De iis verſutis, & mordacibus, atque lividis, Demades dicere ſolebat: Eos aliis hominibus eſſe ſerpentes, ſibiipſis vero viperas contra quas lividas linguas ſentiens ipſarum aculeos, illis ſane acutos, mihi vero plumbeos, nuper ita luſi:

Saucior invidiæ morſu, quærenda medela eſt,
Dic quibus in terris ſentiet æger opem?
Invidens, quæſo invidens, tua livida tela
Conficient animum, quod patet, ipſa tuum.
Invidiæ proprium eſt, proprios lacerare clientes,
Rodit enim cordis VIPERA *ſæva ſinus.*
Vellicat infauſtos falſaque cupidine pectus
Implet & excæcat nec ſua damna videnr.
Livide, cur frendes? pectus cur æſtuat intus?
Ante diem proprium num cupis exitium?
O lævas hominum mentes, quas livor adedit,
Vt noceant aliis ſed mage ſe crucient.

Contra hos mordaces applicari poteſt ex ſacris literis præceptum Apoſtoli: Sed alius alium viciſſim mordetis, & devoratis, videte ne viciſſim alius ab alio conſumamini. Romani ſanè veteres, & in politicis prudentiſſimi viri, ſummo odio proſequebantur maledicas, & mordaces linguas. Exemplum habemus in Nævio poeta memorabile. Eum, & eius ingenium admirabantur omnes cives, ideoque cum fabulas in publicum ederet, frequenter, atque ſtudioſe omnis aderat populus. Is tam in laborans maledicentiæ vitio, de quo agimus, principibus civitatis obtrectabat & carpendo, mordacibuſque dictis eos vexabat, donec autoritate publica eum in carcerem conjicerent, in quo tam diu detentus fuit, quoad aliquot fabulas ſcripſit, in quibus delicta ſua, & petulantiam revocavit. In hunc celebris minax ille verſus Metellorum, quos etiam arroſerat Nævius;

Ad Gal. cap.5.

Dabunt

Dabunt malum Metelli Navio Poetæ.

Sane nihil novum & inſolitum eſt, quod dicteriis ſæpenumero gravius, quam conviciis laceſſimur. Hæc enim crebro fieri temere videmus, ex bile: illa vero, ut non neceſſaria, ſed ex contumelia, & maledicentia præmeditata nata, magis deteſtamur & execramur. Atque omnino cum dicacibus, quam cum nugacibus infeſtiori animo congredimur. Patet enim omne mordere cavillum: Cavillum autem maledicum contumelioſum eſſe, fierique ex deſtinato. De quo Plutarchus plura. Quanto autem Reipublicæ, & privatæ utilius eſſet, ejuſmodi maledicentiam, rancorem & mordaces ſermones omittere, & concordiæ, & conjunctioni animorum operam dare? Quod quidem Chriſtianis hominibus omnino convenit facere, imo illis, ſub gravi pœna, in ſacris literis id mandatum eſt. Deberent igitur iſti iracundi, & lividi homines, ſi non vellent exempla, & hiſtorias memorabiles, quas in ſecunda Centuria hac de re recenſui, attendere, & iis irreconciliabilem animum mitigare, ſaltem Ethnicorum mitem, & pacificam mentem & actiones conſiderare, & imitari Ariſtippi, & Æſchinis inprimis. Cum enim inter ipſos ſimultas diuturna eſſet, ille ultro hunc adiit: Non, inquit, quamprimum redibimus in gratiam, ac nugari deſinemus? An potius expectabimus, ut ſcurris inter pocula fabula fiamus? Cui cum Æſchines reſpondiſſet, ſe libenti animo in gratiam rediturum: Memento igitur, ait Ariſtippus, quod cum eſſem natu maior, prior te acceſſerim. Tum ille, næ tu profecto vir me longe melior es: ſiquidem à me ſimultatis, à te ſarciendæ gratiæ factum eſt initium. Huc non incommode referri poteſt recentior hiſtoria, & reconciliatio duorum Hiſpanorum, Ducis Aſincicæ & Marchionis Gaditani, quæ in ſecunda Centuria cum ſit memorabilis, prolixe inſerta eſt. Neq; omittendum eſt, quod Cromerus de Sigiſmundo I. Polonorum rege, ſcribit: Eum videl. privatas injurias, obtrectationes, convitia, & maledicta inſolentiorum hominum, ita comtempſiſſe, ut nunquam vindicaret, nec eſſet ob id deinceps ad beneficentiam in hujuſmodi homines reſtrictior. Non abſque ratione itaque antea monuimus, ubi hæc materia prolixius tractata eſt, præſertim privatas injurias, dolorem & inimicitias Reip. condonare, magni cuiuſdam hominis & perſapientis videri. Quod Legatis ad Lepidum & Antonium apud Appianum Alexandrinum, ignotum non fuit. Ita enim occiſo Cæſare, eos alloquuntur; periniquum eſſe, propter ſimultates privatas Remp. in diſcrimen adducere, nec abutendum occaſione ad explenda odia, ſed potius Reip. donandas privatas injurias. Etſi autem experientia teſtatur (ut Georgii Sabini verbis utar) multas exiſtere belluas, leones, ſcorpios, cancros, hoc eſt, homines invidos & faſtuoſos, qui omnia conſilia, quamvis recta, & ſalutaria, calumniantur,

L. 2. convi. q. 1.

Cap. 47.

Cap. 44.

Cen. 2. c. 47.

In metamorph. Ovidii l. 2.

tur,omniaque reprenhendunt, ad evertendam bonorum dignitatem, quæ præcipue inſerviunt communi utilitati, tamen hæc malignitas illis impune haudquaquam eſt, ſed tandem hi conatus illis exitioſi eſſe ſolent. Quemadmodum enim apes aculeum cum dolore infigere poſſunt, ſed tamē relicto eo, ipſæ pereunt: ita & detractores maligni, falſitate ſua contabeſcunt, paulo poſt quam proximo malum inflixerunt. Recte itaque concluditur, Falſitatis iniquitatem non tam alios lædere, quos vel odio, vel ignorantia gravat, quam eos ipſos, à quibus hæc exiſtit, atque proficiſcitur: Qui quidem neque conſcientiæ ſuæ pœnas, neque divini numinis animadverſionem effugere poterunt. Non fruſtra igitur dicitur in proverbio,

Conſilium malum conſultori peſſimum eſſe.

De reb. geſt. Franc. l. 8. f. 254. Quo reſpexit Arnoldus Ferronus, ubi ita ratiocinatur. Recte ſapientiſſ. homines prodidere, Deum magna exempla in caput invenientium regerere, ut juſtiſſima puniendi vice quod quiſque excogitavit alieno malo, ſæpe excipiat ſuo. Cæterum veteres, inter quos fuit Plinius, & ante ipſum Ariſtoteles, iræ & invidentiæ faſcinationem quandam ineſſe, ita ut ex oculis talium, quaſi infici aliquis poſſit, prodiderunt. Græcis enim vocatur faſcinatio *βασκανία*, & faſcinare *βασκαίνειν*. Quod verbum vocatur quoque invidere. Quare *βασκανία*, eſt invidentia & faſcinatio, quaſi ſeſcinatio ſit læſio, cum quadam invidentiâ illata. Quam avertere valens antidotum *προβασκάνιον* vocabant: & *μετὰ προβασκανίου*, Latini dixerunt præfiſcini, vel ut alii præfiſcine. Neceſſe eſt igitur dicere, illos ipſos venenoſos homines, tunc magis inficere, quando aſpiciunt cum quadam invidentia. Non quidem ob ipſam invidentiam per ſe (ne in Avicennæ aperte falſam opinionem incidatur) ſed ex accidenti, quos is animi affectus attentius faciat intueri, atque tunc proprie eſſe faſcinationem quandam, ut à Baſiliſco, ſicut erudite diſputat Franciſcus Valeſius. Felices certe

De ſacra Philoſ. c. 68 illi merito prædicantur, qui moderatione ſua ſtudent præconium Periclæum poſteritati relinquere. Is enim poſtpoſitis aliis ſuis virtutibus, & rebus egregie ad ſalutem Reip. geſtis, hanc potiſſimum laudem habere

Cent 2. cap. 47. voluit: QVOD NEMO IPSIVS CAVSA LVGVBREM VESTEM INDVERIT. Sicut ante prolixius indicavimus. Ex quo proverbium Italicum fluxit; *Male detto ſia quel huomo, della cui vita piangono molti, & della cui morte, ridono tutti.* Pulchrum eſt itaq; & laudabile encomium Michaelis Hoſpitalii, quod illi à Iacobo Auguſt. Thuano eximio illo hiſtoricorum traditur. Cancellarius Franciæ, inquit, creatus invidiam ſemper virtutis

Hiſt. l. 56. comitem magnis conatibus adverſam habuit, cum qua infracta animi magnitudine diu luctatus, non victus, ſed cedendo victor evaſit, & ad quie-

tem

im domeſticam verſus, in honeſtiſſimo otio, quod reliquum vitæ fuit, tranquillo exegit. Dum in aula fuit, indignam meritis ſuis gratiam rependendoens, tamen judiciario ordini corrigendo intentus ſanctiſſimas leges promulgavit, quæ ſanctiſſimi earum conditionis memoriam apud poſteros conſervabunt. Tandem anno ætatis circiter ſeptuageſimo in Viniano ſuo III Eid. Mart. placidiſſima morte ad Deum migravit, condito prius teſtamento, quo vitæ ante actæ quaſi reddita ratione pietatis in Deum, caritatis erga patriam, ingenij, elegantiæ, & prudentiæ, quæ eum ad extremum vitæ ſpiritum uſque comitata eſt, teſtimonium veluti conſignatum reliquit, &c. Hæc Thuanus. Felices, imo feliciſſimi illi ſunt, qui virtute & fortitudine ſua adiuvante Deo, dirum illud monſtrum invidiæ atque dicacitatis ſuperare, & deinceps liberi à moleſtiſſ. negociis privatim nihilominus Reip inſervire, & ſenectute placida uſque ad extremum ſpiritum frui poſſunt. Sed hæc felicitas pauciſſimis contingere ſolet.

C A P V T. LIX.

Ab inimicis & calumniatoribus plura interdum diſcuntur, quam ab amicis.

PRudenter & recte dicit Sophocles:

Ἀπ᾽ ἐχθρῶν μανθάνουσιν οἱ σοφοί,
Ab inimicis multa diſcunt ſapientes.

Et pulchre Cœl. Aurelianus: Aiunt Hippaſum, ſcribit, Pythagoricum Philoſophum, interrogatum quid ageret, reſpondiſſe, Nondum nihil, non quidem mihi invidetur. Si igitur proficientium teſtis eſt invidia, quæ nobis olim comes eſt, magna gerimus in his quæ gerimus. Quare antea ex Svida allegavimus, ab inimicis multa diſcere ſapientes. Nam cautio, inquit, ſervat. ac ab amico quidem iſtud non diſces; ſed inimicus ultro extorquet. Id non ignoravit Philippus Macedonum Rex. Affirmare enim ſolitus fuit, ſe ſuis obtrectatoribus plurimam habere gratiam, quod ſuis conviciis efficerent, ut ipſe oratione, tum moribus evaderet melior, dum conaretur illos dictis pariter & factis mendacii convincere. Obtrectatio certe malevolorum magnam vim habet, & bonos graviter ſauciat. Non ignorat enim ſecundum Ciceronem, nihil eſſe tam volucre, quam maledictum, nihil facilius emitti, nihil citius excipi, latius diſſipari. Hoc malum plerumque ex concepta ſuſpicione oritur. Nulla enim gravior peſtis humano ingenio inſidet, quam alte concepta ſuſpicio. Nam cum ea ſemel temere irrepſerit,

Cap. 62. cent. 2.

ægerrime vel maxime illuſtri ratione convellitur. Contra morſus vero obtrectatorum & lividorum varia remedia ſuppetunt, ſicut antea quoque indicavi. Nam inter cætera ex Æliano monui, quod ſcommata & obtrectationes nullam vim erga cordatos & conſtantes habere videantur. Si enim firmum animum petant, diſſolvuntur, & inanes ſunt, ſin illiteratum & abiectum, poſſunt quidem aliquid: & ſæpe non ſolum in dolores, verum etiam in mortem eum conjiciunt. Argumento ſunt illa; Socrates cum in comœdia taxaretur, ridebat. Poliagrus vero ſeipſum ſtrangulabat. Ego ſane, neſcio quo fato, fere ab ineunte ætate, huc uſque obtrectationibus & invidorum morſibus, & calumniis objectus fui, qui me ſæpenumero miris modis torſerunt, & exagitarunt, cum præſertim expertus ſim, veram eſſe cujusdam veteris juſſionem: calumniare audacter, ſemper aliquid hæret. Sed tamen conſolationes, quæ integræ conſcientiæ, & innocentiæ perpetuo comites eſſe ſolent, non defuerunt, neque adhuc deſunt. Etſi enim obtrectatio & calumnia aliquantiſper auditorum opinionem confirmat, tamen progreſſu temporis ipſa nihil eſt imbecillius, quæ etiam viperæ inſtar ipſi parenti tandem perniciem affert, ſicut Victorinus Strigelius qui etiam calumniatorum ſimiles morſus viperinos ſenſit, recte monuit.

Cap. 10. in Eccleſiaſt.

Sæpius autem cum Hippia apud Plutarchum, miratus fui, nullum adverſum calumniam eſſe ſtatutum ſupplicium, ſicut adverſus fures, quum tamen amicitiam, quæ poſſeſſionum omnium eſt præſtantiſſima, furetur. Sufficit itaque, cum alia gravior pœna conſtituta non ſit, ſecundum leges, calumniatorem, qui non probat, pœnam illam incurrere, quam ſi probaſſet, reus utique ſuſtineret. Utque is tamdiu ejus ſceleris reus habeatur, in quo accuſat alium, quamdiu accuſatum de eo non convicerit.

C. qui calũ. 5. q. 6. & titu. de calumn.

Satis quoque grave hoc ipſum eſt, ſi prætor vel judex aliquem interlocutione ſua increpans, dicat, ἐσυκοφάντησας, hoc eſt, Calumniatus es: dum modo cauſa cognita id fecerit, arg. l. 17. verbum. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. Omitto hic pœnam legis Remmiæ, qua ſtigma litera K. fronti calumniatoris, (ſive ut veterum orthographia erat) Kalumniatoris inurebatur, unde ab omnibus agnoſci poſſet. Quam ſane pœnam in uſum revocari ad deterrendos a calumniandi atque obtrectandi libidine homines maledicos eſſet Reipub. utiliſſimum. Sed ad me ut redeam pauliſper, equidem inter cætera remedia, ex doctrina Chryſoſtomi, nullum efficacius expertus ſum, contra illos virulentos morſus, quam neglectum criminationum, quaſi ſurdis auribus prætervolantes tranſmitterentur. Nihil enim maledici os mordere frenareque magis didici, quam illatæ contumeliæ contemptum. Idque aliquoties expertus ſum, in infeſto mihi, & livido homine, cujus iaculum linguæ obtrectatricis, alio modo infringere non potui, niſi diſſimulando & contemnendo, ita

do, ita ut ipſe cum ſe fruſtra laborare videret, tandem deſtiterit, & aculeos ſuos plumeos & plumbeos alio tranſtulerit. Vivere enim & paſcere ſe, ſicut Salamandra, igni, calumniis & morſibus violentis, ſuperbia & inſolentia nimia crebro vitiato ſolebat. Quod etiam obſervavit Gomezius, ſicut cum antea allegavi. Recte enim dicitur, ſpreta exoleſcunt; ſi iraſcare, agnita videntur. Quæ & antiqui Comici Philemonis apud Joan. Stobæum eſt ſententia: ἂν μὴ προσποιῇ ὁ λοιδορούμενος, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν. hoc eſt, ſi non revocat ad animum is, qui criminationibus appetitur, tum criminationes in ipſum redeunt auctorem. Inprimis autem placuit mihi ſimilitudo in oratione Gulielmi Verheiden ſive Campani, dicentis: Quemadmodum telas aranearum muſcam irretire, ab hirundine vero rumpi cernis: ita callidas improborum & malevolorum artes pauci imbelles & incauti timent; Prudentes vero & magnanimi ſane facile conterunt atque contemnunt. Fateor certe ingenuè licet multum moleſtiæ & ægritudinis ictus & morſus maledicæ linguæ mihi intulerint: tamen negare non poſſum, mihi inde plus cautionis & diligentiæ acceſſiſſe, ut videlicet vigilantior & diligentior effectus ſim, & occaſiones omnes arripuerim, mihi ab eis non ſolum cavendi, ſed etiam exiſtimationem bonam conſervandi, quam ſi ſecurus ab iis fuiſſem. Ita ut rectè dicatur, παθήματα, μαθήματα: Quæ nocté, docent. Eodem modo Deus, pro ſua ingenti miſericordia ſæpenumero remediis, ad noſtram ſalutem, quæ nobis plane contraria & perniciosa videntur, uti ſolet: ut Nazianzenus præclara doctrina nos inſtruit. Θεὸς, inquit, τῷ ἐκτὸς καθαίρει τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, ϗ διὰ τῶν ἐναντίων διεξάγει ἡμᾶς πρὸς τὸ μακάριον τέλος: hoc eſt, Deus per exteriorem hominem purgat interiorem: & per contrarium nos ducit ad finem beatum, &c. Et oppidò quam eleganter Lipſius ad Arcerium captivum: Deus non deſerit ſuos, ſed abducit à loco, ut ad meliorem reducat, & obiicit ſæpe non ſperata. Sic mirabile eſt, quod ſemel à ſcorpio ictis accidit. Etſi enim plaga & vulnus hoc admodum periculoſum eſt, tamen ſi tempeſtivè, adhibitis remediis, qui eo læſi fuerint, curantur, hunc fructum & ſecuritatem inde reportant, ut poſt à veſpis & crabronibus aut apibus, (ſicut experientia docuit) nunquam feriantur. Uſque adeo nullum eſſe tantum incommodum ſolet, quod non commodum aliquod habet adiunctum, ut Roterodamus nos docet. Eodem modo perſecutoribus fidelium evenire ſolet. Nam dum maxime vi & dolo illis nocere ſatagunt, nihil aliud efficiunt, quam ut commoda, honores, ſalus & incolumitas ipſorum, in hac umbratili pariter & futura vita æterna, promoveantur, quod Chytræus ſuis hexametris piè & eleganter, ita expreſſit:

De ortu & occaſu impe.

Ep. ſt. 78 cent. 2

Sic ſponſam, pie Chriſte, tuam tam prote[illegible] ipſe,
Fallitur impune hanc qui ſeſe lædere credit,

Præſidio quæ tuta Dei fuit, atque futura eſt.
Vel ſi, concedente Deo, quis durius illam
Excruciet: tamen ille ſibi nocet ipſe, pu[illegible]que
Cogitur invitus ſemper prodeſſe nocendo.
Quando vel illorum in terris augentur honores,
Morte vel adiunctis jam morte carentibus aula,
In cœleſti animis æterna pace fruuntur.

Cæterum ad alia exempla veniamus, quibus conſtat, contraria ſæpe contrariis, contra ſpem ſanata eſſe, & ex inimicorum odio & damno læſis, ſalutem procuratam. Plutarchus tradit de Prometheo quodam, cui inimicus quidam erat, qui omni ſtudio necem ei machinabatur. Cum igitur ille huic aliquando obviam fieret, aggreſſus eum, multis afficit vulneribus. Erat autem antea Prometheo incurabile ulcus, admodum peſtiferum. Cum vero ulceri forte fuiſſet inflictus ictus, ſtatim effluente ſanie curatum fuit, ſubſecutaque ſanitas. Itaque factum, ut quod nulla arte curari potuerat, hoc adverſarij & infeſtiſſimi hoſtis ictu præter ipſius intentionem curaretur.
l.7.c.50 Similem curationem improviſam expertus fuit, teſte Plinio, Phalereus (quem Valerius Maximus, Phereum Jaſonem nominat) Is enim deploratus à Medicis vomicæ morbo, cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore, & loco vomicæ, medicinam ex vulnere invenit. Con[illegible]is Medicus obtigit Vdalrico Hohenſaxiæ Baroni, viro fortiſſimo, ſed protuberante ſtruma deformi. Cum enim is in bello Mediolanenſi ſub Maximiliano Primo Cæſ. ſigna Helvetiorum duceret, lancea collum transverberatus, tam ſalutarem ictum accepit, ut non ex vulnere plagam, ſed t[illegible]s ſtrumæ curam ſolidiſſimam adeptum ſe poſtea gloriari ſolitus ſit. Huc ſpectat (licet ſub prætextu offenſionis & tergiverſationis, non lædendi animus, ſed ſanandi cura & ſolicitudo adeſſet) quod, teſte Egnatio, Palæologo II. Conſtantinopolitanorum Imperatori, præter ſententiam ſuam accidit. Is enim periculoſe laborans, nullis naturæ auxiliis vel remediis convaleſcere potuit: ſed contrariis, quæ illi potius noxia & moleſta, quam ſalutaria videbantur. Cum igitur ferme annum integrum lecto decumberet, magno Reipubl. incommodo, à muliercula quadam Imperatrix didicit, maritum convaleſcere non poſſe, niſi is acribus & continuis moleſtiis vexaretur. Eo enim modo dilapſuros humores unde ægritudo manaret. Approbato hoc conſilio, & plane contrario modo curandi, Imperatrix cœpit Palæologum virum vexare, incredibilem in modum, vix ulla in re ei obſequens. Frequentibus itaque & importunis vexationibus, diſcuſſis humoribus malignis, caloris augmento, adeo Imperator convaluit, ut viginti, quibus poſtea annis vixit, uſque ad annum ſexageſimum ſuæ ætatis, [illegible]-

& mo-

& incolumis vixerit. Perbella ſane, ſed valde dubia & anceps, ex uxoriis moleſtiis & vexationibus, medicina, quæ morbo ipſo gravior videatur. Non ſecus ac podagricos acerrimos per ſe dolores, calculi ſupervenientes cruciatus, utpote longe acriores & moleſtiores, ſuperare & curare ſolent, ſicut ex meo cognato quodam viro docto & gravi, ſæpius audire memini: quem ſi quando podagra ita lecto affixerat, ut pedum & manuum uſum & motum durantibus doloribus amitteret, uſque adeo ut etiam atomos, ex radiis ſolaribus circumvolantes, extimeſceret, ne affectas partes attingerent. Cum vero calculus inſuper accederet, ejus cruciatus illum ita excitarunt, ut quaſi valere juſſis podagricis doloribus intenſiſſimis, dum ſoli erant, hinc inde in cubiculo diſcurreret, & ſaltu quoque & vehementiori motu eos ſuperare contenderet. Nimirum hoc voluit etiam ſuo Aphoriſmo nobili Hippocrates, Medicorum princeps; *Δύο πόνων ἅμα συνελθόντων, ὁ μείζων ἀμαυροῖ τὸν ἐλάσσονα*: Duobus concurrentibus doloribus, major obſcurat minorem, quam inſignem ſententiam & Symmachus in epiſtolis ſuis argutiſſimis alicubi expreſſit: Ad illam vero, quam dixi medicinam, ex muliebri exagitatione & moleſtatione petitam, quod attinet; per me ſane licet utatur quiſquis volet. Ego vero Deum precabor ut à me illam procul eſſe jubeat, cum præſertim incertum ſit, utrum hoc conſilium bono an malo fine, ſanandi inquam, an potius affligendi cauſa Imperatrici datum ſit. Credibile eſt autem, ſolummodo ex accidente eventum bonum inde ſecutum fuiſſe. Poſtremo, quemadmodum ſæpenumero vulnera corpori, malo animi propoſito inflicta, præter opinionem ſalutifera eſſe ſolent: ita quoque interdum non tantum parti læſæ & vulnerato damnum afferunt, ſed ex eorum cura gravius malum ſequitur. Experientia id probavit, in Guilielmo Naſſovienſi, Principe Auraico: Eum enim ex vulnere, collo illato, omnem guſtum amiſiſſe, fide digni homines affirmant; cum tamen à peritis rerum naturalium ſit traditum, hominem abſque guſtu non reperiri. Claudat hoc caput decaſtichon præſtantis cujusdam Poetæ recentioris, quod fecit ille ſuperioribus noſtris meditationibus convenienter de contemnendis vulgi ſermonibus, fiducia rectæ conſcientiæ: *Conrad. Rittershuſius.*

Neſcia mens fraudum, inculpataque integra vita,
Scommata nullius, nullius arma timet.
Omnia contemnit, ventis velut obvia rupes,
Mendacesque ſonos unius aſſis habet.
At quibus interno improbitas præcordia puncta
Rodit, & infandum polluit ora ſcelus.
Perpetuis animi furiis agitantur: & omnes,
Quæ ſua ſit ſcelerum ſarcina, ſcire putant.

Qui ſapit, ad vitam ſapias: gere conſcia rectè
Pectora, nec ſtrepitu commoveare levi.

Caput LX.

Mythologia Sphingis, Philoſophica pariter & Theologica, excerpta ex oratione habita Aldorfii Anno 1588.

Fingitur à ſapiente vetuſtate Sphinx humana vel virginea facie, pectore, unguibus, caudaque leonina, alis aquilinis, reſidens in faſtigio rupis, ac tranſeuntibus ænigmata obſcura proponens, quæ eos, qui illa ſolvere nequiverint, dilaniarit, ſed tandem ab Oedipo, inſtinctu Minervæ, ſuperata, ſeſe de rupe præcipitem dederit. Hanc Auſonius ita deſcribit:

Nec etiam thalamos per trina ænigmata quærens,
Qui bipes & quadrupes foret, & tripes omnia ſolus,
Terruit Aoniam volucris leo, virgo triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

At dicet forſan aliquis, & non intempeſtivè, Quorſum iſta fabula in tam ſacro loco & honeſto cœtu introducatur? Nonne ſatius eſſet, de re gravi & memorabili narrationem inſtituere, unde major utilitas percipi poſſet? Recte quidem. ſi nuda verba, & non res ipſæ, veluti ſub cortice nucleo ſingulari myſterio latentes inſpiciuntur. neque penitius, quid illis involucris contineatur, conſideratur. Verum longe aliter ſeſe habet, ſi altius perpenditur, quamobrem veteres prudentiſſimi viri tam frequenter fabulis uſi ſunt. Aliæ ſiquidem ſunt, quæ naturæ opera ſub allegoriis continent, aliæ humanarum calamitatum habent conſolationem: aliæ terrores animorumque perturbationes à nobis depellunt, opinionesque parum honeſtas deſtruunt: aliæ alterius cujuſpiam utilitatis cauſa fuerunt inventa. Id ipſum divinum illum Platonem non latuit, qui in ſua Republ. matres ac nutrices ſelectas fabulas pueris narrare, animosque illorum fabulis diligentius, quam corpora ipſa manibus informare jubet. Quamobrem nihil me contra leges honeſtatis & pietatis facere puto, ſi fabulam Sphingis introduxero, & ejus explicationem enarrare conſtituero. Hæc ſane etſi diverſimode à diverſis (ſicut diverſa diverſis placent) exponi & accommodari ſolet, eorum tamen ſententia mihi præ reliquis placet, qui cenſent, veteres ſapientes hanc fabulam, de hoc monſtro Thebano, commonefactionis inſtar finxiſſe, & poſteritati illa inculcare voluiſſe: Unumquemque ho-

Natal. Comes in Mytholog.

mini-

mini ſuam fortunam æquo animo eſſe ferendam, quam, ſi quis ægre ferat, omnino tamen ferre neceſſe ſit, juxta præceptum:

Fer facilis, quod fata ferunt: ſi ferre recuſas,
Ipſum te crucies nec minus illa trahent.

Quod diſtichon ex Anthologia Græca translatum eſt, ubi Græca ſic habent:

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου. ἢν δ᾽ ἀγανακτῇς
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

Hic τὸ φέρον nihil aliud eſt Poëtæ, quam Fatum, quod alio nomine τὸ πεπρωμένον, & τὴν εἱμαρμένην appellant. Concordant autem cum hoc præcepto verſus Trochaici Babriæ, qui extant in Etymologico Magno:

Ἃ σοι πέπρωται, ταῦτα τλῆθι γενναίως,
καὶ μὴ σοφίζου. τὸ χρεὼν γὰρ οὐ φεύξῃ.

Quæ ſic ab amico quodam noſtro ſunt Latinis expreſſa Trochæis:

Fer fortiter, quicquid tibi ferent fata: *Ritterſhuſ.*
Nec tergiverſare. haud enim effugis fata.

Igitur humana facies in Sphinge monſtro (quod ἀπὸ φίγγειν, id eſt, cōſtringere vel vincire, quod tranſeuntes ſuis nodoſis quæſtionibus ita ſtringeret, ut ſe explicare non poſſent, dictum autumant,) nihil aliud deſignare videtur, quam, quod humanum eſt, ſubiici calamitatibus & viciſſitudinibus fortunæ; Leoninum vero pectus, quod in illa fingitur denotat, forti & magno animo ferenda eſſe adverſa, quæ vel neceſſario & omnino ſunt ferenda. Quod ſi aliquis id facere recuſaverit, atque in adverſis potius ſuccumbere, quam ea fortiter ſuſtinere mavelit, ille nihil aliud efficiet, niſi ut ſeipſum miſere cruciet, & affectibus ſuis ſeſe laniendum mancipet. Hæc puſillanimitas ſunt ungues Sphingis, hæc eſt dilaniatio crudelis, quæ meticuloſum & degenerem animum, veluti pediſſequa, niſi quis forte, Minervæ conſilio, obſcura, intricata, & ambigua ænigmata ſolvat, id eſt, duce & adminiculo Rationis, Sapientiæ, & Conſtantiæ ſeſe ex Labyrintho erroris extricet, & hac ratione fortunæ iniquitatem & adverſa omnia ſuperet. Hoc modo tandem monſtrum illud vincitur, devictum ſeipſum præceps dat, & priſtina facies & ſecuritas loci apparet, cum tranquillitate animi & conſtantia adverſa omnia perferuntur, & quicquid contingit, ſecure & fortiter animus ſuſtinet, atque ad extremum uſque invictus perdurat.

Huc ſpectat, quod olim ante veſtibula templorum marmoreæ Sphinges, tanquam cuſtodes, collocatæ fuerunt, ſicut Romæ in Capitolio, & aliis in locis adhuc conſpiciuntur, quæ ex Ægypto allatæ dicuntur. Non

ſolum

ſolum enim Flamines innuere hiſce ſtatuis voluerunt, myſtica dogmata, præcepta & inſtitutiones ſacras per ænigmatum nodos à profana procul multitudine inviolata cuſtodiri, & in arcanis tantum tractari debere; Sed etiam, ut introeuntes in delubra ipſorum commonefacerent ſortis humanæ vitæ, & quam variis fortunæ telis ea obiecta & expoſita eſſet, utque moderate & forti animo proſpera pariter & adverſa ſuſtinerent. Quare etiam Auguſtum Cæſarem eo potius reſpexiſſe credibile eſt, cum in annulo ſignatorio imagine Sphingis uteretur, quam quod nova ænigmata introducere voluerit, quod in proverbiũ tunc abiit: Mirum non videri, ſi renata Sphinx afferret ænigmata. Reſtat nunc, ut quid illis involucris contineatur, piis cogitationibus perpendamus. Nos quidem, beneficio divino, ex ſacris literis edocti ſumus, Minervæ (quæ pro Dea ſapientiæ culta eſt) auxilii nomen eſſe, ſed ſive proſpera ſive adverſa nobis eveniant, ea voluntate divina, piis hominibus ad eorum ſalutem contingere, eaque tanquam res umbratiles, non admodum curanda, ſed ad veram & æternam felicitatem, quæ omnibus piis Chriſti ſanguine parata eſt, omnes actiones & rationes noſtras dirigendas eſſe, & inde conſilium & auxilium quærendum. Nihil enim in humanis rebus firmum, nihil ſtabile, nihil denique diuturnum reperiri poteſt, dum commonefacere nos vult Deus, terram hominibus non pro domicilio, ſed pro diverſorio datam, & hanc, quæ dicitur vita, non iam vitam eſſe, quam iter quoddam ad vitam: in cœlo, non in terra, nobis eſſe ſpem defigendam & collocandam. Interea autem, in hoc curſu noſtro, danda eſt opera honeſtis rebus, & diſciplinis, ut, inſtructo & confirmato animo, bonis & piis artibus, non facile ad devia pertrahi poſſimus. Recte igitur, ornatiſſimi Candidati, feciſtis, quod humanæ ſortis & conditionis memores, hanc ſemitam virtutis & pietatis ingreſſi eſtis, quæ ad veram felicitatis arcem ducit: quam veſtram honeſtiſſimam cupiditatem omnibus modis adiuvare conabor.

Vt ſupra auctoritatibus Auguſtini & Columbani, ſanctiſſimorũ virorum docuimus.

Quoniam igitur dignitas Magiſterii, veluti teſtimonium publicum, ſolummodo iis, qui idonei, ad eam ſuſcipiendam, a Collegio Philoſophicæ facultatis, prævia exploratione conſueta, habiti ſunt, conferri ſolet, Ego ratione muneris, mihi ab Ampliſſ. Senatu Reipublicæ noſtræ commiſſi, petitioni Spectabilis Domini Decani libentiſſime ſatisfaciam, &c.

Caput. LXI.

De Magiſtrorum tam in genere, quam in ſpecie, nomine, dignitate, & officio, excerpta ex oratione habita Aldorfii in promotione Magiſtrorum, anno 1589. in fine Iunij.

MAgiſtros in genere rectè definit Paulus Juriſconſultus, eſſe eos, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis, quam cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent. Hincque, inquit, Magiſtratus per derivationem à Magiſtris cognominatur, & cujuslibet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellamus, à monendo, vel monſtrando. Ex eo verbum magiſtrare, pro moderari, in uſu olim eſſe cœpit: Unde accidit, ut hoc nomen, cum aptius nullum inveniretur, ad innumera fere officia militaria & forenſia applicaretur. Dictator enim quondam populi Magiſter. & qui proximus ab illo in dignitate conſtitutus erat, Magiſter equitum dicebatur. Hinc minora officia eodem nomine cohoneſtabantur, ut Magiſtri militum, qui & ϛρατηλαται in novellis & in cōſtitutionibus Impp. eminentiſſimi, magnifici, excelſi. & illuſtres appellantur. Unde etiam Magiſtri ſcriniorum, cui ſuberant, Magiſtri memoriæ epiſtolarum, libellorum. Porro erant Magiſtri cœtus, apud quos edebantur teſtamenta, cæteraque inſtrumenta publicabantur. Erant præterea Magiſtri officiorum, in Oriente unus, in Occidente alter. Sub horum diſpoſitione erant fabricæ, item ſcrinia memoriæ, libellorum, Epiſtolarum. diſpoſitionum, & ſimilia. Ad ſummam, in omnibus officiis, muneribus, & dignitatibus, ij Magiſtri appellabantur, qui præ cæteris ingenio, virtute, experientia rerum, & uſu magis præſtarent, & eminerent. Hinc, Magiſteria poteſtas, quam Svidas μαγιϛείαν ἀρχὴν vocat, & Magiſterium militare, atque in numero multitudinis, Magiſteria municipalia fluxere. Hinc & magiſterriani inter dignitates reperiuntur: quos Græci poſteriores etiam Magiſtrianos, una dempta ſyllaba, appellaſſe videntur. Ob eam cauſam hoc Magiſtrorum & Magiſterij honorificum nomen, utpote continens eximiam dignitatem, in liberalibus & ingenuis artibus & diſciplinis, ſumptum ob ſimilitudinem, à militaribus & forenſibus officiis, ab Imperatoribus, (cum animadverterent, ſine iis, ex barbarie homines emergere, & civilem vitam gubernare & conſervare eos neutiquam poſſe) in Academias & Scholas introductum, utq; iis, qui magis cæteris poſſent, honoris ergo, impertiretur, authoritate Cæſarea conceſſum eſt. Ex quibus apparet, quales eos in ſtudiis & moribus

eſſe oporteat, qui hoc nomen cum laude conſequi, & tueri cupiunt. Eodem modo conſiderent hoc ij, qui de his actionibus Academiæ & publicæ utilitatis ergo, ex Imperatoria munificentia ortis, tam ridicule ſentiunt, & ſcurriliter loquuntur, cum eam cavillationibus ſuis contemnant. Quid enim faciunt ἄμουσοι illi aliud, quam ut in luto imperitiæ ſuæ diutius hærere, & mergi malint, quam ad ſaluberrimos & amœniſſimos fontes & rivulos limpidiſſimæ ſcientiæ & virtutis accedere, & ſordes ſuas abluere curent. Sed retineant ſane morem ſuum, &, Midæ inſtar, utre pro cithara, quoniam ita illis lubet, utantur, donec ſaniora & dicere & agere diſcant. Ad vos, Ornatiſſimi Candidati, revertitur mea oratio. Gratulor vobis, eo vos perveniſſe, ut contemtis obtrectationibus inſulſæ & ſtolidæ plebis, magis præ cæteris, in bonis literis, variis linguis, & moribus honeſtioribus excellere incipiatis, & hac de re teſtimonium Spectabilis D. Decani, & Philoſophici Collegij locupletiſſimum habeatis, ut Magiſtri bonarum artium deinceps optimo jure appellari poſſitis. Sed deſiderantur adhuc multa ad abſolutam felicitatem: nondum enim ad extremam metam & arcem quietis & felicitatis perventum eſt, ita ut torpore & otio, quaſi ſuperatis & exantlatis omnibus laboribus, torpeſcere & indulgere poſſitis. Reſtant enim non ſegnibus & induſtriis virtutis iter ingredientibus, ut majora, ita aſperiora, quibus quidem ab honeſto propoſito minime debetis deterreri. Etſi autem virtus durioribus negotiis eniteſcit, & aſpernatur declivem facilitatem, maximoque ſudore arduum laudis adnititur: Tamen hoc laboris ſtudium ſequitur libertas, felicitas, gloria: delicias vero & ſegnitiem ſervitus, calamitas, contemtus. Imitatores igitur vos eſſe velim Philopœmenis illius Megalopolitani, qui poſtquam ſub Præceptoribus & Pædagogis eſſe deſierat, & magis ac magis emergere cuperet, cum, poſt præclara ſuæ fortitudinis facinora, ab Achæis Magiſter equitum, cum gloria, creatus eſſet, tantum abfuit, quod otium deſidiamque admitteret, ut diſciplinam militarem exactiorem inſtitueret; & juvenes viritim ad honeſtæ gloriæ ſtudium cohortaretur, punitisque ſegnioribus, tandem exercitationibus, decurſionibus, & aliis certaminibus tempeſtivis & legitimis inſtitutis, modico tempore mirabile robur, miramque alacritatem ſibi & ſuis militibus indiderit. Ex illo maximi nominis eſſe cœpit, quod neque manu juvenis, neque conſilio ſeniorum aliquis eſſet promptior, quique eſſet & ducendo copias, & pugnando utiliſſimus, & feliciſſimus. Hujus, inquam, imitatores, ſi ſapitis, in veſtra togata militia vos eſſe decet. Etenim non eſt operæ pretium, neque ſatis, ſi quis diſciplinas perdiſcat, niſi ſimul vitæ rationes ad id, quod eſt optimum, accommodet, atque componat. Nam turpe & ignominioſum eſt, doctrina & eruditione alios antecellere, & factis

& factis atque moribus ipſis ſeſe ridiculum & exſibilandum explodendumque exhibere. Quiſquis igitur aliud ſcit ac ſentit, & aliud docet, atque agit, is tantum videtur à ſcientia, quantum à probitate abeſſe. Inprimis autem cavete, ſi dignitatem Magiſterij, quam expetitis, conſecuti fueritis, ne arrogantiores & elatiores, vel erga pares, vel etiam inferiores, quaſi aliorum opera deinceps carere poſſitis, & omnia in vobis ſita ſint, fiatis. Nihil enim eſt quod animos hominum ab officio magis abducat. quam perſuaſio felicitatis & excellentiæ propriæ, quam plerunq; deſpicientia & contemptus aliorum, veluti pediſſequæ, comitari ſolent, Hæc ſolet animos hominum inflare, ſpiritusq; quosdam elationis & arrogantiæ plenos efficere, & ſe um afferre. Quæ res facit, ut intolerabilis aliquis fiat, ſummoq; in omnium odio verſetur. Quare omni ratione cohibendus eſt impetus ambitioſus, modeſtiæque freno coercendus, omnisque aſperitas vitanda: contraq; ſumma humanitas, atq; in omnibus dictis & factis ſuavitas inducenda. Qua virtute, ut nulla eſt viro bono, & Chriſtianæ profeſſioni conjunctior; ita nec quæ magis invidiam mitiget, communemq; hominum benevolentiam omnibus conciliet. Hiſce monitis, ſi feriatis, ut aiunt, auribus, & ut inquit Comicus, perpurgatis, daremus operam, ſimul præſentibus, pro re nata, citra ullius reprehenſionem, placide uteremur: ſimul præteritorum grata recordatione acquieſceremus. Poſtremo, ad futura intrepide & confidenter, certa atque alacri ſpe, prælucente nobis, accederemus. Fiat itaq;, quod à Spectabili Domino Decano Philoſophicæ facultatis petitum eſt, ut videlicet, ex autoritate privilegij Cæſarei Ampliſſimo Senatui noſtræ Reipublicæ conceſſi, inſignia Magiſterij (ejus enim hæ partes ſunt) hiſce Candidatis concedantur, Vtq; hoc illi, cum autoritate facere, & ea, quæ reſtant, conſuetis ceremoniis peragere liceat, liberã poteſtatem habeat. Quod ut omnibus ac ſingulis, inprimis vero Reipublicæ honori & uſui ſit, precandus eſt Deus, largitor omnium bonorum, & à quo ea, quæ honeſta, utilia, & laudabilia ſunt, veluti ex uberrimo fonte, promanant, & propagantur.

CAPVT LXII.

De præſtantia linguarum, excerpta ex oratione habita Aldorfii ultima Iunij, anno 1590.

ELocutionem, abſque inſtrumento linguæ, & niſi ejus beneficio perfici non poſſe, omnibus notum eſt. Qua, tanquam inſigni & eximio dono, Deus hominem, una cum ratione, præ reliquis animantibus, à prima creatione, in paradiſo ideo exornare voluit, ut ſit inſtrumentum &

vinculum ſocietatis, & communionis, qua natura hominem homini conciliat. Diu autem controverſum fuit, & à curioſis hominibus adhuc ambigitur, qua elocutione, vel qua lingua, Deus creator hominis, & omnium rerum, erga ſuam creaturam, quam ita amavit, & magnifecit, ut ſimilem ſuæ imagini eſſe voluerit, & viciſſim homo, erga ſuum creatorem, cum illi poteſtas data eſſet, ut imperaret, & nomina imponeret omnibus aliis animantibus, vel poſtea etiam cum ex feliciſſimo, infeliciſſimus, neglecto mandato divino, per lapſum evaſiſſet, uſus fuerit. Ex hiſtoriis conſtat, Ægyptios & Phryges omnium mortalium primos ſe fuiſſe gloriatos, & ideo diu inter ſe contendiſſe, de linguæ & gentis alterutrius vetuſtate; tandem autem illos his cedere coactos fuiſſe. Vt autem reliquas gentes omittam, noſtro tempore viri docti, inter quos fuit Goropius ingenioſa ſubtilitate demonſtrare conati fuere, Cimbricam linguam, ſicut nunc in inferiore Germania, & Belgio, eſt uſitata, eſſe Hebraica, Græca, Latina, & cæteris omnibus, ut longe antiquiorem, ita præſtantiorem & ab ea, tanquam ex fonte, & ſcaturigine, omnes alias linguas in univerſo orbe, fluxiſſe, ita ut in ea opinione perſtiterit, idioma Cimbricum ex Paradiſo ortum ſuum habere, ſicut libri, ab eo ſuperſtite, & poſt mortem ejus editi, teſtantur. Sed hoc acuti ingenij exercitium jucundum potius lectu, quam veraeſſe, quæ arguit, à pleriſque exiſtimatur.

Goulartius Comment. Gallico in G. Salluſtij Bartaſii Septimanas.

Equidem illis aſſentior, qui aſſerunt, linguam Hebræam, DEUM noſtros primos parentes, in paradiſo, eosque poſtea ſuam poſteritatem docuiſſe, & deinceps ad alios longe lateque hanc, tanquam vernaculam, promanaſſe: idque poteſt quinque rationibus efficaciſſimis confirmari. Prima eſt, quod lingua Hebraica pauciſſimis verbis comprehendat res complures habeat mirabilem, admixtis pulcherrimis allegoriis, emphaſim, & clare atque ſuccincte explicet, quicquid humana mens concipere poteſt: Inprimis autem in explicandis ſecretioribus, & intimis cogitationibus, & affectibus cordis, illa efficaciſſima eſt, & plane nihil omittit. Verba enim & periodi continent gravitatem, ſuavitatem, elegantiam, vivacitatem, & efficaciam ſtupendam, ita ut ea longe ſuperet linguam Græcam; quæ ſuis elegantibus Aoriſtis, & ſuavi, atque ornato genere dictionis, nec non epithetis diligenter, apte, & concinne accommodatis, non ſecus comparari cum illa poſſit, ac ſtridor hirundinis cum melodia & concentu ſuaviſſimo philomelæ. Idque abunde patet, ut de cæteris divinis voluminibus Hebraicis taceam, ex libris Pſalmorum, ſcriptis Salomonis, hiſtoria Jobi, & Iſaiæ Prophetæ. Obſervarunt enim periti, hanc linguam plus majeſtatis, elegantiæ, ſuavitatis, doctrinæ, in uno capite continere, quam integra volumina, quæ ſapientia humana tam magnifacit, & extollit. Altera ratio eſt, quod

quod Rabbini & doctores Hebraici, magna ſolicitudine & diligentia, annotarint & obſervarint, in libris antiqui fœderis, non ſolum omnes literas, ſed etiam minutiſſimos accentus, & puncta, emphaſim, & ſignificationem peculiarem habere. Alphabetum enim Hebraicum conſtat 22. literis, quæ ſi ſeparatim, vel conjunctim, perpenduntur, ex iis univerſa ſecreta & myſteria Theologiæ, & Philoſophiæ tam naturalis, quam moralis, diſtincte elici poſſunt. Inprimis autem memorabile eſt, omnes & ſingulas literas Hebraicas habere ſignificationes proprias, & ex illis, præcipuas linguas, in univerſo orbe, ortas eſſe: ita, ut ex unica litera, plerunque integra ſententia colligi poſſit, non ſecus ac Ægyptii, ſuis literis hieroglyphicis facere, κακοζηλίᾳ quadam, conati ſunt, quamvis hæ nullo modo cum illis comparari poſſunt.

Sequitur tertia ratio. Experientia teſtatur, omnes gentes, in univerſo orbe nobis cognitas, vocabula nonnulla Hebraica adhuc retinere. Quod inprimis in Chaldaica, Syriaca, Arabica, Ægyptiaca, Perſica, Æthiopica, Troglodytica, Punica, quamquam in una magis, in altera minus, notarunt ij, qui cognitionem & experientiam nonnullam harum linguarum habent. Addo his Græcam, Latinam, Gothicam, Germanicam, Hiſpanicam, Italicam, Anglicam, Ruthenicam, Sarmaticam & Vandalicam: ita ut negari non poſſit, Hebraicam linguam, ſcaturiginem & matricem, ſicut B. Hieronymus eam, non abſque ratione, appellat; & ab ea omnes reliquas in orbem propagatas eſſe. Quarta ratio eſt, quod doctrina veteris Teſtamenti continet hiſtoriam, ab origine mundi, & gentis Hebraicæ, quæ omnium eſt antiquiſſima, eaque doctrina & hiſtoria ſolummodo ex lingua Hebraica petenda eſt. Idque ex eo patet, quod progenies, & poſteritas Semi, filij Noe, eſt vetuſtiſſima, & in illa permanſit & conſervata fuit divinitus vera Eccleſia, & lingua Hebraica purior. Deus ipſe uſus eſt hac lingua, quando locutus fuit cum hominibus primis, & ſerpente ſeductore eorum, in Paradiſo. Deinceps quoque in ſummo Sacerdote, qui portabat ſacrum Ephod, Urim & Thumim: Eodem modo, in viſionibus & ſomno, ſanctos viros Deus ſuam voluntatem docuit, & locutus fuit cum illis idiomate Hebraico. quo etiam uſus eſt in deſerto Sinai, cum traderet Moſi, in duabus tabulis, Legem, ſuis digitis conſcriptam. Poſtremo Angeli, Prophetæ, Apoſtoli, imo Servator noſter, Chriſtus ipſe, uſus eſt plerunque lingua Hebraica. Etſi enim eo tempore, quo is opus redemptionis in mundo perfecit, (quam ὁ κοινεμίαν Græci peculiariter vocant lingua Syriaca, in illis regionibus, uſitata, & illa ei familiaris fuit, tamen ea non multum diſcedit, imo valde affinis eſt linguæ Hebraicæ. Reſtat quinta & poſtrema ratio. In confuſione

linguarum, qua impedita fuit conſtructio turris in Sinear, hæc lingua, tanquam per manus, ab origine rerum, divinitus tradita in Eccleſia Dei, inviolata manſit. Si enim recte temporum ratio ſubducitur, ea tempeſtate adhuc ſuperſtes erat Noha, Semus, Heber, & aliis, qui huic impiæ turbæ, & ejus conatibus in ædificio Nimrothico, minime adhæſerunt, quamvis Philo Judæus aliter ſentiat. Ex his quinque rationibus, licet aliæ quoque adduci poſſent, conſtat, linguam Hebraicam venuſtiorem, & excellentiorem reliquis omnibus eſſe, utpote quæ ab ipſo Deo, tanquam ſummo bono, prolata, & in Eccleſia vera propagata & conſervata fuit. Etenim res ipſæ, quæ in ea tractantur, majeſtas Dei, in illa ſermonis ſimplicitate, reſplendens: cœleſtis puritas, & ſumma ſanctimonia ubique emicans: Principiorum, quibus ea lingua nititur, certiſſima firmitas; prædictionum cum eventu comparatio, Hebraicam linguam prorſus eſſe divinam, ac cœleſtem; atque adeò perfectiſſimam hanc eſſe veritatis doctrinam, ſatis ſuperque demonſtrant. Hæc cum ita ſeſe habeant, operæ pretium eſſet, de aliis quoque linguis, quæ in confuſione, licet a matrice aliquid retinuerint, tamen etiam elegantia & ornatu diligentius excultæ non carent, differere. Etſi enim, quoties audimus in orbe homines diverſis idiomatibus loquentes, commonefactio ea nobis eſſe debet, illud ſymbolum eſſe hominum arrogantiæ, qui non ſecus, quam de Gigantibus, Deos, & cœlum oppugnantibus antiquitas finxit, ibi ipſis munitionem firmiſſimam, & arcem ſua opinione impugnabilem contra verum Deum, conſtruere, eumque veluti in ordinem redigere, & leges ipſi præſcribere, conati ſunt: tamen non minus bonitas Dei immenſa conſideranda eſt, quod illa pœna in utilitatem hominum mox converſa eſt. Punit enim arrogantiſſimos ſtructores turris, verum dono linguarum, & illud incommodum hoc commodum habuit, & ſupplicium in ſe continuit beneficium, ut tyrannis, quam Nimrothus in omnes, tunc temporis, affectabat, maxime impediretur. Cum igitur replendus eſſet orbis habitatoribus, linguæ diverſæ donantur; cum vero Eccleſia ſimiliter eſſet quoquo verſus dilatanda, per Spiritus ſancti gratiam, dona linguarum fidelibus & piis ſunt impertita. Verum de his alio tempore commodior erit plura dicendi locus. Nunc, ut deſiſtam, tempus mihi vellicat aurem, licet vix reprehenſionem nonnullorum vitare queam, exiſtimantium, me, præter decorum, falcem in meſſem Theologicam miſiſſe; & fines meæ conditionis, & muneris demandati tranſiliiſſe. Sed ſpero omnes bonos hanc hiſtoricam narrationem, & pias cogitationes, non ſine voluptate atque utilitate libenter audiviſſe. Converto itaque me ad vos, qui dignitatem illam in Philoſophicis ſtudiis præcipuam, quæ ſine cognitione linguarum conceedi,

cedi neque poteſt neque debet, conſequi expetitis. Vos, inquam, nunc compello, & fideliter moneo (nam veſtra res hic potiſſimum agitur) ut linguarum ſtudium & cognitio vobis cordi ſit: Eæ enim ideo magno labore & ſudore parantur, quia vel diſciplinas continent, vel quia ſunt illis continendis & tradendis idoneæ. Quoniam autem commendatio & petitio ſpectabilis domini Decani tantum ponderis apud me habet, ut de veſtris ſtudiis, moribus, & reliquis, quæ ad conſequendam hanc dignitatem requiruntur, amplius dubitare non debeam: officii mei nunc eſt, ut neque vos, neque ornatiſſimos auditores diutius detineam. Si igitur peritioribus & optimatibus placetis, ſi ea, quæ privilegium Cæſareum & Leges Academiæ requirunt, rite à philoſophico collegio paracta ſunt, ſi denique magiſterii dignitatem, cum laude, & abſque ſcandalo, gerere poteſtis: Tibi ſpectabilis & præſtantiſſime domine Decane, philoſophicæ facultatis, omnis poteſtas, quæ à Cæſarea Maieſtate Ampliſſimo Senatui Norimbergenſi, in conferenda hac dignitate idoneis, & dignis, largita eſt, penitus conceſſa eſto, ita ut hoſce ſex candidatos, Magiſtros bonarum & liberalium artium, diſciplinarum, & linguarum facere, creare, & publice renuntiare, omneque ius huius ordinis illis concedere legitimè poſſis. Linguis itaque atque animis favete, ut hæc actio Eccleſiæ, & Reipublicæ utilis, & unicuique veſtrum ſalutaris, fauſta, felixque ſit.

Caput LXIII.

Expoſitio figuræ Eloquentiæ, excerpta ex oratione, habita Aldorfii, anno 1591.

SI magnam illam ingenii vim & ſingularem aliquam facultatem dicendi haberem, quæ à vobis, vel in me deſideratur, vel expectatur, maius orationis meæ argumentum caperem, & rem magis dignam auribus veſtris, ac tanta doctorum, & præſtantium virorum frequentia, pertractarem: neque enim deſunt in hac parte ſtudiorum, quæ hic tractatur, aut multæ, & eximiæ res, quæ recte explicatæ magnam utilitatem & oblectationem, iis, qui audiunt, adferrent, aut in hoc loco, ubi nunc verſamur, plurimæ artes, quæ eleganter ornari poſſent, & copioſe expoſitæ, & voluptati vobis & honori huic Academiæ forent. Sed cum meipſum reſpicio, & ingenii mei tenuitatem conſidero, vel ut ille dicit, me proprio modulo metior, valde ab hac ratione deterreor, cogorq; maioribus rebus relictis, parē tenuitati meæ

materiam quærere. Cum enim magni & eloquentis Oratoris laudem conſequi non poſſim, bene præclareque mecum actum eſſe putabo, ſi ſaltem modeſti hominis, vires ſuas intelligentis, nomen invenero. Eo autem magis animus meus quaſi ſtupet, & à dicendo hoc tempore deterretur, quo dolor recentior, atque deſiderium meum vehementius eſt. In conſpectu enim eſt locus, in quo magnus ille Donellus noſter, ornamentum & columen huius Academiæ non ita pridem ſedit, & me, qualiacunque fuerunt, quæ proferebã dicentem: attente, & ſicut ipſe ſolitus fuit dicere, magna cum voluptate, audivit. Video, inquam, non ſine ingenti perturbatione, eum ipſum locum, ob recentem illius deceſſum, deſolatum, & veluti ſummum decus, amiſſum, requirentem: Quod ſane luctum meum & vulnus animi, interiecto unius & alterius menſis ſpatio, aliquo modo obductum, magnopere renovat, & quaſi refricat. Quis enim tam ſtupidus eſt, qui non hac ſubita mutatione, de imbecillitate & viciſſitudine rerum noſtrarum, admoneatur, planeque intelligat, nihil eſſe incertius rebus humanis, nihil quod tam facile dilabatur, ac fluat? & cum venti noſtri valde ſecundi, fortunæque proſperæ videntur, tunc maxime imminere nobis atrocem tempeſtatem, inſtare aliquod magnum malum, vicinamque eſſe fragilitatem, & labefactationem ipſarum? Vtinam huius, minore cum Academiæ noſtræ iactura & damno, documentum aliud haberemus! Vtinam remedium idoneum & ſufficiens reperiri poſſet, quo vulnus hoc Academiæ, obitu ſummi viri illatum, ſanare concederetur. Etſi autem mei propoſiti hoc tempore non eſt, laudes tanti viri decantare, & eius memoriæ veluti parentare: non poſſum tamen tacere, quod prædicare poſſum, quodque cognitum pluribus eſſe ſcio: Quemadmodum Donelli noſtri præſentia huic actui annis ſuperioribus, honori, & ornamento magno erat: ita nunc abſentiam eius, omnibus bonis graviſſimam & luctuoſiſſimam eſſe.

Sed deſino longius excurrere, & animos auditorum, & meum ipſius, pluribus querelis gravius affligere, cum præſertim in eo, quod accidit, præter conceptam opinionem, plerunque mens deficiat, plus æquo perturbetur, ſic ut tum temporis peſſime diſſerere ſoleamus. Vrit enim præcordia ægritudo animi compreſſa, & in anguſtias adducta, nonnunquam mentem ſubruit. Quod ſi forte ſimile quiddam etiam mihi accidit, quæſo ut me excuſatum habeatis, ideoque optarem hanc provinciam magis idoneo, vel ad dicendum, vel ad perorandum commiſſam eſſe. Cæterum ut legibus Academicis ſatisfaciam, quæ volunt, ut in hac frequentia doctorum hominum aliquid, quod conveniat præſenti actui, propter Candidatos inſtituto, dicatur, figuram & explicationem eloquentiæ

quentiæ breviter recenſebo. Eius enim effigies, ab ingenioſis hominibus ita depingitur. Fingunt ii ſtatuam æream ingentem, inſtar Coloſſi, in templo fundati, ſuper ſolida rupe, cuius in medio collocata eſt, firmiſſima baſi, conſiſtens hæc ſtatua, ordine dupli i columnarum forma circulari circumdata, in quibus ſingulis conſpiciuntur imagines virorum, qui in celeberrimis linguis, quæ nobis notæ ſunt, excellentes fuerunt. Is coloſſus manu ſiniſtra tenet facem flammis coruſcantem: In dextra vero vas plenum aquæ. In ore eius apparet lingua aurea, ex qua dependent aureæ catenulæ ſubtiles, quibus trahit ad ſe infinitam multitudinem hominum, utriuſque ſexus, annexam auriculis, non vi, ſed ſponte, magnaque alacritate ad eam properantem. Poſtremo ſub pedibus eius jacent veluti dormientes, tres immanes beluæ, Tigris, Aper & Vrſus. Hæc pictura ita explicari, meo iudicio, poterit. Rupes indicat robur, firmitatem, & conſtantiam præſtantiſſimi & divini doni, eloquentiæ. Coloſſea autem ſtatua denotat excellentiam eloquentiſſimorum virorum. Sicut enim coloſſus ſua mole & magnitudine minores ſtatuas longe vincit: ita hi rudiores & imperitiores, multis modis autoritate, & ſapientia ſuperant, & maximo in pretio ubique terrarum habentur. Exempla habemus in Pericle, Demoſthene, Cicerone & aliis: De quo poſtremo, tanquam Romanæ facundiæ principe, tale extat Iulii Cæſaris Monarchæ præconium, ſecuritatis & honoris ergo, illi conceſſum: M. T. Ciceronem, ob eius eximiam virtutem & egregias animi dotes, per univerſum orbem terrarum ſalvum eſſe iubeo. Ærea eloquentiæ ſtatua fingitur, ob eius ſuavem ſonum orationis & diuturnitatem. Quemadmodum enim tinnitus æris harmonicus auditum mirifice oblectat: ita orationes diſertæ, non tam ſuaves auribus, quam perpetuæ ſunt, neque ulla temporis iniuria interire ſolent, non ſecus ac æs, quod ærugine nunquam conſumitur, quodque non ſolum ſeipſum, ſed etiam alias res ab interitu conſervare ſolet. Sed quid ſibi vult fax in ſiniſtra manu? Ea ſane ſignificatur vis ardens eloquentiæ, quæ ſua perſuaſione, & efficacibus verbis, lucem, detectis tenebris, præbet veritati: & ſicut ignis non ſolum purgat, & conſumit obſtantia quæque, ſed etiam claritate ſua illuſtrat, ita ea animos hominum illuminat, accendit, & illuſtres facit, ut recta ſequantur, falſa & fucata vitent, & fugiant. Quamobrem in dextra quoque eius vas plenum aquæ collocatur, qua demonſtratur, flumen eloquentiæ, & ſapientiæ tantam efficaciam habere, ut cupiditates pravæ & perſuaſiones falſæ, atque frivolæ ab ea eluantur, & ſicut incendium aqua facile extinguantur. Porro catenulæ annexæ aureæ linguæ, attrahentes multitudinem hominum auriculis, non triſtem, ſed alacrem atque lætam, demonſtrant ſalutares monitiones & doctrinas aureas, quæ à diſerta lingua emanant, &

auditores ad ſe melliflua oratione trahunt, animoſque hominum conciliant, ſibique veluti perpetua ſerie & connexu devinciunt. Hinc nimirum ex diſciplina Druidum Gallicus ille & Ogmius Hercules extitit, non ſolum exuviis leoninis, & clava veluti armatus, ſed decrepitus, calvus, canus, rugoſus, magnumque hominum numerum, auribus vinctorum, catenis aureis, ore & lingua trahens, quibus blande comiterque arridet. Poſtremo tres belluæ alioquin ferociſſimæ, accubantes, infra pedes Eloquentiæ, at domitæ, & pacatæ innuere videntur, ſermonis & orationis elegantiam, & ſuavitatem ſolere compeſcere, & emollire quoſvis, licet efferatiſſimos, crudeliſſimos, barbaros, & truculentiſſimos homines. Qua intentione veteres etiam fabulam de Amphione, Orpheo, & Arione introduxerunt. De imaginibus autem in columnis, demonſtrantibus novē præcipuas linguas, videlicet de Græca, Latina vel Romana, Arabica, Gothica vel Germanica, Hetruſca vel Toſcana, Gallica, Hiſpanica vel Caſtitiana, & Anglica. Nam de Hebraicæ linguæ excellentia, & matre aliarum linguarum, ante annum non inutilia, nec vulgaria, uti ſpero, à me, hoc ipſo in loco audiviſtis, ſingulatim vel conjunctim aliàs plura dicendi erit locus. Habetis nunc, auditores optimi & præſtantiſſimi, effigiem Eloquentiæ, & eius ſuccinctam explicationem, non quidem dignis laudibus, & diſerta oratione, ſicuti pro eius argumenti ubertate par fuiſſet, illuſtratam, ſed perfunctorie & levi, ut dicitur, manu tractatam. Quod ſi quis otioſior & ingenioſior, eam vivis coloribus, & laudibus meritis rectius ornare voluerit; ei non ſolum libenter cedam, ſed idem, ut in hac egregia pictura, & imagine illuſtranda, ſive ſoluta, ſive ligata oratione, omnes vires ingenii ſui intendat, ſeſeque diligenter exerceat, me autorem & hortatorem habebit. Hic conatus & labor ad vos, Candidati humaniſſimi, potiſſimum ſpectat, qui titulos & honores ſummos in philoſophia, quæ conſiſtit in cognitione līguarum, & liberalium artium, expetitis, per quam aditus & acceſſus vobis paratur ad templum Eloquentiæ. Hanc igitur colite, & excolite diligenter, & ſedulò, ut hæc cognitio ingenuarum artium, & diſciplinarum, catenas aureas eloquentiæ vobis efficiat, ſicque auditores veſtri, ab ore docentium pendeant, tanquam ſermone doctrinaque inde profluente, obſtricti atque alligati.

CAPUT

Capvt LXIV.

De lege Salica, excerpta ex oratione, habita Aldorfi Anno 1593.

NOn abſque ſolicitudine, & metu, ne in reprehenſionem tam multorum excellentiſſimorum, & doctiſſimorum virorum, ob rude & minus elaboratum genus dicendi incurrerem, hoc ſuggeſtum concendiſſem, ſi non ex vultu veſtro ſereno, & alacri, eximiæ bonitatis, humanitatis, & candoris manifeſta indicia deprehenderem. Id quidem, quemadmodum mihi omnem metum adimit, ita me ad dicendum alacriorem & promptiorem facit. Etenim boni & candidi ingenii eſt, ſi quæ perperam dicta videntur, commode & ſyncere, quoad eius fieri poteſt, interpretando quaſi ſublevare, non inſectando premere. Quorum alterum dignum eſt ſtudio pietatis, & humanitatis; alterum barbariem, ſi quando forte non verborum, certe morum, ſemper prodere ſolet. Cæterum deliberanti mihi, ante pluſculos dies, quam materiam, potiſſimum hoc tempore, ut expectationi auditorum præſtantiſſimorum de me conceptæ, ſi non penitus, attamen aliquo modo ſatisfacere poſſem, deligerem, viſum fuit, operæ pretium eſſe, nonnulla de lege Salica, cuius in hiſtoriis veteribus, & recentioribus, frequens eſt mentio, ut ſpero, non vulgaria, ſuccinctè tamen diſſerere. Et primo quidem de nomine & origine eius: deinceps de autoribus, & tempore quo vixerunt: Poſtremo quid conſtitutum in illa lege fuerit, dicere conſtitui. Huius legis originem & cauſas alii alias attulerunt, quaſdam etiam ridiculas. Quidam enim à Saliis, ſacerdotibus, vel Salaciis Gallis, nominatam perhibuerunt. Quidam à neſcio qua aut ubi ſita urbe Salacantica. Quidam à Sale, quod lex illa eſſet condita tanquam ſale. Terram autem Salicam vocarunt adhærentem coronæ, quam alienari non ſit permiſſum. Non deerunt etiam, qui probabiliter à Sala eam dici autumant, & ideo colligunt, Salicam, & Aulicam, eandem eſſe. Nam Sala, noſtra vernacula lingua, aulam ſeu palatium ſignificat. Hinc Salica iudicia, Salici libri, Salici comites cognominantur. Ex quibus apparere poteſt conſideranti, legis Salicæ nomen eſſe vernaculum gentis Francicæ, quæ ſine dubio Germanica fuit. Ego ſane, licet coniecturas & rationes, à me recitatas, non omnes reiiciam, tamen in ea opinione, donec receptior afferatur, ſum, Salicam legem, à flumine Sala, prope quod ſedes ſuas autores, & legislatores habuerunt, nomen ſuum ſortitum fuiſſe; ſicut nihil novi eſt, leges, decreta, & monumenta, tum quoque urbes, à nobilioribus fluminibus cognominari. Idq; evenire, propter perennẽ curſum, & motum eorũ. Fluunt enim & refluunt flumina illa ex ſuis ſcaturiginibus, perpetuo, & cõtinuo, cum ea q̃ ab homini-

vel ſuperior, ubi ſepultus eſſe dicitur; ſicut mihi nuper Reverendiſſ. Princeps Pabepergenſis, & præpoſitus Herbipolenſis, ad quam præpoſituram ea pertinet,cum aliis memorabilibus,indicavit. Natales Salicæ legis (ut de autoribus eius etiam pauca referam) fluxere iuſſu Varamundi, vel, ut dixi, Faramundi I. Regis Francorum; quod nomen poſtremum à tutelâ ſeu curatione factum videtur, ope, induſtria, & conſilio quatuor Regni procerum,Wiſogaſti,Loſogaſti, Huſogaſti, & Sologaſti. Qui Gaſti Germanico nomine à ſapientia & ſcientia rerum atque ingenii perſpicientia dicti fuere, quaſi Catones,excellentis ſpiritus viri, ſingulis forte ordinibus ab ipſo Varamundo delecti, ut in commune toti Francorum Reipublicæ ſalubriter conſulerent. Hoc ſane ἔτυμον nominibus ipſorum impreſſit. Wiſogaſtus enim prudentis & cordati conſultoris: Loſogaſtus,cati & aſtuti ſignificationem præ ſe ferunt. Huſogaſtus,non tam œconomi,quam eius,qui uſum domeſticum & conſuetudinem præcalleat, ac privatorum hominum rationibus conſulere poſſit: denique Sologaſtus,aut potius Slavogaſtus (ſic enim in vetuſtis codicibus manuſcriptis exaratum nomen reperitur) rerum proletariarum,& infimæ etiam ſortis plebeculam pertinentium, curioſum notare videtur.

Ad tempus quod attinet, Leges hæ Salicæ latæ ſunt, poſtquam Veramundus primus Rex conſtituiſſet regiam quandam gubernationem apud Francos,circa annum Chriſti CCCCXXI. qui incidet in tempora Imperatoris Theodoſii minoris, licet aliqui in Honorii tempus gubernationis illius initium referant, & Bonifacii I. huius nominis Pontificis Romani. Poſtremo,etſi huius legis ipſiſſima verba eſſe plerique contendunt:IN TERRA SALICA MVLIERES ne ſuccedant: ideoque ab iis Baldus & Iuriſconſulti reprehenduntur,qui cum Imperii majeſtate, hæreditatis ius in prædia atque alia quævis bona confundunt: tamen non raro, ob hanc legem, diſceptationes ac controverſiæ inter Franco Gallos ortæ ſunt,cum fundantes ſe in illa edere, ac repræſentare legem hanc non poſſent. Ideoque potius in perpetua conſuetudine & obſervantia arcente fœminas à ſucceſſione Regni (quæ vim legis firmiſſimæ continet) quàm autoritate huius legis ſcriptæ Galli ſe fundarunt. De aliis capitibus legum Salicarum, cum extent ea impreſſa, neque plura dicere propoſiti mei eſt, neq; tempus hoc permittit. Et ideo deflecto nunc ad minus ambiguas & notiores leges, Candidatis hiſce noſtris, propter quos actio hæc potiſſimum inſtituta eſt,magis accommodatas. Extat in noſtro Corpore Iuris Imperatoris Iuliani non obſoleta, ſed adhuc vigens lex,inſerta in Codicem Iuſtiniani Imperatoris, ſub titulo, De Profeſſoribus & Medicis; cuius hæc ſunt verba: Magiſtros ſtudiorum Doctoresque excellere oportet moribus primum; deinde facundia. Sed quia ſingulis civita-

civitatibus adeſſe ipſe non poſſum, iubeo, quiſquis docere vult, non repente nec temere proſiliat ad hoc munus, ſed iudicio ordinis probatus decretum curialium mereatur, optimorum conſpirante conſenſu. Et propterea eadē
De tyronib. 6. lib. 12. ratione motus poſtea Honorius Auguſtus, Baſſo & Philippo Coss. ita reſcripſit: Tyrones in ſcholis loco ſemper poſteriore ponantur, nec enim patiuntur quemquam celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragantur. Etſi autem Honorius potiſſimū ad tyrones milites reſpexit, tamen utriuſque legis verba & ratio ad vos inprimis ſpectat. Prudenter enim conſtitutum eſt, ne quis ad munus docendi repente, neve temere proſiliat, & celſiorem gradum obtineat, antequam moribus & facundia excellat, & publica autoritate admittatur. Hoc ordine enim confuſo & neglecto, facile fieri poſſet, ut rudes eruditis, ſegnes induſtriis, mali bonis, in dignitatibus præferrentur, &c.

Caput LXV.

De linguis in genere: & in ſpecie de noſtra vernacula. Oratio habita Aldorfii, anno 1594. in promotione Magiſtrorum.

SOlennitas nunc annua recurrit, in qua non ſolum compellatus, & rogatus, à Spectabili Domino Decano Philoſophicæ facultatis, munus, ab Ampliſſimis Dominis Scholarchis, mihi commiſſum exequi, ſed etiam legibus Academicis, ab iiſdem promulgatis, quæ ſtatuunt, ut in eiuſmodi actionibus, oratiuncula, honoris & officii ergò, ab eo, qui vices Cancellarii gerit, antequam ad ulteriora procedatur, hoc conſeſſu doctiſſimorum & præſtantiſſimorum virorum, & iuventutis egregiæ, publicè habeatur, ſponte & libenter ſatisfacere cupio. Vtinam autem, Nobiliſſimi dignitate, virtute, eruditione, & humanitate, præſtantiſſimi viri, atque auditores reliqui ornatiſſimi, aliquid dignum auribus veſtris in medium afferre poſſem, quod vel delectaret audientes vel inſtrueret, deniq; quod gratum acceptumque vobis eſſet! cuperem certe, ſi ullo modo fieri poſſet, omiſſis intricatioribus & difficilioribus rebus, dulcia utilibus miſcere. Verum cùm tenuitatem ingenii mei accuratius conſidero, meque proprio pede & modulo metior, accedentibus quoque variis negotiis, & occupationibus gravioribus, quæ animum hinc inde diſtrahunt, nihil de me tale promittere poſſum: ideoque alibi ſedanda erit hæc ſitis, & honeſta veſtra cupiditas explenda. A me vero nihil, niſi aridum, incultum, inſipidum, atque indignum veſtris eruditiſſimis auribus, expectabitis. Quod ſi veſtra ſingularis humanitas, candor & ſtudium, ea quæ à me

me proferuntur, non ſapida, culta, acceptaque reddiderit, certe tempus, oleum & opera, ut dicitur, fruſtra perdetur. Fretus itaque hac ſpe de vobis concepta, propoſitum meum ſuperioribus annis inchoatum continuare, atque breviter nonnulla de linguis in genere; in ſpecie vero de noſtra vernacula, & ſtudio heroum varias linguas cognoſcendi, præfari, poſtea aditum ad ea; propter quæ hæc ſolennitas inſtituta eſt, patefacere ſtudebo. Linguam unam eandemque, & quidem Hebraicam, ab initio, poſt conditum mundum, quam ipſe Creator homines nuper creatos docuit, uſque ad confuſionem linguarum, à ſtructoribus infauſtæ illius turris Babylonicæ factam, in uſu fuiſſe, certius eſt, quam ut de eo dubitare fas ſit. Hæc enim propter excellentiam, gravitatem, ſuavitatem, vivacitatem, & efficaciam mirabilem, literarum, dictionum, periodorum, & ſententiarum, reliquas omnes, ſicut aurum viliora metalla, ſuperat. Non fruſtra igitur Paulus Apoſtolus Regi Agrippæ recenſet, Chriſtum in ſua Maieſtate divina, in ſplendore, ſuperante claritatem fulgoris & Solis, lingua Hebraica eum alloquutum fuiſſe, perſecutionemque contra ſe & ſua membra obieciſſe. Imo in Alphabeto Hebraico, quod conſtat viginti duabus literis, ſive eæ coniunctim, ſive ſeorſim conſiderentur, comprehenſa ſunt, divino plane myſterio, omnia ſecreta Theologiæ, & Philoſophiæ naturalis & moralis. Habent enim ſingulæ literæ & dictiones, mirabili emphaſi, ſuas peculiares ſignificationes, & notas. Inde evenit, ut ex hac, velut i ſcaturigine quadam, præcipuæ linguæ totius orbis, maiori ex parte, fluxerint, & propagatæ ſint. De qua re multi libri doctorum virorum extant, ad quos plura audiendi & diſcendi remitto, & nonnulla quoque, ſuperioribus annis, à me, hoc in loco, de præſtantia linguæ Hebraicæ, in medium prolata ſunt. Memorabile inprimis eſt, inter impiam illam turbam, & homines meticuloſos, ne denuo diluvium eos obrueret, qui autores, hortatores, & adiutores ſuperbæ illius ſtructuræ Babylonicæ fuerunt, Hebraicam linguam primam labem accepiſſe, eamque indignante Deo, ob inſolentiam hominum, ultra ſortem ſuam impia molientium, varietate linguarum, corruptam primum fuiſſe. Quæ ſane varietas multiplex fuit, ita ut, teſte Plinio, linguarum diſſimilium populi trecenti, in Dioſcuriade Coraxorum urbe, longe poſterioribus temporibus convenerint. Apud poſteros vero Semi (inter quos fuit Heber, qui eo tempore vixit) qui illi Nimrothicæ turbæ in conſtruenda turri non adhæſerunt, inviolatum hoc divinum idioma, & inſtrumentum inæſtimabile manſiſſe conſtat: A quo etiam deinceps Hebræum dictum fuit. Etſi autem non ignoro, diverſos hac de re diverſa ſentire: receptior tamen ſententia eſt, poſteritatem Semi (in qua præ cæteris Heberi nomen celebre eſt, & purior-

rior doctrina floruit, & conſervata fuit) conſilia ſua, cum Nimrothica factione impia & ſuperba, in ædificanda turri Babylonica, aliisque inſolentibus factis & actionibus, neutiquam communicaſſet: ſed eas actiones, tanquam pietati contrarias, deteſtata fuiſſe, ſeque ab iis ſegregaſſe, ideoque etiã maledictionis & confuſionis divinitus immiſſæ participem non fuiſſe. Vnde colligitur, Heberum, propter hanc ſegregationem vel diſceſſionem, filium ſuum, qui ei tunc temporis naſcebatur, Peleg, id eſt, diviſionem appellaſſe. Quemadmodum igitur purior lingua Hebraica, poſt diluvium univerſale, ſemper cum puriori doctrina floruit, & in poſteritate Semi propagata & conſervata fuit; ita poſt, amiſſa dignitate Regni, & abducto populo in captivitatem Babylonicam, una cum puriore religione, maiori etiam ex parte, amiſſa eſt, penitusque defeciſſet, nî ſacra voluminia divinitus conſervata fuiſſent. Id quoque apud alias gentes accidit. Experientia enim teſtatur, imperia & regna ſemper cum cultioribus linguis floruiſſe; eodemque modo linguarum corruptionem, deſtructis iis, ſecutam eſſe.

Hæc cum ita ſint, facile confutari poteſt eorum error, qui terram & Lunam progenitrices aſciſcunt, & ab iis originem ſuam deducunt, atque inde linguam ſuam omnium vetuſtiſſimam cenſent, ſicut olim Phryges & Ægyptii de hac prærogativa diu inter ſe contenderunt. Cæterum, ſi alterutrius vel huiuſcemodi ſimilis erroris participem me facere, vel ei adhærere vellem, forte in minorem reprehenſionem incurrerem, ſi vetuſtatem Cimbricæ linguæ, quæ Germanica, vel non diverſa ab ea eſt, aſſererem. Eam enim noſtro ſeculo quidam, ingenioſo ſane commento, præfert Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ, quæ præ reliquis notæ & celebres ſunt, multisque argumentis & rationibus (argutis ſane) demonſtrare conatur, Cimbricam linguam nihil ab Hebraica, ſed potius hanc ab illa, adminicula ſumpſiſſe: imo, quod plus eſt, ſibi & aliis perſuadere conatur, Adamum Germanice in paradiſo locutum fuiſſe. Sed hæc cum aliis eruditis nugis miſſa faciam, & ad certiora, atque alteram partem meæ orationis veniam. De Germanica noſtra primæva & antiqua lingua ideo nihil conſtat certi, quod ea literas & diſciplinas olim nulla habuerit, ſi Tacito fides de Germanis habenda eſt. Literarum, inquit, ſecreta viri ac fœminæ pariter ignorant. Vnde evenit, quod diu ſane noſtratibus hominibus ſimplicioribus perſuaſum fuit, verba & dictiones Germanicis literis vel typis exprimi non poſſe. Et maxime mirum eſt, priſcos Germanos, in tanta ſimplicitate, & imperitia, in qua nihil niſi virtus militaris, proceritas, & robur corporis commendata fuit, accedente præſertim craſſiſſima idololatria, retinuiſſe nihilominus firmiter ſpem reſurrectionis, quæ tamen apud eorum hoſtes,

Roma-

Romanos, & alios, pro ridicula fuit habita, qui eos, tanquam omnium hominum barbariſſimos, ut ita dicam, contempſerunt, ut qui à brutis ſolummodo forma differrent. Sed ob eam ipſam ſpem & fiduciam certam alterius vitæ, Ioſephus, Hegeſippus, Appianus, & alii hiſtorici, Germanis audaciam in prælijs, & mortis contemptum attribuerunt: quod eleganter Lucanus ita expreſſit:

—— populi, quos deſpicit Arctos,
Felices errore ſuo: queis ille timorum
Extimus haud urget lethi metus; inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæque capaces
Mortis & ignavum eſt rediture parcere vitæ.

Quod cum ſit memorabile, & à paucis tamen obſervatum fuerit, omittere non potui. Magnopere enim ad laudem noſtræ gentis & maiorum pertinet. Sed in propoſito pergamus. Fatendum ſane eſt, licet lingua vernacula noſtra, diſciplinis & artibus, poſtquam Imperium Romanum ad noſtram gentem, fortitudine & virtute eius, pervenit, cultior & politior facta fuerit, diu tamen animis noſtratium impreſſam manſiſſe meticuloſam iſtam curioſitatem, ne lingua ipſorum minus apta & idonea eſſe ad ſcribendum, ſicut aliæ cultiores. Ideoque raræ, vel vix unquam literæ Germanicæ elegantiores inveniuntur ante tempora Cæſaris Rudolphi I. eæque maiori ex parte Latinis literis ſcriptæ, qui multis querelis Germanicæ nationis permotus, quod cogeretur, veluti ſub iugo exterorum Scribarum, qui linguæ Latinæ notionem habebant, & ad maxima quæque negotia adhibebantur, quorum fides nonnunquam minime integra eſſet, magna cum iactura rerum ſuarum, ſervire; comitia habuit Norimbergæ, anno 1270. ubi omnium Ordinum Imperii unanimi conſenſu decretum eſt, ut deinceps in Cancellariis & contractibus Germanicum idioma reciperetur. Hoc fuit initium, & ſuppeditavit genti noſtræ occaſionem, ut deinceps noſtra vernacula lingua magis ac magis excoleretur, donec eo perducta eſt, ut nunc non ſolum dilucide, ſed etiam ornate omnia, quæ accidunt, idque propriis quidem literis, & eleganti earum ductu, & ſcriptura, in ea poſſint comprehendi. Caroli Magni & Ludovici I. temporibus Gothica lingua in Germania vernacula fuit. Atque hæc non plane in deſuetudinem abiit: Nam Cimbrica, Saxonica, & Belgica, magnam cognationem cum ea adhuc habent: & audivi à fide dignis hominibus, extare adhuc in alpibus Italicis, nonnullis in locis, reliquias Gothicæ gentis, quæ incorrupte priſcum idioma retineant.

Notarunt hoc Tſchudius, Vadianus, & Stumpfius.

Quantam autem labem & maculam Germanicæ genti attulerit illa craſſa inſcitia & negligentia, quod deſtituta propriis hiſtoricis, de antiquis

eius rebus geſtis, nulla hiſtoria extet, verbis exprimi non poteſt; Contenti enim fuerunt, (ſicut hodierno die Turcæ facere ſolent) præclara facta, & victorias, quas ſæpiſſime contra hoſte. Germani conſecuti ſunt, & à Tacito, Suetonio, Paterculo, Ammiano, aliisque hiſtoricis, excepta Variana clade, perfunctorie & leviter ſaltem attinguntur, cantilenis vel rythmis expreſſas, parentes libeis, ſenioribus iunioribus canendo narrandove velut per manus tradere. Hoc primum hiſtoriæ atque annalium genus erat apud priſcos Germanos; ante literarum uſum. Succeſſere tandem carminibus hiſtoriæ, & annales, literarum notis inventis, quibus exprimi conſervarique verba & cogitata aliquo modo poſſunt. Dein cum humani ingenii induſtria ſenſim acceſſiſſent artes, quibus rerum imagines luculentius oculis repræſentari poterant, apud civiliores atque florentiores Germaniæ populos, præter hiſtoriam atque annales uſurpatæ ſunt etiam, ad memoriam rerum propagandam, picturæ, ſtatuæ, clypei, ac nummi, quibus poſteritas erudiretur, maiorum exemplis ante oculis poſitis, atque virtutum præmia, vitiorumque dedecora, & pœnas, ex imaginibus quoque cognoſcerent. Huius rei habemus adhuc egregium ſpecimen Ratisbonæ, in ædibus privatis, primarii Reipubl. conſiliarii L. Advocati, viri præſtantiſſimi, Ioh. Diemari I. C. ubi duellum equeſtre Dollingeri Bavari, cum Hunno quodam, quem magicis artibus fretum, pro invicto habebant, ex gypſo affabre fictum; In Curia quoque elegantibus coloribus depictum eſt, quod tempore Cæſaris Henrici Aucupis accidiſſe ferunt; ibi quoque eius ſtatua conſpicitur. Monumentum ſane veteribus Romanis comparandum, qui gypſatis imaginibus facta & geſta maiorum ſuorum, ad demonſtrandam nobilitatem ſuam, plerumque in prima parte ædium ſuarum, cum titulis conſpicienda præbere ſolebant, ut eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur. Progreſſu tandem temporis, una cum re militari, etiam Imperatores & Principes noſtri, cultiores in literis & hiſtoriis facti ſunt. Animadverterunt enim, verum eſſe, quod M. Tullius lepide admodum dixit; Neſcire, quid, antequam natus ſis, acciderit, nihil aliud eſſe, quam ſemper puerum eſſe. Et apud Platonem in Timæo, argute ſenex ille ſacerdos Ægyptius, Solonem & Græcos accuſat, ut ſemper pueros, nunquam ſenes eſſe affirmans, in quorum animo nulla erat ex vetuſtatis relatione priſca opinio, nulla cana ſcientia. Ob eam cauſam in Aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris expreſſe ſancitum eſt, quibus linguis Electorum filii primogeniti inſtrui debeant. Turpe enim habitum fuit, & indecorum, proceres, & veluti columnas Imperii, cum Regibus & Principibus externis, eorumve Legatis, ore tantum alieno colloqui; ipſos autem nutu & ſignis duntaxat, quæ velint indicare. Recordor

autem,

autem, quoſdam noſtri ſeculi Principes Germanos magno & ſingulis tadentibus cupiviſſe ſingula compenſare verba, ſi citra interpretem, rebus poſtulantibus, quæ vellent, cum exteris Principibus & Legatis colloqui potuiſſent. Non fruſtra itaque D. Auguſtinus monet, facilius animalia diverſi generis ſibi ſociari, quam diverſæ linguæ eiuſdem ſpeciei homines, & diverſitatem linguarum hominem ab homine alienare. Et inter ſigna iræ maioris Dei in populum apud Hieremiam illa imprecatio eſt: Adducam ſuper vos gentem, cuius ignorabitis linguam, nec intelligetis, quid loquatur. Et in Deuteron. Adducam ſuper te gentem de longinquo, cuius linguam intelligere non poſſis. Hac ratione olim Xerxem & Mithridatem, potentiſſimos Reges populorum multorum, multiplices & varias linguas diſcere non piguit, nec dedecore ipſis fuit. Notum quoque eſt, Themiſtoclem ſenem, & exulem, intra ſpatium annuum, ſummo labore, Perſice loqui didiciſſe, quo ſine interprete cum Rege Xerxe loqui libere poſſet. Celebratur præterea Carolus Magnus ab hiſtoricis, quod ad reliquas dotes, & virtutes heroicas, & Imperatorias, cognitionem variarum linguarum adiunxerit. Nec non & Otto II. Ottonis I. filius, qui navali prælio à Græcis victus, & à piratis captus, ob peritiam Græcæ linguæ incognitus, ſalvus in Siciliam evaſit, quos deinde ſupplicio affecit. Idipſum nuper movit potentiſſimum Principem Electorem Saxoniæ Auguſtum, quem ſeneſcentem Latinam linguam diſcere exactius, & quidem non abſque moleſtia, non piguit, pœnituitq; eum, quod in iuventute ea neglexiſſet, quæ minori difficultate tunc aſſequi potuiſſet, ſicut is parenti meo p. m. libere, familiari in colloquio confeſſus eſt. Poſtremo non prætereundus eſt hic Ferdinandus Hiſpaniarum & Arragoniæ Rex: Huic enim non ſolum cognitio variarum linguarum & diſciplinarum magnopere curæ fuit, ſed etiam gymnaſia, in quibus cognitio earum comparatur, extruxit, & frequentavit ſæpius. Inprimis autem memorabile eſt, quod de eo traditur. Cum enim auctore & ſuaſore Franciſco Ximenio Cardinali, & fundatore Academiæ Complutenſis, collegium Ildephonſi ingredi vellet, ejusque Rector Academiæ patribus ſtipatus, præeuntibus de more ſceptrigeris, obviam procederet, Rabduchi regii, qui & ipſi ſceptra gerebant, id conſpicati, voce intentiori, ut ſceptra illa ſua Regi ſubmittant, aut deponant, acclamare cœperunt. At humaniſſimus Rex, nihil ea re maieſtatem ſuam imminui ſentiens, ut ſolito more procedant, iubet, Muſarum, inquiens, illas ædes eſſe, in quibus fas eſſet, ut Muſarum ſacris initiati regnarent. Præſtantiſſimo id ſane exemplo factum fuit, non tamen ſummis Principibus inuſitato. Sic enim & Pompeius ille Magnus, univerſi pene orbis triumphator, auditurus Athenis Poſidonium Philoſophum, fores de more à lictore percuti vetuit,

Lib. 19. de Civit. Dei, cap. 17.

Cap. 5.

Cap. 28.

& faſces ianuæ ſubmiſit, ſapientis hominis & eruditi motus reverentia. Cæterum hæc non ſolum ad principes viros ſpectant, ſed etiam vobis Candidatis inculcantur, qui nunc titulum & dignitatem Magiſtrorum, qui cognitione liberalium artium, linguarum, & diſciplinarum, reliquis excellere debent, conſequi cupitis. Non enim levis & vulgaris res eſt, ſicut vulgo æſtimatur; vernaculæ linguæ inſuper cognitionem Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ adiunxiſſe. Hoc enim Magiſtrorum proprium eſt, ut in hac re laborent.

Caput LXVI.

Gratitudinis encomium, & deteſtatio Ingratitudinis. excerpta ex oratione, habita Aldorfii, anno 1595. in menſe Iunio.

Gratitudinem ſcimus eſſe virtutem, ortam ex duabus ſummis virtutibus, ex veritate & iuſtitia; unde Gratitudo rectiſſime, à Cicerone, virtus, non ſolum maxima, ſed etiam mater aliarum virtutum, appellatur. Notum autem eſt, nihil præſtantius, nihil utilius, nihil perfectius, atque gratius, Deo & hominibus exiſtere poſſe, quam ſi hæ duæ virtutes coniunctæ ſint, quibus gratitudo ita connexa & agglutinata eſt, ut ab iis ſeparari ſeſe nullo modo patiatur. Quemadmodum igitur veritas tantam potentiam habet, ut nullis machinis, aut cuiuſquam hominis ingenio, aut arte ſubverti poſſit, & licet in cauſa nullum patronum aut defenſorem obtineat, tamen ſeipſam defendat: Ita iuſtitiæ munus eſt, ſuum unicuique, abſque reſpectu perſonarum, æquata lance, & ſtricto gladio, ut pingitur, diſtribuere, & hac ratione veritatem tueri ſolere. Eius enim eſt talis natura, ut occaſiones & cauſa ſtabiliendi ſeipſam, ex ſe, quaſi fonte quodam, profundat. & licet prematur, & oppugnetur, parens tamen & altrix veritatis, dies, & tempus, tandem clariorem, expulſis tenebris, in lucem producat. Unde apparet, nullas res inter ſe amiciores, & magis concordes eſſe, his ipſis duabus virtutibus. Sunt enim germanæ, & à Deo genitæ, & humanis mentibus, ſicut utiliſſimæ, ita etiam ſanis atque integris, iucundiſſimæ. Ex his, velut ex generoſiſſima propagine, egregia ſoboles oritur, Gratitudo; digna ſane ſuo ortu, & ideo ab omnibus expetenda, quæ adulta, propagatrix & nutrix aliarum præclararum virtutum eſſe ſolet. Vice verſa (ut contraria inter ſe magis eluceſcant) quam dirum obſecro, & abominandum monſtrum eſt, ingratitudo, ita ut veteres eos, qui huic ſerviunt, alio modo deteſtati non ſint, niſi ut dicerent, tetra, & inviſa omnia, quæ vel dici fingive.

ſingive poſſint, ingrato homini impune obiici licere. Etſi autē Seneca conqueritur, excepta Medorum gente, nullam alibi datam eſſe adverſus ingratos actionem, tamen Athenienſes olim, contra eos, peculiarem legem, qua reducebatur libertus in ſervitutem, habuerit. Ita enim loquitur Legislator: SVPERSEDEO TE HABERE CIVEM, TANTI MVNERIS IMPIVM ÆSTIMATOREM, NEC ADDVCI POSSVM, VT CREDAM VRBI VTILEM, QVEM DOMI SCELESTVM CERNO; ABI IGITVR, ET ESTO SERVVS, QVONIAM LIBER ESSE NESCISTI. Hac ratione, etiam huic monſtro legibus Cæſaris, multis in locis, frenum iniectum eſt. Iis enim iubentibus, filius ingratus exhæredari, filia ingrata dote privari poteſt: Emancipatus ingratus iterum in paternam poteſtatem: Et legitimatus iterum ad ſtatum naturalitatis redigitur. Sic omnis cauſa amittendi feudi, fundatur in ingratitudine clientis: Canones quoque ingratitudinem tanquam teterrimum vitium deteſtantur; Et merito quidem iure, nihil æque ſocietatem hominum, quæ in mutua conſiſtit benevolentia, diſſolvit. Quod ſi nihil eiuſmodi extaret, tamen ingratus non minus impunitus eſſet, quam malignus, quam avarus, quam impotens, quam vanus, crudelis. Impunita enim, teſte eodem Seneca, non manent, quæ invisa omnibus bonis ſunt. Neque ullum ſupplicium gravius cenſendum, publico odio. *In l. 3. de beneſic.*

Vt autem hiſtoriolam aliquam, huic rei convenientem, quæ auditores non ſolum iuvet, ſed etiam delectet, more meo ſolito, adiungam; notum eſt, naturam, vel potius eius autorem Deum, non ſolum hominibus grati animi notionem inſeviſſe; ſed etiam brutis huius virtutis particulam vel certe umbram atque imaginem aliquam indulſiſſe. Etenim inter illa reperiuntur, quæ non plane ſunt ἄλογα, id eſt, rationis omnino expertia: Ita ut nonnulli in illa opinione fuerint, non ſolum animalia bruta, & belluas, ſed etiam aves & piſces, poſſe communicare inter ſe cogitationes, & voluntatem ſuam. De qua re, ſicut multa exempla de feris, & cicuribus quiedem, extant; ita tantum unum de Ciconia adferam. Aves illas conſtat habere multa peculiaria, non procul à ratione diſſidentia; inprimis autem pietatis ſcintillæ, utpote indicia grati animi, illis innatæ ſunt, erga parentes ſenio confectos, vel alioqui debiles; Vnde verbum, ἀντιπελαργεῖν, ex voce πελαργὸς, quæ ciconiam ſignificat, eſt factum. Quo etiam Hebræi reſpexerunt, qui hanc avem, ob inſitam naturæ pietatem, Chaſidam vocarunt, quod peculiare eſſe dicatur huic avi, ut parentes ſenes nutriat: Atque hinc πελαργικοὶ νόμοι, quaſi dicas, Ciconiniæ leges, ortæ ſunt. Quocirca in numiſmatibus antiquiſſimis Romanis, præ ertim familiæ Antoniæ, & Ceciliæ, imaginibus genuinis, Ciconias, tanquam ſymbolum pietatis, adiunctas conſpicimus. Hic amor mutuus, inter Ciconias ſenes, &

** Pfraunhemi in Wetteravia haud procul Frãcofurto ad Mœnum, anno 1582.*

iuvenes eſt. Inprimis autem parentes, erga ſobolem φιλοστοργότατοι: Cui Germanicum etymon quoque convenit. Storch etenim à Græco στοργὴ nomen habet. Hoc patet ex ſequentibus, quæ non ita pridem * evenere, digna ſane, quæ inter rariſſima exempla poſteritati commendentur. Ciconiam, conſtat, à pabulatione reducem, quum flammas nido imminentes, certo exitio pullorum, videret, conatam modis omnibus, eos grandiuſculos, involucres tamen, primò affatim, roſtro & gutture apportata aqua, & nido madefacto, ab incendio defendere, poſt creſcente undique in ædificiis flamma, eos eripere mediis ex ignibus, tandem, cum fruſtra laborare ſe animadverteret, deſperata ope, & quaſi conclamata, paſſis alis, in nidum ſe præcipitem dediſſe, pulliſque toto corpore obtectis, incumbere viſam fuiſſe, veluti depoſita vitæ ſpe, ultro eam, cum cariſſimis pignoribus, mortem oppetituram. Miraculo rei & pietatis honori res ita verbibus illuſtrata eſt:

Candida & obſtreperis inviſa Ciconia ranis,
Pignora ab ardenti viderat igne premi:
Eripiat ne ſuos, & aperta pericula tentet?
Hinc ſuadet pietas, vita amor inde vetat.
Hanc luctam pietas generoſa diremit, & urna
Eſſe eadem, & ſobolis vult libitina ſua;
Iam minor Aſſyrium Phœnicem fama loquatur,
Vive e qua buſto quærit: at iſta mors.

Simile aliquid, ſed feliciore eventu, non ita pridem in vicinia accidit, in pago quodam, ut orto incendio viſæ ſunt Ciconiæ madefactæ, in gutture aquam apportare, & effundere, ha que ratione non ſolum nidum tueri, & totum tectum, ſed domum quoque in qua conſtructus fuit, à flāmis conſervare, ut ea incolumis, contiguis ædibus in cinerem redactis, manſerit. Cæterum habetur quaſi commercium illarum avium pro fortunato, ſicut quoque olim augurium earum Ethnicis maxime auſpicatum fuit. Experientia enim conſtat, eas excubare ſtrenue pro iis locis, in quibus nidulantur, & venenata deglutire, atque præſentire ruinarum atque ignis pericula creduntur.

Præterea quod mirum, & notatu dignum eſt, tanta memoria valet Ciconia, ut circa autumnum fugiens frigora, & ad diſſitas, & calidiores regiones migrans, ineunte vere noſtro, rediens, rurſus ſuos nidos optime noſcat, & attente obſervet, an aliquid in iis mutatum ſit, vel non. Quod ſi in illis integris nidificare nolit, habetur pro malo omine, ita ut aut ædibus, aut domino mortem, aut aliquam ruinam portendere cenſeatur. Ne autem paterfamilias uſum habitationis gratuitæ concedere ipſis gravetur,

ubi

ubi primum pullos excluſere, unum illorum, quaſi pro mercede locationis, ne ingratæ eſſe cenſeantur, in arcam deiicere eas, aut alarum aliquot meliores pennas, ſæpius compertum eſt. Poſſem etiam recenſere exempla caſtitatis, & iuſtitiæ, huius avis, ſi temporis anguſtia hoc non prohiberet, meque ad potiora vocaret, adeo ut recte dici poſſit: huic volucri

Cœlitus ingenium & rerum prudentia maior
Contigit, exemplum ut virtutis amabile præſtet,
Laudatisque agitet veluti ſub legibus ævum,
Illa etiam benefactores, benefactaque novit.

Cæterum, ſi non licet aſſerere, has aves, vi rationis, & intelligentiæ, quod ſolius hominis proprium eſt, præditas eſſe; tamen in illis quiddam, pro captu ingenii, & conditione naturæ, ſimile & quodammodo par, ac tale quidem eſſe, ut ſine eo, ne humanæ quidem rationis, & conſiderationis efficacia explicari, exercerique poſſit, nemo recte inficiari poterit. Et hanc vim animi Ariſtoteles φαντασίαν appellat, in qua eſt imaginum quædam, & viſorum apparitio, & μνήμην, quæ eſt memoria. Cum igitur bruta tam egregiis virtutibus ornata eſſe, naturali quodam inſtinctu, & peculiari quodam modo cognoſcamus, quæ Gratitudinem videlicet, Iuſtitiam, Caſtitatem, & ſimiles virtutes repræſentant: quid obſecro hominibus, quorum proprium eſt ratione præditos & virtutibus eſſe addictos, faciendum cenſebimus? Quare omnibus hominibus, cuiuſcunque conditionis ſunt, hæc virtus, quæ Gratitudo dicitur, inprimis curæ eſſe debet, cui etiã à teneris, quod aiunt, unguiculis aſſueſcendum.

Caput LXVII.

Commendatio bonarum literarum, & de dignitate atque utilitate, nec non de contemtu earum & barbarie paulatim ingruente. *Anno 1602 die ult. Iun. Aldorfii habita.*

Audivi puer adhuc, & poſtea adoleſcens, magnum illud & illuſtre lumen Germaniæ, Melanchthonem, & alios celebres & doctos viros, inter quos optimum meum parentem, piæ memoriæ, abſque invidia nominare licet (nam cur ego encomio & præconio eo, quod illi ab aliis præſtantiſſimis viris uno ore conſtanter tribuitur, defraudarem genitorem meum?) audivi, inquam, eos ſæpius, publice, & privatim conquerentes, de neglectu, & contemtu bonarum & liberalium literarum, & diſciplinarum, & ex eo paulatim ingruente barbarie, cui licet ſeſe omnibus viribus, dum viverent, opponerent, & diligenter reſiſterent, tamen prævidere

ſeſe

ſeſe aiebant, poſt ſuum ex rebus humanis deceſſum, barbariem, ex neglectu bonarum literarum, ita vires acquiſituram, ut ſemidoctorum contentionis, quam coniunctionis & veritatis cupidiorum, autoritas deficientibus ſolide doctis viris, ad depellendum tantum malum, inſufficiens futura ſit. Hanc prædictionem veram hoc noſtro ævo apparere, experientia (dolendum ſane) nos docet. Evanuit enim nunc propemodum in adoleſcentibus priſtinus ardor, ſolertia & ſeria cupiditas ad ſolidam & veram eruditionem aſſequendam, quæ aſſiduis laboribus & indefeſſo ſtudio paratur, cum cupiditate otii & fuga laboris. Econtra ſuperficialis & umbratilis doctrina paſſim expetitur. Deplorare iſta licet, emendare non licet, cum præſertim habeamus maiorem occaſionem, calamitatem huius noſtri ſeculi deplorandi, ſi diligentius perpendimus emolumentum, & utilitatem, ex cultura bonarum literarum provenientem, & viceverſa damnum & perniciem ex barbarie pullulante, non animadverti. Fieri enim non poteſt, quin ſublatis ſtudiorum pretiis, etiam ſtudia perire neceſſe ſit, ut Tacitus recte monet. Animadverterunt id tam veteres, quam recentioris memoriæ Reges, Principes, & heroes. Ex quibus fuit Philippus, Rex Macedoniæ, qui non tam ob natum filium Alexandrum lætatus eſt, quam quod ſub diſciplina Ariſtotelis erudiendus eſſet. Nec non & Octavius Auguſtus, quia imperiali maieſtate non indignum iudicavit, ſuos adoptivos filios, doctrina ſua, & honeſtis artibus informare. Ut enim priſcos doctos, & amatores doctorum prætercam, ex multis recentioribus paucos, ſed præſtantiſſimos eligamus, & eorum iudicium perpendamus. In quorum numero, meo iudicio, primas tenet Alphonſus ille, Aragoniæ & Neapolitanorum Rex optimus, & fortiſſimus. Is enim, confectis atrociſſimis bellis, cum ampliſſimorum regnorum, parta pace, dominus eſſet, omnem ſuam proſperitatem & felicitatem libris & bonis literis addicere, & ex iis uſum, & iura armorum ſe didiciſſe, fateri non erubuit. Ideoque & in caſtris, & in regia ſua, Platonis, Virgilii, Livii, Senecæ, & Caii Cæſaris libros, perpetuos comites, noctu, & interdiu, habuit, & ex lectione eorum, præſertim Livii, ſeſe recreavit, adeo ut cum illi ab hoſte ſuo infeſtiſſimo hiſtoriæ Livianæ, eleganter compactæ, & involutæ, dono mitterentur, & à medicis ſuis moneretur, ne eos aperiret; facile enim toxicum, ex odore, & tactu noxium, in illis involucris latere poſſe; tanta cupiditate ductus eſt, eos libros inſpiciendi, ut repudiato conſilio Medicorum, eos abſque mora, & metu recluderet, & evolveret, dicens: Regem auxilio divino, ab eiuſmodi inſidiis tutum eſſe. Imo cum aliquando periculoſe laboraret, & omnia remedia parum efficacia eſſent,

exle-

ex lectione librorum Q. Curtij, de geſtis Alexandri Magni, ſe recreatum, &priſtinæ valetudini reſtitutum eſſe, palam confeſſus eſt. Ob hanc rem librum, & quidem eum apertum, tanquam inſigne peculiare ſibi aſſumſit. Optimos enim conſiliarios dicebat eſſe mortuos, libros videlicet, à quibus candide omnia diſcere poſſet: quod meminerat jam olim Ptolomæo quoque regi Ægyptio ſuggeſtum fuiſſe à Demetrio Phalereo; ut eſt apud Plutarchum.

Hunc amorem librorum Regis cum obſervarent ejus milites, in direptionibus oppidorum, & caſtrorum, ex præda libros ſeligebant, & Regi, tanquam res pretioſiſſimas, ipſique acceptiſſimas, non abſque remuneratione offerebãt. Dicere autem, & perſancte affirmare ſolitus fuit, malle ſe gemmas univerſas & omnia, quæ poſſideret, & haberet, perdere, quam literas bonas, quas per modice ſe ſcire aiebat. Ideoque Reges aut literatos eſſe oportere, aut certe literatorum hominum amatores. Quod idem Rex ſtudioſe fecit; nam omnes, haud vulgariter, ſuo tempore, doctos non ſolum amavit, ſed inter ſuos familiares (quod eis admodum honorificum fuit) aſſcripſit. Inter quos præcipui fuere Georgius Trapezuntius, Laurẽtius Valla, Leonhardus Aretinus, Poggius Florentinus, Ludovicus Podius, Bartholomæus Faccius, Antonius Panormita, qui ſui Regis dicta & facta, eleganti commentario deſcripſit: in quo inter alia admodum memorabile eſt, quod viderit hunc Regem aliquando, ex lectione literarum latinarũ, omiſſis graviſſimis rebus, gaudio geſtientem, quæ ad illum, à duobus adoleſcentibus, quos Lutetiæ, ut bonas literas & diſciplinas diſcerent, aleret, eleganter ſcriptæ eſſent. Si igitur hic prudentiſſimus, & potentiſſimus Heros, qui fuit Rex, Regis filius, Regis nepos, & Regis frater, animadvertit fructum & utilitatẽ bonarum literarum: facile colligere potuit, quam infinita mala, ex jactura illarum, oriantur. Hoc laudabile inſtitutum poſtea ſecuti ſunt Ludovicus XII. & Franciſcus I. Reges Galliarum. Ille enim officia Ciceronis, & Cæſaris commentaria, magno in pretio habuit, eoſq; libros non ſemel perlegit, & actiones ſuas, & conſilia ex iis inſtituit: hic vero cum bonæ literæ ex tota Gallia exularent, eas rurſus, veluti poſtliminio, in eam accerſitis doctis viris, introduxit. Præterea prandens & cœnans, quod ex Poetarum, hiſtoricorum, & Coſmographicorum libris didiciſſet, aliquid enarrabat. Libere autem confeſſus eſt, ſe non tam armis, quam literis, ſuum ampliſſimum regnum tueri, & conſervare poſſe. Imo durante ſua captivitate, in Hiſpania, in ſummo mœrore, & ægritudine, ſe majorem delectationem, & recreationem ex lectione bonorum librorum, & hiſtoriarum, quam aliis rebus, percepiſſe affirmavit. Omiſſis autem exteris, veniamus ad noſtrates heroes. Igitur Otto II. Cæſar ab ineunte ætate

Nn bonis

bonis literis & linguis inſtitutus fuit, quarum utilitatem ſenſit, cum aliquando in fuga à piratis captus eſſet: beneficio enim Græcæ & Latinæ linguæ, cum non pro Imperatore haberetur, incognitus evaſit. Sic Carol. IV. Imperator tantus amator & fautor bonarum artium fuit, ut aliquando in Scholam Pragenſem ingreſſus, diſputantes liberalium artium Magiſtros, per quatuor horarum ſpatium attente audierit. Quod cum purpurati ejus moleſte ferrent, affirmantes tempus cœnæ adeſſe, & fere effluxiſſe: Mihi, inquit, minime hoc videtur. Nam ſuavior mihi, appoſitis delicatis ferculis, cœna hæc præſens eſt. Prudenter ſane, qui pabulum animi cibo corporis prætulit, & illud, quam hunc, præſtantius eſſe cenſuit. Et talem cœnam veteres Platonicam nominarunt, quæ ſobria, & elegantiſſimis præceptis condita erat, ex qua diſcedentes convivæ in poſterum bene ſe habere prædicabant, quod nec capitis gravedinem, nec ſtomachi cruditatem ſentirent. Id enim, quod in corpus confertur, ſtatim effunditur: quod autem in animum, perpetuo conſervatur. Quam in ſententiam elegans exſtat Epigramma Græcum Callimachi, quod a parente meo piæ memoriæ ſic Latine converſum eſt:

Quæ quondam capiti impoſui ſtillantia ſuavi
Uda in deliciis ſanguine ſerta meo,
Omnia mox jacuere evanida, tum quoque dentes
Ingeſſere alvum ſi qua ſub immemorem,
Horum nil etiam ſenſit lux craſtina: ſed quæ
Auribus accepi, nunc quoque certa manent.

Quod ſi M. Antonij Mureti verſionem audire mavultis, ea talis eſt:

Namque & ego nitido capiti, flaviſque capillis,
Serta olim Aſſyrio ſparſa liquore dedi.
Et bona in ingratum congeſſi plurima ventrem:
Cuncta ſed in ventos illa abiere leves.
Servarunt ſola commiſſa fideliter aures:
Corporis hac una eſt parte reperta fides.

Specimen autem convivij Platonici, ſi quis omnibus numeris abſolutum, ut dicitur, habere cupit, is legat Stephanum Guazzum, de civili converſatione. Ad propiora accedamus. Carolus V. Cæſar potentiſſimus ille heros, in caſtris Thucydidem, in Gallicam linguam, à Claudio Maſſilienſi Epiſcopo, converſum, ſemper ſecum habuit, & hunc autorem aſſidue magna cum voluptate legit, eumque ſuis intimis Conſiliariis, Silvagio, Mercurino, & Granuelo commendavit, atque ex iis quærere ſolitus fuit, quid legiſſent, & quæ ipſe obſervaſſet, cum illis contulit. Hic mortuo patre Philippo, Rege Hiſpaniæ, in flore ætatis ſuæ, (vigeſimum octavum enim annum

nondum

non ſum exceſſerat) vix ſeptennis Adrianum Florentinum Ultraiectinum, qui poſtea in Pontificem Romanum electus eſt, pædagogum habuit. Is ejus animum potius in religione Romana firmiter tuenda, quam liberalioribus literis accurate informavit. Quare cum Carolus natura ad exercitia militaria promtior eſſet, liberales artes potius guſtavit, quam iis recte imbutus fuit. Cujus rei cum poſtea ſæpius pœnituit. Auditæ enim ſæpe illius querelæ fuere, quod ante tempus penitiorem literarum cognitionem deſeruiſſet, cum Legatos Latine perorantes, non ſatis intelligeret: multo minus iis in eadem lingua reſpondere poſſet, ſed aliorum opera uti cogeretur. Non fruſtra igitur in pragmatica ſanctione Carolina, quæ aureæ bullæ nomen meruit, ordinatum eſt, ut Electorum filij in lingua Latina, Italica, & Sclavonica inſtituerentur. Quod ſi tam potentiſſimi Imperatores & Reges honorificum eſſe ſibi putarunt, literis liberalioribus inſtructos eſſe, cum tamen cenſeri poſſet, abſque labe ſuæ dignitatis eos cognitione earum facile carere potuiſſe: Eo magis laudandi ſunt hi adoleſcentes Candidati, quod in liberalibus artibus & linguis, ex quibus vitæ ſubſidia illis quærenda ſunt, ſuo labore & induſtria, (bonæ literæ enim, ſecundum Democritum, potentibus & divitibus nonnihil addunt honeſtæ menti; tenuioribus vero ſunt aſylum, & unicum vitæ exiſtunt præſidium) eo pervenerint, ut prævia exploratione morum & eruditionis à philoſophica Facultate digni habiti ſint, qui honoribus promeritis ornentur. Magna ſane & honorifica expetitis: Non enim eſt vilis & levis (ſicut vulgus & ἄμουσοι opinantur) hic honor & dignitas ſcholaſtica, cum conceſſio ejus à Cæſarea Majeſtate tantum dependeat, & ab ea, ſicut alia, quæ Regalibus annumerantur, impetranda ſit: Ideoque ſuperioribus annis maxime in pretio habita fuit. Poſſem etiam nominare, ſi anguſtia temporis id permitteret, illuſtres, generoſos, atque nobiliſſimos viros, qui titulum Doctorum & Magiſtrorum ambierunt, & eo publice ornati ſunt, illumque honorificum ſibi cenſuerunt, &c.

CAPUT. LXVIII.

Utrum arma bonis literis præferenda? vel, utra militia togata an armata præſtantior ſit?

Oratio habita Aldorffij.

QUod ad arma attinet, quis neget, obſecro, arma non ſolum ad retinenda parta, ſed etiam ad acquirenda alia, omnino neceſſaria eſſe, quæ

defenſiva, & offenſiva vulgo nominantur. Præterea quis ignorat, armorum vſu & exercitio, hoſtiles incurſus, & violentiam repelli, ita ut ſine illis pax ſarta tecta, ut dicitur, manere & conſervari non poſſit. Vnde recte dicitur, Arma in pace paranda, & conſervanda eſſe: & arma in manu prudentum, pacem apportare. Non obſcurum inſuper eſt, Imperatores, & Cæſares, tam veteres, quam recentiores, ob felicem tractationem armorum, præclara præconia, & titulos meruiſſe; Victores, Felices, Optimos, Item, ob domitas armis gentes, Aſiaticos, Africanos, Parthicos, Scythicos, Geticos, Sarmaticos, Alemannicos & ſimiles. Quæ ſane omnia ſpectant ad eorum gloriam, & exiſtimationem, & tales titulos non ſolum in honorem eorum, ſed multo magis ad terrorem circumferre ſolebant. Huc referri poteſt reſponſum cujuſdam ſummi ducis; interrogatus enim, utrum Achilles an Homerus eſſe mallet, ex percunctatore quæſiviſſe rurſus dicitur: Utrum buccinatorem an belli Imperatorem præſtantiorem cenſeret: Notum quoque eſt, quod olim, & nunc quoque armata militia, utpote lucroſior, & ſpecioſior, togatæ paſſim præferatur. Quocirca ſplendore ejus multi ſic excitantur, ut hac derelicta, illam omnibus modis expetant. Poſſent adduci & alia fere innumera argumenta, & hiſtoriæ, ex quibus ratiocinari, & concludi poſſe videtur, arma bonis literis, & Martem Minervæ longe excellere. Certe ſi hac de re Gothi illi, vaſtantes & deprædantes Græciam, & forte in acervum exquiſitorum librorum, continentium varias ſcientias, incidentes, eoſque propterea intactos ſinentes, quaſi molles & imbecilles homines facerent literæ liberales; Præterea ſi Scythæ, Mauri, Turcæ, & aliæ barbaræ gentes, interrogarentur, abſque dubio in contemtum literarum, pro armis decernerent, & ſtatuerent. Verum ego in æquilibrio adhuc ſubſiſto, neque meum judicium in hac vel illa parte, à ſe diviſa, interponere volo, priuſquam abſolvam ſecundum quoque membrum noſtræ propoſitionis. Primum igitur axioma erit; finem in omnibus rebus attendendum, & reſpiciendum eſſe. Si igitur quæritur, quis ſapientum & honoris cultu celebratorum hominum finis ſit? Recte reſpondebitur, ut poſt ſe relinquant, quod poſt mortem ipſorum triumphet, quodque ſecundum Poetam:

Buſto eripit, vitæque reddit mortuos.

Nonne autem famæ immortalitas à literis & hiſtoriis, quibus æternitas conſervatur, dependet? Poſſuntne hoc præſtare arma? Minime. Vbi quæſo res geſtæ, non magnæ, ſed maximæ, & ſtupendæ Imperatorum, Cæſarum Regum, heroum, ſi non eæ poſteritati traditæ eſſent literis? Jampridem illæ ſepultæ, & poſteritati inſciæ jacerent. Vnde concludi poteſt, ſi finis tantum attendatur, quod literæ ſolæ immortalitatem pariant; arma au-

tem,

rem, abſque literarum adminiculo, parere eam nequeant. Hoc Alexander Magnus expendit, qui ideo Achillem felicem & immortalem prædicavit, quod Homerum, egregium factorum ſuorum ſcriptorem, & præconem nactus eſſet. Abſque hoc enim tam egregius heros (ſi modo omnia vera ſunt, quæ illi attribuuntur,) inglorius, & ipſius res geſtæ perpetuæ oblivioni traditæ eſſent. Hoc Octavius Auguſtus ille excellens Monarcha innuere voluit, quod teſtamento ſuo indicem rerum à ſe geſtarum inſeruit, quem in æneis tabulis voluit incidi, quæ ante Mauſoleum ſuum, ut pote in loco publico, ut ab omnibus legerentur, ſtatuerentur. Non inſcite itaque ex veteribus quidam dixit: Literas non ſolum dare vitam poſſe, ſed etiam adimere. Et pennas ſcriptorias, loricas bellatorum penetrare. Idipſum maxime apparet in Legatis Cæſarum, Regum, & Principum potentiſſimorum, ex quorum geſtibus, ſermonibus, & veſtitu, cognoſcuntur ingenia, & indicia eorum, à quibus mittuntur, cum ipſorum perſonam repræſentent. Quamobrem ſapienti conſilio, Legati literati, excultique moribus & prudentia, diliguntur, & ſi neceſſitas poſtulat, militares viri illis adiunguntur. Etenim dignitas & authoritas legantium, ex legatis plerunque dependet atque æſtimatur. Exemplum vetus habemus in Cynea Theſſalo, auditore Demoſthenis, Legato Regis Pyrrhi ad Romanos, cujus authoritas & dexteritas ingenij tanta fuit, ut Rex ipſe fateretur, ſe plures urbes & regiones eloquentia ejus acquiſiviſſe, quam armis. Alia vetera exempla recenſeri poſſent, ſed ijs omiſſis, recentiora, tanquam notiora & jucundiora perpendamus. Documentum inſigne extat, noſtra memoria, in vere nobili & prudenti viro, Jacobo Sturmio Argentoratenſi, qui in comitiis, & aliàs Reipublicæ Argentoratenſis nomine Legatus miſſus, bonis literis excultus, earum ſubſidio in tanta authoritate fuit, ut præcipui Principes Imperij ipſius conſilio uterentur, & materiam ipſo ſuppeditante, Sleidanus ſuas hiſtorias maxima ex parte conſcripſerit. Quinetiam poſt bellum illud, quod Schmalcaldicum, ab ibi inito fœdere, vulgo nominatur, tantum valuit apud Carolum Quintum Imperatorem ejus authoritas & eloquentia, ut exigua mulcta pecuniaria hæc Reſpublica, confœderatis tunc admodum irato, conciliaretur. Vnde proverbium elegans ortum fuit, quod in noſtra vernacula lingua, propter concinnam ambiguitatem, melius ſonat: Keyſer Carl habe dazumal die feſte Statt Straßburg/ vnd den Schlüſſel des Rheins/ mit Sturm/ erobert vnd gewonnen. Augerij Busbequij Gisleni, Legati Cæſarei, viri ingenij & corporis dotibus eximij, (quem, cum Legatos Turcicos inſigni comitatu Francofurtum, ad Imperatorem Ferdinandum, & Cæſarem Maximilianum II. filium, in ejus inauguratione duceret, magna cum admiratione vidi) ejus, inquam,

dexteritas apud Turcas, ex literarum adminiculo tantam auctoritatem acquiſivit, ut non ſolum Turcicus Imperator, Viſieri, & Baſſæ, eum magnifacerent, eique immenſis pollicitationibus perſuadere conati ſint, ut abnegato Chriſto, muſulmaniſaret: ſed ille ſicut Marpeſia cautes, integer & conſtans in fide Chriſto data manſit: Quinimo inducias multorum annorum, & alia multa utilia Reipublicæ Chriſtianæ impetravit. Quod ſi literis bonis deſtitutus fuiſſet, irrita & infecta apud barbaros tunc temporis ob res feliciter geſtas valde elatos, ea omnia manſiſſent. De qua re extant ejus præclaræ epiſtolæ editæ. Joannes Dantiſcus, Sigiſmundi I. hujus nominis, Poloniæ Regis, Legatus, ob eruditionem & ingenij elegantiam, in tanta fuit auctoritate apud Carolum V. Imperatorem, ut cum is, reſignato Imperio dimiſſis omnibus externis Legatis, ex Belgio in Hiſpaniam navigaſſet, eum ſolum comitem ſecum duxerit, quem etiam poſtea maximis honoribus auxit, eumque in numerum, & ordinem nobilitatis Hiſpanicæ cum toto ſuo genere & agnatione inſeruit. Quod ſane, præſertim in illa gente exteris non admodum in participanda nobilitate benevola, rarum, & tantum Dantiſco, exculto bonis literis & moribus, adſcribendum fuit. Econtra rudia, impolita, & ruſtica ingenia & mores, in Legatis potiſſimum, quantum, obſecro, contemptum & riſum excitant! Ii enim deſtituti, cultura & adminiculo bonarum literarum, veluti certa regula vitæ, vagabundi ſuis cogitationibus & actionibus, perpetua rerum ſuarum jactantia, moleſti & ridiculi ſunt aliis, cum tamen faſtu quodam reliquas gentes atque nationes cultiores præ ſe aſpernentur.

Recens factum ridiculum extat Legatorum, magni & potentiſſimi cujusdam Principis: Cum enim Romæ eis antiquæ ſtatuæ & ſtupenda illa ædificia, vetera & nova, integra & corrupta, monſtrarentur, & num ſimilia apud illos extarent, vel alicubi vidiſſent, interrogarentur? multo plura in ipſorum Principis ditione extare, & rariora & excellentiora, reſponderunt. Porro, cum ob inſulſam & arrogantem reſponſionem percontarentur, ſcirentne, quid eſſet conſcientia? putantes eſſe monile, gemmam, vel aliam rem pretioſam & admirandam, in Principis ſui gaza eam reperiri, reſponderunt. Sed ne auditoribus prolixiore narratione moleſtus ſim, in hac quæſtione ſuccincte meam ſententiã exponam. Sit in pretio armata, ſit in pretio eodem modo ſimul & togata militia, ita tamen, ut pari paſſu, ſicut dicitur, unà ambulent, nec una aliam contemnat. At conjunctim multa majora & ſalutaria quæque, tam in bello, quam in pace ambæ efficere poſſunt, quæ alterutra ſeorſim non ita præſtare queat. Conſilia enim togata militia ſuppeditat, armata vero ea fortiter expedire ſolet. Quod animadverterunt prudentes heroës, qui literas cum armis conjunxerunt, ut ita, ad Cæſaris

imitatio-

imitationem, altera manu lancea, gladiusve, altera calamus tenendus ſit. Hæc Iuſtinianus Imperator ſtatuit, cum Imperatoriæ Maieſtati non ſolum arma, ſed etiam leges attribuit. Idipſum non ita pridem inculcavit potentiſſimus Rex Angliæ, & Scotiæ, Iacobus, filio ſuo primogenito Henrico in ſuo regali, vel potius aureo dono. Concludo itaque, has duas res inter ſe mutuo adminiculantes, & mutuas ſibi operas tradentes, perfectum & ſalutare opus efficere poſſe, licet unaquæque etiam per ſe laudem & honorem ſuum mereatur. *Proœmio Inſtit. Iuris.*

Caput LXIX.

Voluptatem & dolorem ſibi invicem comitari.

Excerpta ex oratione, habita Aldorfii, Anno 1605.

IN legibus Academicis ſancitum & obſervatum eſt hactenus, atque uſu receptum eſt, Ampliſſimi viri, &c. ut in hoc celeberrimo conſeſſu, quando tractatur & agitatur de gradu Magiſterii, qui in facultate Philoſophica ſummus eſt, ex conceſſione privilegiata Cæſareæ Maieſtatis, Candidatis conferendo, Spectabilis pro tempore Decanus, in oratione ſua, ſeria & utilia, ex quibus ſtudioſi adoleſcentes & iuventus in liberalibus diſciplinis & artibus potius erudirentur, quam delectarentur, inculcaret & tractaret. Qua finita, licentiam conferendi hanc dignitatem & honores, ab eo, qui vices gereret Cancellarii, nomine & iuſſu Ampliſſimi Senatus noſtri, peteret: qui ipſe quoque oratiuncula aliqua aures & animos auditorum demulceret, ac veluti pabulo animi, alacriores & hilariores redderet. Quod quidem hactenus à me, quotiens præſens fui, quatenus tenuitas ingenii mei mihi permiſit, ſæpius factum eſt. Studui autem, non ſolum utilia, politica & ethica, ſed etiam dulcia & ſuavia hiſtorica, & quidem non vulgaria & trita, quæ non ita ac rara & ſelecta plus delectare ſolent, admiſcere & in medium diſſerendo afferre. Quod nunc quoq; facere, Deo adiuvante, conabor. Etſi autem, quamdiu hiſce Academicis actionibus à prima fundatione huius Scholæ, hucuſq; interfui, auditorum attentam & promtam voluntatem, in me audiendo, ſemper animadverti, quæ me quoque promptiorem & alacriorem in perorando reddidit. (Nam, *Excitat auditor ſtudium*, ut Poëta recte monet:) tamen cum propemodum in talibus actionibus conſenuerim, non poſſum non vereri veſtram priſtinam cupiditatem & affectionem erga me, ob ſeniles meas cogitationes, & rationis tenuitatem, addo quoque pronuntiationem languidiorem, ſi non penitus, attamen

tamen maiori ex parte diminutam eſſe. Verum enim eſt Germanicum proverbium, quod alio idiomate non tam expoſite & concinne proferri poteſt, Das Alte klappert/das Junge klingt. Cum præſertim ſeniores infirmæ ætatis & memoriæ, in noſtro iure, dicantur. Eodem modo canicie graves, læſis corpore, æquiparantur. Ob hanc rem ita Senectus ab Impp. Diocletiano & Maximiano excuſatur: Manifeſti, inquiunt, iuris eſt, maiores ſeptuaginta annis, invitos ad munera perſonalia vocari non poſſe, & tueri te notione præſidis provinciæ potes, iure conceſſo. Quomodocunque autem ſeſe res habeat, arbitror, me minus peccare, ſi admonitiunculam veteris ſenis & prudentis viri (ſed abſque iactatione tamen) repetam: Audite, quæſo, patienter iuvenes ſenem, quem iuvenem ſenes quoque non gravatè antea audiverunt.

Hoc exordii loco præmiſſo, venio ad res. Eo quæſo aures & animum advertite. Multa paſſim extant præcepta, monitiones & hortationes, de voluptate fugienda, & ego quoque in meis Operis ſubciſivis, iampridem editis, in nonnullis capitibus, hac materia aliquot chartas complevi; ita ut, ſecundum proverbium, antea ruminata iterum ruminare & actum agere videri poſſem. Verumenimvero, cum ſuaves & artificioſæ modulationes, licet antea ſæpius cantillatæ, nihilominus reiteratæ, auditoribus gratæ eſſe ſoleant: ita nunc de nonnullis differere ſtudebo, quæ, niſi me fallant rationes meæ, prioribus veluti decorem & elegantiam additura eſſe videantur. Habui autem graves cauſas, quod nunc materiam hanc potiſſimum præ cæteris delegerim. cum præſertim voluptates paſſim creſcant, & virtuti hodie rarus locus relictus ſit. Veteres, dum eruditis rationibus, fabulis & ſimilitudinibus, iuvenes à voluptate pernicioſa (de hac enim, non de honeſta, nunc agetur) deterrere vellent, inter alia talem finxerunt fabulam: Voluptatem ac Dolorem quodam tempore coram Iove ſe mutuò accuſaſſe, cumque ille lites non poſſet decidere, actores illos adamantina catena quadam inter ſeſe copulaſſe, ac indiſſolubili vinculo coniunxiſſe. Recte quidem, nam experientia teſtatur, dolorem voluptatis comitem perpetuum, & veluti pediſſequum veſtigiis inhærentem eſſe. Vnde alia fabula exorta eſt, Martem tunc captum, cum Veneri adhæſit, atque à Vulcano retibus concluſos & reliquis Diis Deabusque, ita una concexos, magno ipſorum dolore, ludibrio expoſitos fuiſſe. Confirmatur hoc exemplo Socratis. Is enim, cum bibiturus cicutam, detractis compedibus, quibus aliquantiſper innexa crura eſſent, atque ex frictu titillationem cum aliqua voluptate ſenſiſſet: Quam mirè, inquit, hoc comparatum natura eſt, ut hæ duæ res ſe invicem comitentur, VOLVPTAS & DOLOR. Quam Socraticam ſententiam plures præſtanti ſapientia auctores ſunt æmulati: hinc enim Plautus

illa

illa ſua expreſſit Amphitruone, Sc.2. Act.2. Ita Dîs placitum, voluptati ut mœror comes conſequatur. Item hinc & Antiphanes ſua iſta ſumpſit: *αἱ γὰρ ἡδοναὶ ἀπὸ σφῶν αὐτῶν ἐμπορεύονται ἀλλ' ἀκολουθοῦσ' αὐτὰς λῦπαι καὶ πόνοι.* Voluptates, inquit, non ſeorſim incedunt, ſed comitantur ipſas dolores & labores. Hinc denique (ne longus ſim) Lucretius lib.4. cecinit ſuavidicis verſibus:

——— Medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat.

Hoc movit prudentiores Reges & heroes, ut ob fugam voluptatis, metu doloris, egregiæ continentiæ exempla, ad imitandū poſteritati reliquerint. Inprimis autem notabile eſt Cyri Regis Perſarum continentia, cum videre detrectaret Pantheam captivam formoſiſſimam, cui cum Araſpes ſpectatu dignam mulieris eſſe ſpeciem prædicaret: Ergo impenſius, inquit, ab ea abſtinendum. Si enim abs te impulſus, ad eam perrexero fortaſſe illa me, aliàs etiam, cum non vocabit, ut ipſam adeam, illecebris ſuis inducet, ut ſpectem, & reſideam apud ipſam, rebus multis poſthabitis neceſſariis. Nota præterea eſt continentia Alexandri Magni, qui Darij conjugem captivam, venuſtiſſima forma, in conſpectum ſuum venire prohibuit, & ſic principiis cupiditatum aditum ad peiora patefacere noluit. Eadem continentia fuit Scipioni Africano, qui expugnata Carthagine nova, eximiæ pulchritudinis virginem captam, & ſibi uni, à militibus, ex manubiis deſtinatam, ſponſo & parentibus intactam, auro inſuper redemptionis oblato, in augmento dotis collato, reſtituit, admodum honorifica & utilis fuit. Non ſecus fit in crapula & ebrietate, aliisque corporis voluptatibus, quæ morbos generant, & dolores perpetuos comites habere ſolent, ita ut plures homines iis moriantur, quam bello aut naturali morte. Recte itaque in proverbio dicitur: *Nocet empta dolore voluptas.* Et, *Voluptatis uſuras eſſe morbos.* Quamobrem corporeæ voluptates venientes, titillationem aliquam ferunt: abeuntes vero, pœnitentiam pudoremque, & doloris materiam ac fomenta relinquunt. Hoc eidem Alexandro Magno procul dubio accidiſſet, ſi monitis Ariſtotelis ſalutaribus, immemor priſtinæ continentiæ, obſecutus non fuiſſet. Cum enim ei puella pulcherrima à Rege Indorum muneri data eſſet, ut voluptatibus ſuis inſerviret, quæ Napelli veneno nutrita, hocque alimento, cui aſſueta naturâ eſſet, abſque noxa uteretur, ſine infectione tamen attingi non potuit. Id animadvertens Ariſtoteles, ex ſcintillationibus, & ſerpentum more nictantibus oculis, CAVE, inquit, tibi ab hac, ô Alexander: hac nempe tibi inſidiæ & exitium parantur. Non fefellit hoc Ariſtotelis indicium eventus. Nam, qui illam virginem attigerunt, intoxicati interierunt. Ex quo apparet, ſi Alexander,

quamvis poſtea ex felici ſucceſſu corruptior factus, non præceptis Ariſtotelis utilibus paruiſſet, ex momentaneis voluptatibus & oblectationibus dolorem maniſeſtiſſimum, imo mortem ipſam ſibi accerſiviſſet. Quod tamen paulo poſt, cum majorem partem Aſiæ feliciſſime pauculis annis deviciſſet, & pro Deo coli vellet, immemor fragilitatis humanæ, ex intempeſtiva crapula & ebrietate ipſi in florenti ſua ætate contigit. Huc referri poteſt, quod veteres de Phalangio vel Tarantula ſcribunt, nempe hoc inſectum peſtilens tactu inficere ſolere. Vnde ſimilitudo a voluptariis fœminis fluxit: quod iſtud animal formoſum appellatum, phalangiis terribilius ſit: ſiquidem hoc inſectum tactu ſolum, iſtud vero aſpectu etiam ſolo virus ſuum emittat. Quamobrem Cupidines ſagittarij finguntur, quoniam formoſæ ſalaciores fœminæ oculis ſuis eminus, veluti ſagittas emittunt, & leviculos vulnerant. Hinc quoque altera ſimilitudo non minus elegans, ab hoc inſecto ſumta eſt. Vt phalangia corpore, licet exigua, ubi ſolo ore attigerint homines, eos à mente abalienare ſolent: ita amaſiarum impudicarum oſculum amatores. Quo reſpicit verſus Græcus Theocriti:

Φεῦγε κακὸν τὸ φίλαμα. τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.

quem ita ludendo inter inſomnia in diſtichon tranſtuli:

Oſcula virus alunt blandum: nam labra venenum
Inſtillant animis: effuge, tutus eris.

Vel ita forte, an melius:

Suavia virus alunt: nam poſci numina ſcorti
Inſtillare animis toxica labra ſolent.

Etſi autem contra recitatam hiſtoriam, de puella napello nutrita & infecta, ſuas rationes, tanquam falſam, nonnulli afferunt, tamen hoc naturali modo fieri poſſe, tum alij, tum Scaliger confirmat, ubi dicit, Cambaiæ Indiæ Regis filium veneno educatum, adeo venenoſum fuiſſe ex alimento factum, ut muſcæ, quæ modo ſolo ſuctu cutim perſtrinxerint, turgidæ interierint. Eodem modo legitur in hiſtoriis, Ladiſlaum Regem è virgine pulcherrima Neapolitana, napello infecta, intoxicatum periiſſe. Confirmatur præterea ea, quæ de conjunctione individua voluptatis & doloris dixi, recentioribus exemplis quæ propter jucundam varietatem plerunque veteribus conjungere ſoleo. In obſidione enim Neapolitanæ urbis, parentum noſtrorum memoria, dum Cæſariani Gallos, duce Lautrechio, ingentibus & florentibus copiis militum inſtructos, vi vincere non poſſent, inter alia ſtrategemata militaria, ſub prætextu caritatis annonæ, inutilem turbam ex urbe pellentes, de induſtria ſcorta formoſiſſima ſerpigine Indica ex contactu Venereo infecta, (quæ lues poſtea varia nomina, ut pote ſcabies Hiſpanica, Pudendagra: vel Syphilis, quaſi Veneris partus,

ſortita

ſortita fuit) immiſcuerunt. Quæ Galli, ob pulchritudinem externam, lubentiſſime exceperunt, & ſeſe cum illis commiſcuerunt. At turpis illa voluptas non diu duravit, ſed mox comitem dolorem & fœtorem habuit. Nam ex hac luxuria morbus iſte fere totum infecit exercitum Gallicum (unde etiam Gallicus cognominatus eſt) & poſtea, contagij inſtar, in Europa longe lateq; diſſeminatus fuit. Eo autem periculoſius fuit hoc malum, quod admodum ſero remedia idonea contra id reperta ſunt. Recte itaq; B. Auguſtinus exclamat: *O voluptates, quam faciles aditus habetis, dum ſuadetis: & quam difficiles exitus habetis! Dum ſuadetis, mulcetis; ſed poſtquam ſubvertitis, uſque ad mortem animam pungitis.* Id ipſum prudentiſſimo Regi Alphonſo ignotum non fuit. Is enim amico & familiari cuidam ſuadenti, ut tranquille & voluptuoſe, dum poſſet, vitam ageret, nec corpus tot tantisque periculis objectaret, reſpondiſſe dicitur: Non temere à Romanis illis quidem ſapientioribus, Honoris templo, Virtutis templum conjunctum, quod, niſi per Virtutis templum introire liceret nemini, ut intelligerent mortales, ad honoris faſtigium, non voluptatum via, (quæ deliciis atque illecebris plena) ſed virtutis, aſpera illa quidem & ſalebroſa, enitendum eſſe.

Hanc viam quoniam etiam vos Candidati ingredi cœpiſtis, pergite, quæſo, ita ea, ut per Virtutis templũ, eruditione veſtra, in Honoris ædẽ citius pervenire poſſitis. Operæ pretium autem erit, ut prius in memoriã vobis revocentur ea, quæ Imperator Julianus reſcripſit, & præcepit: Magiſtros, inquit, ſtudiorumque Doctores excellere oportet primũ moribus, deinde facundia. Quare jubeo, quiſque docere vult, ut non repente, nec temere proſiliat ad hoc munus, ſed judicio ordinis probatus, decretum Curialium mereatur, optimorum conſpirante conſenſu.

Quoniam igitur Spectabilis D. Decanus, pro ſe, & nomine totius facultatis Philoſophicæ, teſtimonium vobis perhibet, vos dignos & idoneos, in prævio tentamine & examine, quoad mores, & eruditionem, ad capeſſendam hanc dignitatem, repertos eſſe: Ego quoque vos diutius, longiori ſpe, detinere, neque, quod mihi demandatum eſt, differre nolo. Quare lubenter petitioni Spectabilis D. Decani ſatisfaciam, &c.

CAPUT LXX.

De characteribus & ſermone primævo, excerpta ex oratione, Aldorfij habita, anno 1606.

ETſi multæ & egregiæ materiæ in promptu ſunt, ex quibus aliqua non tam auribus jucunda, quam animo utilia, ad perorandum depromi

poſſent, tamen huic tempori mihi accommodatiſſimum videtur argumentum, ſi de characteribus, literis, & ſermone primævo, eorumque auctoribus & inventoribus, pau a, ſed, ut ſpero, non vulgaria, diſſeramus: Ideoque oratiunc ula hac mea, illam dicendi materiam, in hoc celeberrimo conſeſſu, præ cæteris elegi. A vobis itaque ſingulis & omnibus obnixe peto, ut pro veſtra benignitate & humanitate ſolita, me, ſicut ſuperioribus annis ſemper feciſtis, patienter & attente audiatis. Hoc ſi feceritis, ſicut mihi plane perſuadeo facturos, neque labor in meditando, neque moleſtia in recitando mihi gravis, ſed potius iucundus & ſuavis futurus erit. Igitur conſtat, Adamum, totius humani generis parentem, divinitus edoctum, linguam exquiſitam, diſciplinas, certosque ſcribendi characteres ſuis primum demonſtraſſe: nulla enim homini lingua vel ſermo eſt naturalis, ita, ut ſi quis inter mutos abſque commercio ſermonis, natus & alitus eſſet, ſimiliter quoque conditionem illam paſſurus ſit. Quare plane fabuloſa cenſentur, quæ Herodotus de duobus pueris tradit. Fuere autem characteres antiqui, qui poſtea Hebraici dicti ſunt, ſicut demonſtrari poteſt, ſepoſitis aliis rationibus, ex alphabeto, quod ſicut Syriacæ & Chaldaicæ literæ, more recepto, à dextro in ſiniſtrum latus hodierno die adhuc ſcribitur & legitur. Ob hanc rem Hebraico idiomate, uſque adeo myſteriorum pleno, ut ſingula verba, imo unaquæque litera peculiarem emphaſin & ſignificationem in ſe contineat, linguaque cæterarum linguarum radice & matrice, Deum primos parentes allocutum fuiſſe, eodemque cum Diabolo ſermonem congreſſumque habuiſſe, rebusque & animantibus ab Adamo nomina, naturam uniuſcujuſque exprimentia, Deo jubente, ſuaviſſima pronuntiatione, non abſque authoritate graviſſima, quam poſt lapſum amiſit, impoſita, Moyſique legem denique in Arabiæ monte Sinai fuiſſe datam, multi ſancti & eruditi viri affirmarunt. Nec deſunt, qui autumant, hac primæva lingua omnes tandem aliquando locuturos, ſicut ante ædificationem turris, quam Nimroth poſt diluvium ædificandam, ad vim aquarum in poſterum evitandam, potius inchoavit, quam abſolvit, & tunc una lingua omnes homines loquebantur; ita converſis hominibus ad cultum veri Dei, ſublata linguarum confuſione & varietate, ex ſuperbia & peccato orta, omnes Hebraica primæva lingua uſuros: utrum autem vel in hoc, vel futuro ſeculo id fiet, eventus ſuo tempore declarabit, cum præſertim, ſicut olim, confuſio linguarum ſignum iræ divinæ, deinceps donum variarum linguarum, miſſione Spiritus Sancti ſignum gratiæ fuerit, & Dei laus non in una, ſed varia lingua propagatur. Id ſane idioma ab Adamo in Seth filium, & ejus poſteros, ante & poſt diluvium, à nepotibus Noe, ſincerum & incorruptum propagatum, conſervatumque fuiſſe, tum ex qua-

tuor literarum nomine, quod tetragrammaton dicitur, & quod ſanctum nomen יהוה Jehovæ exprimitur, cui admirandas virtutes Hebræi attribuunt, primævis & antiquioribus literis, hodierno die exaratum apparet; tum quod Joſephus epiſtolam ab Alexandro Magno ad Ariſtotelem præceptorem ſuum ſcriptam, recenſet, de ſepulchro Cainan, filij Enos, qui fuit ante diluvium, in civitate Perſica invento: cujus Epithaphium literis Hebraicis priſcis ſcriptum fuiſſe, de diluvio futuro, Alexander teſtatur. Poſtero tempore Abraham, licet Chaldæus fuerit, attamen, teſte Svida, ſacras literas, & linguam ſanctam, olim ab Adamo & nepotibus inventam & excultam, conſervavit. Quod facilius fieri potuit propter utriuſque linguæ magnam ſimilitudinem, in ſcribendo & loquendo. Hunc ſecutus eſt Moyſes, qui non ſolum Decalogum, antiqua lingua Hebræa in tabulas lapideas auctore Deo & ejus digito, inciſum, accepit; ſed etiam alias leges & præcepta, ad religionem & rempublicam pertinentia, totis illis diebus quadraginta, quibus fuit alloquio divino occupatus, in monte Sinai conſcripſit, quæ tandem uſque ad DCXIV. excreverunt. Affirmantia quidem CCLXXXVIII. quot hominum oſſa à Chirurgis numerantur. Negantia vero CCCLXVI. quanta eſt ſumma dierum anni. Vnde à nonnullis Hebraicarum literarum inventor exiſtimatur, cum præſertim eam linguam punctis inſignitam, à Deo accepiſſe dicatur, dum legem in monte ſuſcepit, licet ea puncta eſſe recentiora, à nonnullis exiſtimentur, & exorta eſſe demum poſt tempora Honorij Imperatoris, anno ab everſo templo CDXXXVI. & poſt Christi paſſionem CDLXXVI. in Tiberiade urbe Galileæ. Duravit hæc integritas linguæ priſcæ Hebreæ deinceps utcunque, quamdiu veri Prophetæ, & pij Reges, florente regno Iſraelitico, vixerunt & regnarunt, donec Judæi propter idololatriam, & alia horrenda ſcelera, amiſſo regno, etiam linguæ ſuæ ſanctiſſimæ & elegantiſſimæ jacturam fecerunt. Vnde apparet quemadmodum ſuperbia, & alia peccata populi, in ædificanda turri Babylonica, Deum ita offenderint, ut loco pœnæ, confuſionem linguarum immiſerit, & ita iratus vaniſſimos conatus hominum, cupidiſſimo animo ad tam ſuperbum ædificium intentorum, impediverit, manentibus tamen priſtinæ linguæ veſtigiis apud illos, qui participes hujus pompoſi operis & ſtructuræ non fuerant, inter quos recenſetur Heber, à quo poſtea lingua illa Hebræa dicta eſt, ita perſeverantibus Judæis contra legem divinam, in ſuis Idololatriis & delictis, uſum verum primævæ & veræ linguæ, in Paradiſo, Doctore Deo, ortæ, propemodum radicitus fuiſſe extirpatum. Hoc accidit cum primo decem tribus, deinde reliquæ duæ in Aſſyriam captivæ ductæ eſſent, deſtructa Hieroſolyma, templo & regno Judaico, in qua ſervitute ſeptuaginta annos permanſere. Illo exilio

diuturno potius Syriacæ linguæ uſum (ſicut fieri ſolet à victis, ad aucupandam victorum gratiam) aſſumpſerunt, quam incorruptam priſcam linguam retinuerunt. Poſtquam autem, duce Zorobabele, duæ ſaltem (ut Suidæ placuit) tribus, ac dimidia, ad inſtaurationem templi reverſæ ſunt (nam reliquæ potius in Perſia manere, quam in patriam, metu hoſtium circumiectorum, redire voluerunt) Esdras, ſacerdos, & ſcriba, novas literas, quæ Hebrææ, loco primævarum, dictæ ſunt, quarum nunc uſus eſt, invenit. Eæ, licet ab Alphabeto, quod Adamo, filiis Seth, Abrahamo, & Moyſi conſuetum fuit, quantum ad figuras longe diverſæ fuerint, cum eo tamen, quantum admodum ſcribendi, & characterum numerum, eſt idem. Nam duæ & viginti ſunt literæ, à dextro in ſiniſtrum latus deſinentes, eodemque ſono pronuntiantur. Mutationem autem illam, parum ab Syriaca lingua differentem, ideo factam fuiſſe cenſent, ne Samaritanorum literis & characteribus, qui Hebræos conſervarunt, ſimiles eſſent, neve Judæi cum ſchiſmaticis Iſraelitis ullo ſacrorum uſu communicarent. Quamobrem iſtæ literæ & lingua Hebræa, quæ fuit à Judæis poſtliminio reverſis, repudiata, ante captivitatem & poſtea, Samaritana vocata eſt. Hæc obiter de primæva & recentiore lingua Hebræa, recenſere volui, cum illa mutatio non ſolum ſit memorabilis, ſed etiam ad multas res graves & non vulgares rectius cognoſcendas, admodum utilis Offeret autem ſeſe fortaſſis occaſio alio tempore commodiore latius differendi, quomodo à lingua primæva Hebræa, veluti à matrice, reliquæ linguæ omnes fluxerint & propagatæ ſint. Ideoque multa vocabula iis, etiam in noſtra vernacula, remanſerunt.

Nunc vero ad vos humaniſſimos Candidatos (veſtra enim potiſſimum res agitur) convertit ſe mea oratio Mirantur vere eruditi & docti viri, plerunq; eos, qui doctrina & eruditione non vulgari præditi ſunt, potiſſimum operam ſuam impendere, ut orationem aliquam elegantē Latinā conſcribere poſſint; Verum in elocutione & pronuntiatione parū ſolicitos eſſe, ita ut auditoribus eruditioribus ſæpenumero potius nauſeā moveant, quā eos ad audiendū attentos faciant. Hocq; fit ſolummodo ex prava cōſuetudine, qua ab ineunte ætate imbuuntur, neq; exercentur ad elegantem & decorā pronuntiationem. Inter iſta vitia, quæ à paucis animadvertuntur, præcipua ſunt, Jotaciſmus, quando I litera, pleniore ſono, & ſupra juſtū decorem extenditur. Lambdaciſmus, ubi L, nimis operosè ſonat, ut, Ellucet, pro Elucet: Salluus pro ſalvus. Iſchnotes, loquendi quædā exilitas, ut pro Nunc, Ninc, &c. Trauliſmus, hæſitantia quædam, aut titubantia oris, ut Cacanit, pro Canit: Tutullius pro Tullius. Huic vitio Fabius Quintilianus remediū affert. Plateaſmus, quando craſſius, & voce pluſquam virili nitimur, ut pro Montes, Moantes;

Moantes: Fontes, Foantes. Tritum quoque eſt apud noſtrates, quod pro V. conſonante, F. ſonant; & contra V pro F, ut Folo pro Volo: Fis pro Vis: Vero pro Fero. Hæc & ſimilia vitia cotidie, ex corrupta elocutione, magno cum faſtidio doctiſſimarum aurium audiuntur. Ideoque adhibenda diligentia eſt, ut ſi recto tramite ad altiora aſcendere cupiatis, prius minima iſta obſervetis & corrigatis. Puerilis hæc eſt monitio, forte dicetis, neque conveniens tam ampliſſimo conſeſſui. Verum pueriles errores licet minimi videantur, ſi in adultioribus perdurant, minime ferendi ſunt, præſertim ii, qui indecori habentur, & offenſionem pariunt. Quemadmodum enim ea, quæ nunc virgulta ſunt, erunt, ſi negligantur, robora: ita, quæ initio facili avulſione dirimi poſſunt, poſtea vix ſecuribus icta, ſuccumbent. Quæ elegans ſimilitudo ad multa utilis eſt. Idipſum quoque obſervavit Melanchthon, lumen illud Germaniæ, qui recitare ſolitus fuit hiſtoriam, de Legatis Wirtenbergicis, ad Pontificem Romanum miſſis. Etſi enim ii viri docti, eloquentes, & magna auctoritate præſtantes eſſent, tamen eorum pronuntiationem & perorationem tam craſſam & ingratam auribus Pontificis & Cardinalium fuiſſe, ut indignabundus illos abſque reſponſione dimiſiſſet, re infecta, niſi Capnio velut interpres, ſuaviore elocutione illorum errorem correxiſſet, atque delicatioribus auribus Pontificis ſatisfeciſſet. Hos Plateaniſmos Melanchthon Hechingenſe Latinum, cum eſſet hilarior, in familiari colloquio, ſubridendo appellare ſolebat. Præterea memini, cum ſuperioribus annis Legatus Regis Galliarum, Nicolaus Herlæus, D. de Sanci, in progreſſionibus inventutis, & diſtribuendis præmiis auditor & ſpectator hoc in loco, adeſſe non dedignaretur, illique noſtræ ſolemnitates admodum placuiſſent, cum præſertim à Georgio Paulo Nuzelio patricio Norimbergenſi, tunc adoleſcente & claſſico adhuc, eleganti oratione extemporanea exceptus, & illi gratiæ peculiares pro honorifica præſentia actæ eſſent: Eum nihil aliud deſideraſſe, quam politiorem, cultiorem, & molliorem pronuntiationem, ita ut diceret, ſe pleniorem ſenſum eorum, quæ dicerentur, aſſequi non potuiſſe. Hoc vitium etiam in noſtra vernacula lingua non inuſitatum eſt, ſicut in conventibus Imperii & Statuum, in peroratione Legatorum ſæpenumero non abſque moleſtia auditur, quando præſertim vel elatio nimia, vel exilitas vocis accedit. Poſtremo hanc doctrinam Colophonis loco memoriæ commendetis; Literarum ſcientiam non tantum tacentes, ſed etiam loquentes, ornare.

Tacentes, quoniam mores rudiores cohibet & purgat: Loquentes, cum verbis gratiam & elegantiam ſubminiſtret.

CAPVT

Caput LXXI.

De ſermone & loquela, quæ hominis ſolius propria eſt: excerpta ex oratione, habita Aldorfii in promotione Magiſtrorum anno 1607. cum appendice epiſtolæ Photii Patriarchæ, de dæmone ex ventre humano loquente.

PErlubenter, ſpectabilis Domine Decane Philoſophicæ Facultatis, abſque omni mora vel hæſitatione tuæ petitioni ſatisfacerem, præſertim in re, quæ non ſolum per ſe eſt honeſtiſſima, ſed etiam Academiæ noſtræ admodum honorifica: denique hiſce Candidatis aſtantibus, qui lauream, quæ in philoſophicis ſtudiis præclara & ſumma eſt, expetunt, grata & laudabilis: ſi non legibus Academicis aſtricto, ratione muneris, ab ampliſſimo & Prudentiſſimo Senatu, & D. Scholarchis, demandati, mihi prius nonnulla accommodata & convenientia, hiſce noſtris actionibus dicenda & peroranda eſſent. Vt igitur officio meo, & præſtantiſſimorum Auditorum cupiditati, quantum in me eſt, ſatisfaciam, paucis me expedire conabor. Conabor, dico; parum enim abeſt, quin recens luctus domeſticus, ſane acerrimus, adempta mihi dimidia parte mei corporis, (uxore videlicet cariſſima, cum qua 36. annos vixi in coniugio, ut veteres locuti ſunt, abſque bile, & ſine querela) & perturbationes atque ægritudines animi inde ortæ, in hac mea ingraveſcente ſenecta, impedimento mihi ſint, & memoriam ſuperioribus annis firmiorem & promptiorem admodum debilitent, ut ne pauca quidem proferre poſſim; verum publica utilitas præferenda eſt privatis affectibus. Audiviſtis, nobilitate, prudentia, dignitate, virtute, & eruditione præſtantiſſimi viri, ornatiſſimique, & humaniſſimi auditores reliqui, ſuperioribus annis, me ex hoc ſuggeſtu, ſicut tunc animadvertere potui, attente quædam, ut ſpero, non futilia, ſed utilia, licet non ea, qua par fuit, cultura & elegantia ſermonis, perorantem, de præſtantia linguæ Hebraicæ primævæ, & tanquam matrice linguarum omnium, & de mutatione eius, nec non & origine aliarum variarum linguarum, in orbe terrarum hinc inde, in regionibus propinquioribus & magis diſſitis, apud diverſas gentes & populos ſparſarum. Nunc vero eidem materiæ inhærendo, nonnulla de ſermone & loquela, quæ homini ſoli propria eſt, diſſeram. Quare iterum atque iterum peto, ut me, ſicut antea ſemper feciſtis, benigne & humaniter abſque tædio audire velitis. Etſi ſonum vel vocem ſignificativam cunctis animalibus tributam

butam eſſe teſte quoque Ariſtotele, non ignoramus, & nonnulli ſunt in illa falſa perſuaſione, non ſolum animalia bruta & belluas, ſed etiam aves & piſces poſſe communicare inter ſe cogitationes atque voluntatem ſuam: tamen ſermonem ſoli homini, rationis participi, datum eſſe, fatendum eſt, vt ſcilicet utilitatem ac damnum, nec non iuſtum & iniuſtum, aliaſque ſuas cogitationes diſtincte & articulata voce aliis oſtendat, quod non, niſi per locutionem, quæ illi tantum data eſt, fieri poſſe conſtat. Quamvis autem Pſittacus, ἀνθρωπόγλωττος dictus, quaſi linguam hominis habens, & corvus, & pica, ob linguam ſibi latiorem, quam cæteris avibus naturaliter datam (lingua enim mollis, lata & abſoluta, affirmante eodem Ariſtotele, ad emittendum ſonum, inſtar locutionis, accommodatior eſt, ut etiam in ovibus & bobus patet) voces quaſdam articulatas, humanæ ſcilicet loquutioni adſimiles, miro naturæ artificio, exprimere videantur: eas tamen aves proprie loqui non eſt dicendum. Quæ enim pronuntiant, ipſæ non intelligunt, ſed aſſuetudine quadam id agunt, & non, niſi quod ex ſæpe reiterata prænuntiatione & ſuggeſtione didicerunt, proferunt, nihil tamen penitus intelligentes: tametſi Martialis de Pſittaco illo Cæſarem ſalutante, ait:

Pſittacus à vobis aliorum nomina diſcam,
Hoc per me didici dicere, Cæſar ave.

Et de pica:

Pica loquax certa dominum te voce ſaluto,
Si me non videas, eſſe negabis avem.

Et Petronius in Satyrico: Super limen caveæ pendebat aurea, in qua Pica varia intrantes ſalutabat. Iocatur enim illo loco Martialis more poëtico, utens Proſopopœia, veritatem ipſam excedente. Sic Pſittacus, teſte Zonara, forte fortuna liberavit & conciliavit Leonem, ex cuſtodia patris Baſilii Imperatoris, in quam fuerat mancipatus ob ſuſpicionem affectati regni, cum in convivio ſolenni ſæpius clamaret: O Leo, Leo; quaſi illum præſentem exoptaret, ſed haſce voces antea ab aulicis, qui Leonis calamitatem ægre ferrent, audiverat. Nam lingua, ut ait Ariſtoteles, non niſi ad ſignificandum aliquid alteri, contributa eſt. Id quod abſque intelligentia, quæ in brutis animalibus non exſtat, fieri haudquaquam poteſt. Cæte- *Dec.1.lib.3.*
rum, ſi aliquando accidit, ut bruta animalia loqui viſa fuerint, ſicut per *& Decad.*
ſerpentis mendacia noſtri primi parentes decepti ſunt, & Livius ſcribit, *3.l.4. & 7.*
bovem locutum, id certe prodigioſum, atque in iis dæmonem locutum
fuiſſe, dicendum eſt. Vel divina virtute res huiuſmodi evenire poteſt, ſic- *Num.21.*
ut in ſacra ſcriptura eveniſſe legitur de aſina Baalami Prophetæ, vel potius incantatoris. Huc referri poteſt, quod Geſnerus de duabus luſciniis,

noctu, in caveis, de bello Schmalcaldico, humana voce articulata, confabulantibus, & de exitu illius differentibus, ſcribit. Aut enim id miraculoſè factum eſt, aut is, qui in illo cubiculo æger & inſomnis iacebat, ea, quæ in mente obverſabantur, ſub imaginatione quadam, audire ab avaculis viſus eſt ſibi.

Homini igitur (ut ad ſecundum membrum propoſiti noſtri veniam) ſoli datum cum intelligentia loqui, quæ facultas tamen non à prima naſcentis luce conceſſa eſt, ſed quodam certi temporis intervallo, à natura ſibi præſcripto, aliis tamen citius, aliis vero tardius ſupervenit. Experientia autem teſtatur, ſi ut idem Ariſtoteles quoque obſervavit, ſi quis ante idoneam loquendi ætatem verba pronunciaſſe dicatur, vel eum rurſus obmutuiſſe, quouſque ſolitum tempus loquendi acceſſiſſet, ſcilicet, ut Plinius auctor eſt, ſi vertex infantis palpitare ceſſat, hoc fit plerunque circa menſem 14. ætatis ſuæ: vel eundem, poſt præcocem ſermonem actutum obiiſſe, ſicut cuidam infanti regio eveniſſe, compertum eſt, qui ſupra omnes naturæ leges, vix dum quatuor & viginti vitæ horis completis, verba, ad paterni regni amiſſionem, & perniciem gentis, ac deſolationem pertinentia, edidit: quibus enuntiatis, cum mox exanimem concidiſſe, proditur. Inſigne eſt igitur donum divinum, elocutio vel ſermo intelligens, ſoli homini beneficio linguæ datum. Ob eam rem admodum raro Sathanas, & ſpiritus maligni ſermone articulato & humano utuntur, ſed vel obſeſſorum linguam, veluti organum ſibi idoneum, permittente Deo, regunt, vel in contemptum huius doni, γαςριμα τεία vel ϑαςριμυθεία, vaticinia ex ventre, ſpiritibus turgido, præpoſtero modo proferre ſolent. Hi ἐγγαςριμυθοι, id eſt, *ventriloqui* appellantur, & tales Pythia, apud Delphos olim, & Pythonici, quorum in ſacris literis mentio fit, fuere. Talem ventriloquam puellam in actis Apoſtolorum fuiſſe, auctor eſt Divus Auguſtinus. Nicetas Choniates quoque in

Cap. 16. ſuis Annalibus notat, Andronico Imperatori Græco ab Engaſtrymitho prædictum ſuum exitium fuiſſe. Et Cælius Rhodiginus ſe patrum noſtrorum memoria fœminam ventriloquam crebro vidiſſe in patria ſua, teſtatur. Idipſum quoque confirmat Tertullianus, ſeque vidiſſe ventriloquas fœminas, è quarum pudendis vocula quædam, dum ſedebant, excitabatur, reſpondebantque ſciſcitantibus. Reſtat nunc, ut de tertia & poſtrema parte noſtræ oratiunculæ quædam diſſeram. Quemadmodum, ut modo diximus, ſermo ſolius hominis, & loquendi poteſtas illi ſoli naturaliter inſita atque innata eſt: ita homini nullam prorſus linguam peculiarem

De anima. & naturalem eſſe conſtat. Hoc movit B. Auguſtinum, ut diceret: Si quis

quant. cap. inter mutos natus & alitus eſſet, ſerò ac iam iuvenis in alios homines in-

18. tom. 1. cidens, loqui diſceret, cum aliam linguam non noſſet. Si qua enim ei na-

turalis

turalis foret, omnes homines uno idiomate loquerentur. Nam quod uni ſpeciei naturaliter convenit, id omnibus eiuſdem ſpeciei individuis congruere neceſſe eſt. Propterea naſci hominem & mutum, & ſurdum, audireque prius pueros, moxque loqui, Ariſtoteles affirmat. Quare ſi ſermonis vel loquutionis conſideretur materia, quæ eſt vox articulata in pulmoni canna, & à vocali arteria pullulans, loquutio hominis quidem naturalis eſt, ſed ut homo hac vel illa loquatur lingua, id humanæ arti & induſtriæ tribuendum erit. Ita ſi hoc vel illud idioma perpenditur, id artis eſſe noveris: quemadmodum gladius, ſi materiam ſpectes, ferrum ſcilicet, naturalis eſt: ſi formam, arte eſt confectus. Cæterum ſi qua lingua homini eſſet naturalis, Hebraica profecto foret omnium linguarum prima. ſicut ſuperioribus annis firmis rationibus demonſtravimus. & paulo ante huius rei mentionem fecimus, quam primus homo, divinitus edoctus, cæteris ad imitandum præmonſtravit. Unde nonnulli in ea opinione ſunt infantes illos, quos Herodotus à Pſammethico, Rege Ægyptiorum, inter pecora ſolummodo, lacte caprino alendos, atque in ſolitaria caſa cuſtodiendos, abſque alio commercio hominum, nonnullis elinguibus dediſſe ſcribit, bimulos illos, vel ſonum, & balatum, ad imitationem caprarum protuliſſe, vel Leché, id eſt, Hebraica lingua, panem, & Lain, id eſt, vinum poſtulaſſe. Illud tamen, quam hoc vero ſimilius & receptius eſt. Merito itaque homines propter hoc peculiare beneficium, tam naturale, quam artificiale loquendi, & ſuos ſenſus & cogitationes, cum ratione & facultate diſerta exprimendi, divinitus conceſſum, auctori & datori omnium bonorum gratias agant, eoque non ad vetitas vel ludicras artes, aut alio modo futiliter abutantur, (cum de omni otioſo verbo unicuique ratio reddenda ſit) ſed ad honeſta, pia, utilia, tam publica quam privata ſtudia & diſciplinas recte collocent & adhibeant.

Quoniam igitur hæc monitio ad vos Candidatos quoque & maxime quidem ſpectat, gratulor vobis, eo vos perveniſſe, ut contemtis obtrectationibus inſulſæ & ſtolidæ plebis, ſermone erudito, variis linguis, & moribus honeſtioribus excellere, atque hoc beneficio ſermonis, benignitate divini numinis, hominibus peculiariter conceſſo, recte potius uti quam abuti cupiatis, ob eamque rem locupletiſſimum teſtimonium ſpectabilis D. Decani, & Philoſophici Collegii, publicum habeatis, ut dignitate Magiſterii, veluti fructu diligentiæ & laborum veſtrorum, honeſte ornari poſſitis. Sed deſiderantur adhuc multa, ad illum Magiſterii egregium titulum ornandum, & cum laude id, quod requirit, gerendum. Nondum enim ad extremam metam & arcem honoris & virtutis perventum eſt, ita ut corpore & otio, quaſi ſuperatis atque exantlatis omni-

omnibus laboribus, ſicut multi faciunt, iam torpeſcere & indulgere poſſitis. Reſtant namque multa non ſegnibus & induſtriis, virtutis veræ iter ingredientibus, ut maiora, ita aſperiora. Etſi autem virtus durioribus negotiis eniteſcit, & aſpernatur declivem facilitatem, maximoque ſudore arduū laudis adnititur: tamen hoc ſudoris & laboris ſtudium ſequitur libertas, felicitas, gloria; ſegnitiem vero, ſervitus, calamitas, contemtus. Etenim non eſt operæ pretium, ſi quis diſciplinas honeſtas perdiſcat, ni ſimul vitæ rationes ad id, quod eſt optimum, componat, atque accommodet. Inprimis vero turpe eſt, & ignominioſum, doctrina & eruditione antecellere, & factis atque moribus ipſis, ſeſe ridiculum & exibilandum exhibere. Quisquis igitur aliud ſentit, & aliud docet atque agit, is tantum videtur à vera eruditione & ſcientia, quantum à probitate, abeſſe. Omnibus autem modis cavete, ſi dignitatem Magiſterii, quam expetitis, conſecuti fueritis, ne elatiores & arrogantiores evadatis, vel erga ſuperiores, vel pares, vel inferiores, quaſi aliorum opera deinceps carere poſſitis, & omnia in vobis ſita habeatis. Nihil enim eſt, quod animos hominum ab officio magis abducat, quam perſuaſio & imaginatio felicitatis, & excellentiæ propriæ, quam & contemptus & deſpicientia aliorum plerunque, veluti pediſſequæ, comitari ſolent. Hæc ſolet animos hominum inflare, ſpirituſq; quoſdam elationis & arrogantiæ plenos ſecum afferre. Quæ res facit, ut intolerabilis aliquis fiat, ſummoque in omnium odio verſetur. Quare omni ratione cohibendus eſt hic impetus ambitioſus, & faſtu plenus, modeſtiæq; freno coercendus, omniſque aſperitas vitanda, contraque ſumma humanitas, atque in omnibus dictis & factis ſuavitas inducenda. Qua virtute ut nulla eſt viro bono & Chriſtianæ profeſſioni coniunctior: ita nec, quæ magis invidiam mitiget, communemque hominum benevolentiam omnibus conciliet atque adiungat. Hiſce monitis, ſi feriatis, ut aiunt, auribus, & ut inquit Comicus, perpurgatis, daremus operam, ſimul præſentibus pro re nata, citra ullius reprehenſionem, placide uteremur; ſimul præteritorum grata recordatione acquieſceremus: poſtremo ad futura intrepide & confidenter, certa atque alacri ſpe nobis prælucente, accederemus.

Viſum eſt huic capiti, in quo facta eſt mentio Diaboli, ex ventre humano loquentis, adiungere pro corollario inſignem & eruditam Photii Patriarchæ de eodem argumento epiſtolam, ex Græca Latinam ab amico quodam factam, quod lectori non ingratum fore confidimus.

Conrad. Rutteshuſ.

THEO-

THEODOTO SPATHARO CANDIDATO, PHOTIVS Patriarcha Conſtantinopolitanus.

MAlum illum atque impurum ſpiritum, qui latibulum ſuum in ventre humano habet, & receptaculum ſtercoris pro domicilio incolere dignus eſt, religioni quidam addicti Chriſtianæ ſcriptores valde ſignificanter cognominarunt ἐγγαστρίμυθον, quaſi dicas, ventriloquum. Græcorum vero alii, iique plurimi, ἐντερίμαντιν, alii autem ἐγγαστρίμαντιν appellarunt: (quorum vocabulorum alterum ſignificat eum, qui ex inteſtinis, alterum, eum, qui ex ventre vaticinetur.) Sophocles ſane & Plato, credo, quod ipſos puderet pro Dæmonio incolatus ventris, alter quidem (ut qui poëtico præditus eſſet ſpiritu, magnaque libertate linguæ, & ſuo quoque ac proprio iure veteretur) loco ventris præcordia ipſi concedens inhabitanda, στερνόμαντιν mutato nomine dixit (quo ſignificatur is, qui ex præcordiis ſeu pectore oracula edat) Alter vero, evidentiam fortaſſis mendacii declinans, diverſo quodam artificio contumeliam illam avertere ſtuduit, ideoque ventris domicilium εὐρυκλέα appellavit: cum hoc nomine vocatus eſſet olim quidam ob iſtum affectum celebris ac famigeratus: à quo etiam ſucceſſorib⁹ eandem tribuunt appellationem. Videtur enim genus illud Dæmoniorum non modo in mulierum, ſed etiam virorum ſtercore gaudere ſtabulari.

Inducit autem hoc genus populum in errorem, adeoque extremam iis, qui ipſi attendere animum induxerunt ſuum conciliat perniciem. Sed & Pythonem hunc ſpiritum multi ex Græcis indigitant: qui, ut mea opinio fert, Philippenſium quoq; puellæ ventrem incolens, collectam ex deceptione hominum ſtipem inferre dominis eius ſolebat, ut qui per ipſam etiam illius dominium uſurparent. Qui quidem malignus ſpiritus, cum etiam Pauli animo ſeſe prava quadam machinatione & vafr amento per laudes atque encomia inſinuare conatus eſſet, mercedem adulationis hanc invenit, ut ex iniuſta & amica ſua habitatione exterminaretur. *Acto. Apoſt. c. 16. verſ. 17.*

CAPVT LXXII.

De Bibliothecis memorabilia quædam, excerpta ex oratione habita Aldorfii, anno 1608. Cum epiſtola Beſſarionis Cardinalis, & Patriarchæ Conſtantinopolitani.

COnſtitui nunc, pauca, de Bibliothecis præcipuis, de earum primordio, excellentia, uſu, & utilitate, differere. Hanc enim materiam hiſce

noſtris Academicis actibus optime convenire arbitror. Exordiar autem à definitione. Sunt igitur Bibliothecæ theſauri literarii, in quibus optimorum auctorum libri reconduntur, & univerſæ Reipublicæ & privatorum commodis inſerviunt. Quare vere & præclare dicitur, docta hominum ſcripta veram ingeniorum effigiem, veraque nec non æterna monimenta eſſe. Ob hanc rem, uti reor, Reges olim & imperatores, atq; alii locupletes homines, bonarumque literarum & artium cultores, Bibliothecas inſtituerunt. Quod opus ſane non novum & recens eſt, ſed in primo ſeculo mundi cœpit. Conſtat enim partim ex ſacris literis, partim ex veterum ſcriptis, Enochum Prophetam, qui fuit ſeptimus ab Adamo, & in cœlum vivus translatus eſt ætatis ſuæ 365. primum fuiſſe, qui ſua vaticinia ſcripta in libros congeſſerit, in quibus vaticinia dicuntur fuiſſe, quæ Patriarcharum nepotibus eventura erant, de futuris Hebræorum ſceleribus & pœnis, de eorum everſione & captivitate, de Mundi Salvatore ab Hebræis occidendo, deque eorundem perpetua inter gentes diſperſione, & de Chriſto ad iudicium cum Angelis venturo. Addunt præterea nonnulli, patefactum ab eo fuiſſe in ſuis ſcriptis celebre vaticinium de geminis totius terræ cladibus, altera per inundationem, altera vero per incendium, futuris. Conſtat igitur, teſte Beato Iuda Apoſtolo, Enochum prophetaſſe, & prophetice ſcripſiſſe, librosque poſt ſe reliquiſſe, quem abſque dubio imitati ſunt homines pii in conſervandis libris, ante & poſt diluvium, ad monimenta prædeceſſorum conſervanda, unde Bibliothecæ ortæ & propagatæ ſunt. Licet memoria illorum librorum, ob univerſalem inundationem non ſuperſit (cum præſertim vera Caballa tunc temporis in uſu fuerit, quæ nihil aliud ſignificat, quam traditionem doctrinæ factam à maioribus quaſi per manus. Ita enim voce & concione inſtruebant pii Patriarchæ liberos ſuos, non ſcriptis & libris.) Horum vero ante libros Moyſis rarus eſt numerus. Ob hanc rem multi ſunt in illa opinione, prophetiam & ſcriptam hiſtoriam ſacram Moyſen primum incepiſſe. Quomodocunque autem ſeſe res habeat, conſtat, Hebraicam Bibliothecam primam à Moyſe, & alteram ab Eſdra conſtructam: Nec non Babylonicam à Nabuchodonoſore; Græcam à Piſiſtrato; Bibliothecam Alexandrinam à Ptolomæo Philadelpho, ſeptingentis voluminum millibus, nec non Apamienſem præ reliquis, inter antiquiſſimas, celebres, & præſtantiores fuiſſe Italicas Bibliothecas, poſt Alphonſinam, qui Rex non minus ob res egregie geſtas, quam literis clarus evaſit. Hodierno ſane die reliquas omnes ſuperat, quantum ad ſtructuram ſplendidiſſimi ædificii, & numerum ſelectorum librorum, Bibliotheca Vaticana, à Papis, præſertim recentioribus, maximis ſumtibus, ſplendide exornata, quæ peculiaria libro, non ita pridem

Romæ

Romæ edito ab Angelo Comerino, & deſcripta & depicta eſt. Celebrantur & aliæ plures Bibliothecæ multis in locis, & fere in toto orbe terrarum. Sed his omiſſis (ad eas enim plenior catalogus requiritur, in quem etiam in Germania Bibliotheca Palatina Electoris Heidelbergæ, & Bavarici Ducatus Monaci: addo quoque Reipub. noſtræ, refertam antiquis & recentibus libris, referri poſſunt) Venetæ Reipubl. eſt inſignis, & tam Græcis, quam Latinis literis inſtructiſſima, quam inſtituit Beſſarion Nicenus Cardinalis & Patriarcha Conſtantinopolitanus, eamque Reipub. Venetæ dono dedit, ut ipſemet teſtatur in quadam Epiſtola Italice conſcripta, quæ inſerta eſt inter literas, quæ dicuntur Principum. Adſunt autem conjecturæ ac rationes multæ, illam Epiſtolam ab auctore, ſi non Græce, attamen Latine exaratam, deinde à quopiam alio, ut ea inter literas Italica lingua conſcriptas inſereretur, translatam (cum ea potiſſimum tempeſtate, qua ad nobiliſſ. is ſcribebat Rempublicam, frequentius Latine, quam Italice, ſicut quoque ad familiares & principes præſertim ſcribere ſoleret) in qua Epiſtola Beſſarion non tam miram ſuam ipſius iam inde à pueritia induſtriam in conquirendis & emendis, deſcribendisque libris, pro Bibliotheca conſtituenda, ſimulatque veram librorum excellentiam & utilitatem, quam quo modo vera & laudanda gubernatio Reipublicæ inſtituenda ſit, doctè declarat. Eius tanta erga doctiſſimos viros fuit liberalitas, ut ipſius domus artium liberalium literatorumque aſylum diceretur. Mortuus autem eſt ætate confectus, anno ſalutis 1483. Operæ pretium igitur duxi, hanc Epiſtolam, in quam ante pluſculos dies forte fortuna incidi, cum in alia lingua eam non legerim, ex Italica in Latinam, rudi quidem & ſtalianizante (ut ita dicam) ſtylo, transferre, ut ab ignaris linguæ Italicæ etiam legi & intelligi non poſſit. Eſt autem talis:

BESSARION CARDINALIS, PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANUS, Illuſtriſſ. Principi Chriſtophoro Moro, & inclyto Senatui Veneto.

EGo ſane ab ineunte ætate, omnem laborem, omnem operam, omne denique ſtudium in conquirendis libris, in omni genere ſcientiarum conſumſi, & ideo plurimos exaravi propria manu, & hanc exiguam pecuniam, quam in mea vita frugali colligere potui, ad comparandos libros comparſi. Cenſebam enim, me non poſſe accumulare ſupellectilem pretioſiorem & nobiliorem, neque theſaurum opesve utiliores & excellentiores, quam libros refertos ſapientum dictis, refertos legibus & pietate. Hi vivunt, converſantur nobiſcum, & leguntur à nobis: Hi inſtruunt nos, admo

admonent, conſolantur, & ponunt nobis ante oculos olim res geſtas quarum memoria aliàs non exſtat. Tanta eſt ipſorum potentia & efficacia, tanta dignitas, tanta denique divinitas, quod ſi illis deſtitueremur, omnino eſſemus inſipidi & rudes, abſque notitia rerum præteritarum, & exemplorum laudabilium: denique deſtitueremur cognitione divinarum humanarumque rerum, idemque ſepulchrum, quod contegeret defunctos, etiam eorum nomen aboleret. Etſi autem omni tempore collector librorum ſedulus fui, tamen maiori aſſiduitate & cupiditate hac in re uſus ſum, poſt vaſtationem Græciæ, & miſerabilem & deplorandam ruinam Conſtantinopolitanæ urbis, adhibendo omnes vires, omnes cogitationes, omnem operam, omnem induſtriam, omnes denique facultates meas, ut poſſem nanciſci libros Græcos. Etenim dubitabam, & admodum verebar, ne perditis cæteris rebus, interciderent ac amitterentur tam multi excellentes libri, tanti labores præſtantium virorum, tanti ſudores, tantæ vigiliæ, tanta lumina totius mundi, quemadmodum olim quoque tam magnam iacturam paſſi ſumus. De ducentis enim & viginti millibus librorum (quorum Plutarchus meminit) qui in Bibliotheca Apameæ aſſervabantur, vix mille ad nos pervenere. Cæterum non tam magnum numerum librorum, quam optimos & excellentes, deq; ſingulis ſolummodo unum exemplum ſtudui colligere, unde evenit, ut fere omnia volumina, quæ in ruinis univerſæ Græciæ remanſerant integra, & quæ vix alibi reperiuntur, congeſſerim.

Verum cogitanti mihi ſæpenumero de hoc ſtudio & intento meo, non potui cupiditati meæ ſatisfacere, neque quieſcere, ſi non eodem modo illis libris, tam ingenti labore & induſtria, tam magnis ſumtibus à me collectis, dum adhuc ſuperſtes eſſem, recte proſpectum eſſet, ut ſecutus eſſem, ne me defuncto diſſiparentur vel abalienarentur, ſed reponerentur in locum quendam tutum & opportunum, ad communem utilitatem hominum ſtudioſorum, & amatorum literarum. Hæc, inquam, cum ſæpius animo meo revolverem, & omnes civitates Italiæ contemplarer, nullam, in qua animus meus acquieſcere vellet, præterquam veſtram celebrem civitatem reperire potui. Inprimis autem videbatur mihi non poſſe eligi locus tutior, quam talis, in quo gubernator cum æquitate, leges florent, regnatur cum integritate & ſapientia: Vbi conſpicitur vera ſedes & domicilium virtutis, continentiæ, gravitatis, iuſtitiæ, fidei: Vbi imperium tam æquum & moderatum eſt, quam latiſſimum & ampliſſimum: animi in conſultando liberi, non irretiti cupiditatibus, aliiſve vitiis: ubi prudentes & ſapientes tenent gubernacula Reipublicæ, boni præferuntur malis, & poſthabito privato emolumento, unanimiter in commune

munc conſulitur. Hæc ubi ſunt, merito ſperare debemus, id, quod cupimus, fore, ut videlicet veſtra civitas latius ſuum imperium & nomen propaget, &c. Et cauſæ aliæ ſequuntur, quamobrem potius Venetam urbem, quam alias ad ſuam Bibliothecam conſervandam elegerit. Concludit autem ita hanc epiſtolam: Dono itaque mitto ſacratiſſimo templo Beati Marci, in veſtra inclyta urbe, omnes meos libros, tam Græcos, quam Latinos, cum Indice, ut cognoſcatis affectionem meam, & grati animi voluntatem, ut vos, veſtri liberi, & tota poſteritas ſemper percipere poſſitis fructum meorum laborum, & ſimul hunc communicetis pro amore & benignitate veſtra reliquis ſtudioſis bonarum literarum. Orans Deum, ut veſtram nobiliſſimam Rempublicam, feliciſſ. & tranquilliſſ. eſſe velit. Datæ Viterbii in thermis pridie Calend. Iunii, anno 1468.

Audiviſtis nunc, Auditores præſtantiſſimi & humaniſſimi, brevem & ſuccinctam commendationem Bibliothecarum, & multiplicem utilitatē earum: de qua apud populos humanitatis ſtudiis excultos nullum eſſe dubium poteſt, præſertim ſi audiamus, quæ ante Beſſarionem, tempore Ludovici Imper. in Philobiblio ſuo vir illa ætate eruditiſſimus, & ex Cancellario Regni Angliæ factus Dunelmenſis Epiſcopus, Richardus de Buri, & poſt utrumque ante annos quaſi ſeptuaginta in Bibliotheca ſua Ioannes Keſſlerus Sanct-Gallenſis commentati ſunt. At ê contrario merito reprehenduntur barbari illi Gothi, qui cum vaſtabundi Græciam in Bibliothecas ornatiſſimas, & libros præſtantiſſimos incidiſſent, eos, tanquam prædam inutilē & vilem coacervarunt, ut comburerentur: quod & feciſſent, ſi non admoniti à veterano milite fuiſſent, ne hoc facerent, ſed ipſos illæſos ſinerent. Libros enim tantum utiles eſſe, ut molles & effœminatos otioſoſque homines efficiant: Documento eſſe quod Græcos vicerint, qui opera librorum ad tractanda arma & reſiſtendum imbelles redditi ſint. Hac barbara admonitione, poſteritati utili, libri illi tunc integri ſervati ſunt. Ignorarunt hi barbari, nimirum libros non ſolum præceptis utiliſſimis ad recte adminiſtrandam Rempublicam, ſed quoq; in re militari tractanda, ſcriptos, vera inſtrumenta eſſe ad res, in pace & bello, feliciter gerendas, ſicut ſuperioribus annis in hoc ſuggeſtu prolixe diſſerui. Et excellentiſſimi Cancellarii Hoſpitalis, diſſuadentis bellum contra Hugonotas, reſponſum eſt admodū memorabile: cum enim à Guiſianis reprehenderetur, ſuæ conditioni togatæ non convenire, de bello gerendo diſſerere; iis reſpondit, arma quidem ſe tractare manibus non didiciſſe, ſed ex libris, de cauſis & rationibus belli gerendi & omittendi, ſe ſatis edoctum eſſe, &c.

Caput LXXIII.

Ioſephi Scaligeri Commentatio, de Numiſmate Conſtantini.

INgens ille nummus argenteus clariſſimi viri Marquardi Freheri, quam recens ſit, argumento ſunt characteres arithmetici 234 235. qui ante trecentos aut paulo plures annos ab Arabibus ad nos tranſierunt, ac primo quidem diſſimiles his noſtris hodiernis, poſtea memoria proavorum hac forma interpolati, quæ hodie nobis in uſu eſt. Itaq; nummus hic cuſus aut conflatus eſt non illo ſeculo, quo ii à Chriſtianis recepti ſunt, ſed illo, quo interpolati, hoc eſt, memoria proavorum. Præterea, an unquam à Græcis uſurpati ſint, merito ut dubitem, faciunt libri Aſtronomici, Logiſtici, & computorum Eccleſiaſticorum paulo ante aut poſt everſionem Imperii Conſtantinopolitani conſcripti, quorum omnium numeri non his peregrinis characteribus concepti ſunt, ſed literis Græcis. Denique illos characteres primi omnium Chriſtianorum Hiſpani à Mauris, ab Hiſpanis reliqui Latini Chriſtiani, ab illis Græci acceperunt, ſi modo acceperunt. Et quidem concedamus accepiſſe: ii tamen apud Græcos nunquam vulgo noti fuerunt: ut non opus fuerit, eos in hoc nummo cudere, ut à paucis tantum intelligerentur. Nobis igitur conſtat, recentiſſimam quidem nummi conflaturam eſſe, formas autem incuſas & veteres eſſe, & ex aliquo vetuſto libro aut pictura alicuius Eccleſiæ deſumptas: cuiuſmodi multas hodie videmus in gemmis novitiæ quidem cælaturæ, ſed vetuſtiſſimi argumenti. Nunc de formis ipſis agamus. Non audio clariſſimum virum Abrahamum Ortelium, qui partem Imperatoris equitantis laudabat, tanquam non recentem, averſam νοθεύσεως ſuſpectam habebat. Nos contra ſentimus, averſæ partis argumentum longe vetuſtius iudicamus, quam illud Imperatoris equitantis, cuius pedibus ſubiectæ ſtapediæ, & omnis ornatus equi, quam novitia res ſit, ſatis produnt. Averſæ partis ſtemmata non uno verbo explicari poſſunt. Priuſquam igitur ad explicationem aggrediamur, ſciendum, apud veteres Chriſtianos ſymbola μυστηρίων alia atque alia fuiſſe, pro ratione temporis, ac diverſitate nationum. Ratio temporum primum nullam formam humani vultus, ſed aliarum rerum admittebat: poſtea etiam humanæ formæ admiſſæ. Nationes Orientales alia habuerunt, alia Occidentis Eccleſiæ, in quibus nullum fuit ſymbolum ſine cruce, ut neque Orientalibus. Sed in Occidentali Eccleſia crux ſtatuebatur minio lita, ut Chriſti fuſum ſanguinem deſignaret. Cacumen crucis corona cingebat cum purpureis lemniſcis, adiuncta etiam palma, utrinque νικητήριον erat debel-

debellati huius ſeculi, & mundi triumphati, aut martyrii acquiſiti. Hoc ſimplex ab initio erat ſtemma crucis. Adiectum poſtea Trinitatis myſterium, poſt debellatum impium Arrii dogma. Patrem Deum deſignabant verba ex rutila nube erumpentia: HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS. Filius Deus agni, Spiritus Sanctus Deus columbæ ſpecie ſignificabatur. Alii etiam alia parerga apponebant; XII. Columbas, quibus Apoſtolos volebant intelligi, quatuor flumina ex rupe manantia. Rupes, ſeu petra, eſt Chriſtus: fluenta, quatuor Evangeliſtæ, aut Evangelia ipſa. Hæc erant ſymbola ſimpliciſſima illorum temporum, cùm formas rerum aut animalium, non autem humanas auderent pingere. Nam anchoram, navem, piſcem, columbam ſculpebant aut pingebant: hominem non item. οὐ γὰρ, inquit Clemens, εἴδωλον πρόσωπα ἐναποτυπωτέον, οἷς καὶ τὸ προσέχειν ἀπείρηται. In averſa parte autem nummi propoſiti duæ mulieres ſunt: ex quo apparet, ſymbolū non eſſe vetuſtiſſimorum temporum. Argumentum tamen oſtendit, non eſſe infimæ vetuſtatis. Primum igitur ingens folium, aut inſtar folii conceptum, nihil aliud eſt, quam hortus ille concluſus & fons ſignatus Cantico Canticorum, per quem ſacrum regenerationis lavacrum deſignatur. Ambroſius: His igitur ſacramentis paſcit Eccleſiam ſuam Chriſtus, quibus animæ firmatur ſubſtantia. Meritoque videns profectum eius gratiæ concinentem, dicit ad eam: Quam decora, &c. Hortus concluſus, ſoror mea, hortus concluſus, fons ſignatus. In medio huius καλλιμβήθρας exſtat minus labrum, quod verius dixeris hortum concluſum. Nam ex eo naſcitur lilium convallium, iuxta illud: *Ego ſum flos campi, & lilium convallium*: de quo loco Hieronym. ad Demetr. Decem germina aut fructus emittit. Origenes Hom. 16. in Gen. At vero Iſraeliticus honorat decadem perfectionis numerum. Decem enim verba legis accepit, & Decalogi virtute inſtructus, ignota mundo huic ſacramenta divina largitione ſuſcepit. Sed & in Novo Teſtamento ſimiliter venerabilis eſt decas, ſicut & fructus Spiritûs, denis exponitur germinare virtutibus. Non potuimus dare magis idoneum interpretem. Inter lilium erecta eſt crux inſtar ligni vitæ, è cuius cacumine quatuor columbæ totidem fluenta eructant. Ea ſunt quatuor Evangelia: quemadmodum in Eccleſia Occidentali quatuor fluenta è petra manantia idem ſignificabant. Columbæ ſunt quatuor Evangeliſtæ. Et hoc quoque cum Occidentali Eccleſia facit, quæ per columbas coronam crucis circumſtantes Apoſtolos intelligebat. Paulinus:

Cui coronæ ſunt corona Apoſtoli.
Quorum figura eſt in columbarum choro.

Atqui duo ex Evangeliſtis ſunt Apoſtoli, duo Apoſtolorum adminiſtri.

Aqua illa, quæ inſtar Silanorum ex columbis fluens ſolium complet, eſt aqua baptiſmi: & denique omnia reliqua ſunt ſequela baptiſmi. Primum duæ columbæ ſunt in latere ſolii, interiecto ſerpente, ſuperincumbente leone. Sed columbæ cum ſerpente per ſe conſiderandæ ſunt, poſtea ſerpens ſimul cum leone. Columbæ cum ſerpente eſt id, quod Dominus à regeneratis exigit: Eſtote prudentes, ut ſerpentes, ſimplices ut columbæ. Hoc enim baptizatis occinebatur. Ambroſius libro de iis, qui initiantur myſteriis, capite 4. poſt alia: Simul & eorum, qui baptizantur, non in ſpecie eſſe debet, ſed vera ſimplicitas, unde & Dominus ait: Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.. Vnde manavit illud in vetere Eccleſia proverbium, *μιγνύειν τῷ περιστερᾷ τὴν ὄφιν.* Clemens Strom. 7. *οὐκ ἄρα ἐπιθυμήσει τινὸς ἑτέρου ὁ ἔχων ἀναπαυόμενον τὸν θεόν. αὐτίκα πάντα τὰ ἐμποδὼν καταλιπὼν καὶ πᾶσαν περισπῶσαν αὐτὸν ὕλην ὑπερηφανήσας τέμνει διὰ τῆς ἐπιστήμης τὸν οὐρανόν, καὶ διελθὼν πνευματικὰς οὐσίας, καὶ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν, ἅπτεται τῶν θρόνων τῶν ἄκρων ἐπ' ἐκεῖνο μόνον ἱέμενος ἐφ' ὃ ἔγνω μόνον. μίξας οὖν τῇ περιστερᾷ τὸν ὄφιν, τελείως ἅμα καὶ συνειδήτως βιοῖ πίστιν ἐλπίδι κεράσας πρὸς τὴν τοῦ μέλλοντος ἀπεκδοχήν.* Ait, hominem, qui habet *ἀναπαυόμενον τὸν θεόν*, & omni impedimento mundanarum rerum renuntiantem (quis eſt ille, niſi *ὁ φωτισθείς*, & baptiſmo regeneratus) miſcere columbam ſerpenti, quod & loco Ambroſii adducto convenit, & rationem tacite reddit columbarum cum ſerpente ſubter limbum Colymbythræ poſitarum. Leonis vero cum ſerpente conſideratio pertinet ad victoriam de Orco & Diabolo. Chryſoſtomus in Pſal. 93. Quis eſt iſte Leo, qui de tribu Iuda vicit leonem & draconem, qui ſignificatus eſt in Pſalmo? Item, Diabolus, qui delectatus eſt in primo homine captivato, exinde captivatus eſt, Chriſto reſurgente glorificato, qui conculcavit leonem & draconem. Quare non poſſumus ignorare, cur draco ſerpenti ſubiectus eſt. Aſſident ſolio utrinque oppoſitæ in vicem fœminæ duæ in ſellis, anus ſtolata, & puella nuda, niſi qua velat ea, quæ pudor celare iubet. Anus eſt Fides: puella Spes; Anus fingitur, quia antiquior lege. Abraham prima credentum via, ut canit Prudentius, longe antiquior Moſe. Unde & Fides Tertulliano in Marcionem victrix vetuſtatis dicitur. Manu apprehendit, quia fide apprehendimus, quæ oculis ſubiici non poſſunt. Stolata eſt, quia baptiſmus vocabatur fidei veſtimentum, ut Tertullianus ſcribit, c. 13. libri de baptiſmo. Et cap. 12. induere baptiſmum dicit. Contra Spes & puellari ſpecie eſt, quia ſemper viget; & nuda, quia omnibus terrenis renuntians, expedita tendit ad cœlū, *πᾶσαν τὴν περισπῶσαν ὕλην*, ut loquitur Clemens, *ὑπερηφανήσασα.* Ideo adverſantis habitu eſt, & inane, tanquam omnes blanditias ſeculi calcantis, aut omnes adulationes hoſtium Chriſtianæ pietatis. Ideo quemadmodum canem cal-

cat, ſic colludit cum columba, quam manu dextra prehendit, ſimplicitatem unicam ſibi cordi eſſe ſignificans. Merito autem coniunguntur ambæ. quia altera ſine altera non eſt. Chryſoſtomus in cap. 13. prioris ad Corinthios, commate ultimo in editione Latina: Quæ duo, id eſt, Fides & Spes, ita certe ſibi mutua vice coniuncta ſunt, ut altera ſine altera ſtare nō poſſit. Quicquid enim Fides credendo acquirit, hoc ſpes ſuſtinendo præſumit. Quid quod veteres novum Teſtamentum Fidei ſymbolum eſſe dicebant, vetus autem Spei? Paulinus:

Lex antiqua novam firmat, veterem nova complet,
In veteri Spes eſt, in novitate Fides.

Deniq; quid à Catechumeno exigebatur? Fides, Credo in Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum, &c. Spes: Spero reſurrectionem. Inde illa in vetuſtiſſimis monimentis Chriſtianorum: CREDO VIVERE, SPERO RESVRGERE. DEPOSITVS IN SPEM RESVRRECTIONIS. Quin etiam non ſolum hac duas coniungebant Poëtæ Gentium, ſed etiam & Fidem veſtitam & anum inducebant. Quam Spem & albo nuda Fides colit. Velata panno —— Cana Fides & Veſta —— Cana igitur Fides & velata panno, at hic & coniuncta Spei. Inde Clemens, παροιμιακῶς, dixit, πίςιν ἐλπίδι κεράσαι, quemadmodum dixerat, μιγνύειν τῇ πίςει τὴν ἐλπίδα, alludens nimirum ad hæc vetuſta ſymbola. Pone ſellas utriuſque aſtant ſingulæ Aquilæ, renovationem hominis per baptiſmum ſignificantes: quod percepto baptiſmo dicerentur inſtar Aquilæ renovati. Ambroſius de initiandis, cap. 7. His abluta plebs dives inſignibus, depoſitis autem inveterati erroris exuviis, renovata in Aquilæ iuventutem, &c. Vt nihil ſit in hac nummi parte vacua, quod non ad Sacramentum Bapti'mi & catechumenos pertineat. Poſtremo totus apparatus iſtius præſtantiſſimi Symboli clauſulam habet felicitatis regni Chriſti, ſub quo ſecuritas ab omni nocumento promittitur, cap. 11. Iſaiæ, commate 8. ubi dicitur: Puerum cum aſpide colluſurum. Ideo in labri quod exſtat ſupra aquam, latere viſitur puer cauda ſerpentes duos apprehendens, & ſecure tractans ſine noxa. Quam eleganter Tertullianus in Hermogenem, cap. 11. quum reſtituta innocentia & integritate conditionis pecora condixerint beſtiis, & parvuli de ſerpentibus luſerint, &c. IV. in Marcionem, cap. 24. Sed bene, quod creator hanc poteſtatem etiam parvulis per Eſaiam repromiſit coniicere manum in cavernam aſpidum, &c. Et utique ſcimus ſalva ſimplicitate ſcripturæ, nam nec ipſæ beſtiæ nocere poterunt, ubi fides fuerit, &c. Infra: iam tunc eidem viæ, id eſt, fidei, hanc evacuationem & ſubiectionem beſtiarum pollicetur. Propter fidem igitur hoc ſymbolum pueri & ſerpentum appoſitum. Quare vides omnia inter ſe apta, ut aliud ex alio pendeat.

Quam vetuſta hæc ſint, & quam falſus fuerit doctiſſimus vir, qui averſam partem huius numiſmatis ſuſpectam habebat, ex iis, quæ diſputavimus, & ex aliis, quæ longe plura afferri poterant, colligi poteſt. Nobis ſatis hæc erunt, dum doctiora iudicia aliquid melius in medium afferant. Itaque hactenus.

Capvt LXXIV.

Marquardi Freheri diatriba de eodem Numiſmate Conſtantini: edita prius anno M. DC. nunc leviter recenſita.

INter nummos antiqui operis, varii generis & materiæ, vix præſtantiorem alium æſtimare apud me amici ſpectatores ſolent hoc argenteo, ampliſſimæ formæ & artificii exquiſiti, qui Conſtantini Imperatoris ſtatuam equeſtrem una, altera parte multiplicem quandam & μυ[illegible]ώδη hiſtoriam exhibet. Cuius tamen, cum aliquando exemplar plumbeum C. V. Abrahamo Ortelio, Geographo Regio per nepotem eius Ioannem Colium miſiſſem, reſponſum ab eo ex Antuerpia Kal. April. 1598. tuli in hæc verba: De tuo conatu in hoc genere antiquitatis ſane intelligere geſtio, at magis videre. Nummum plumbeum quoque accepi tuum: at audacter dicere audeo, eum integre non ex antiquo originem habere, à parte equitantis pro antiquo agnoſco: partem averſam autem cum cruce non item, illam appoſitam à funditore quodam iudico. Eſſe hanc partem alterius & recentioris ævi indicat picturæ genius, literarumque forma. Quod quidem, licet præter animi mei eſſet ſententiam, minus miratus ſum, qui antea in alterius quoque docti, & harum etiam rerum docti viri Baſilii Amerbachii Iuriſconſ. Baſilienſis quadam ad Adolphum Occonem Medicum Auguſtenſem epiſtola, non abſimile iudicium legiſſem de Conſtantiniano iſto & alio Heracliano numiſmate: Heraclii inquit, & Conſtantini nummos magnitudinis ingentis, neſcio an videris, Heraclius apud noſtros aurifices non eſt infrequens: cumque etiam Strada & Goltzius in Cæſaribus aliquo modo expreſſerunt. Alter nummus pro Conſtantino Magno à quodam magni muneris loco oſtenſus eſt. Imperator conſimili corona, veſte talari, equo inſidet, cum inſcriptione:
Lipſ. in cruce p. 93. Constantinvs In Christo Deo Fidelis Imperator et Moderator Romanorvm Semper Avgvstvs.
Ex adverſo duæ mulieres ſedent, quarum altera ſuperiori parte nuda eſt: utrinque aquila & crux: in medio neſcio fons an puteus, ex quo floſculi,

cum

cum foliis in altum aſcendunt, in medio crux eſt, inſcriptio: MIHI ABSIT GLORIARI NISI IN CRVCE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI: Sed vereor (adiicit) ne pro theſauro carbones. Nihil enim in hic nummo antiquum videtur, neq; veſtitus, neque corona, neque equorum ornatus, neque literarum figuræ, neque inſcriptiones. Et ſtapes in equo Conſtantini nuper eſſe fictum, ſatis indicat, & quidē ab homine non ſatis cauto. Vt ita mirarer, Goltzium inter veteres iſtum Heraclium retuliſſe, niſi id in primo opere ab eo factum eſſet. Hæc ille. Et de Heraclio illo quidem erit, quod alio loco, Deo dante, dicamus. De Conſtantino autem iſto, ſuper quo hic nobis ſermo ſuſceptus, liquido mihi conſtat, totum ſincerum & genuinum eſſe: eiuſque rei ſponſionem cum intelligenti æſtimatore, quovis etiam pignore poſitō, non detrecto. Firmant me ipſa illa, quæ eruditos illos viros offenderant, vel maxime ſculpturæ genius, literarum forma, ſermonis genus, ornatus viri & equi, omnia. Quæ ut Conſtantino illi Magno minime conveniunt: (neque vero ego pro illo emeram, aut adhuc emerem, aut emiſſi gratularer) ita ex eius ſucceſſoribus aliquem Conſtantinum, & Conſtantinopoleos ſive Orientis Imperatorem recentiorem luculentiſſime nobis exhibent: ut potius agnoſcamus, nihil in eo genere monumenti nobis ſupereſſe magis eximium. Cum vero plures numero eius nominis poſt primum illum & Magnum fuerint Imperatorē, & diverſa adeo cognomina ſortiti, Pogonati, Copronymi, Monomachi, Irenes F. cui horum potiſſimum attribuam; & an potius alicui ex Porphyrogennetica familia, quæ & ipſa plures Conſtantinos tulit, aut noviſſima adeo Palæologa (quo magis inclino) nondum ſatis equidem expedio. Quod quidem certo conſtituere eo difficilius puto, cum illud etiam penpendo, quod eſt à viris eruditis eleganter annotatum, pleroſq; Græcos imperatores, ſeu boni ominis ergo, ſeu ambitione quadam affectaſſe CONSTANTINI nomen, ut noſtri, Cæſaris & Auguſti, tanquam primi illius urbis & Imperii conditoris. Quanquā nec multum referre puto, quem nominatim Conſtantinum nummi huius auctorem deſignemus, cum & emblema (quod veluti anima talium numiſmatū haberi ſolet) nulli non eorum conveniat: dūmodo conſtet, Byzantini alicuius è recentioribus Cæſaris eſſe. Qui ut Novam Romam urbem ſuam & Romaniam Thraciam: ita ſe quoq; perpetua cum Germanis Cæſaribus æmulatione, Romanorum Imperatores, & (quaſi illud ſatis non eſſet) moderatores ſcribebant. Quod ī ē tituli Balduinus ēt Flander ſuo in Græcia dominatu uſurpaſſe legitur. Quomodo & Heraclius in illo celeberrimo nummo, & Ioañes quoque Palæologus in alio non minoris magnitudinis, quem aliàs (Deo volente) dabimus, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ, adeoq; Michael Apoſt. de Mahumete,

Leuncl. in Pandect. Turc. §. 51. Cedren. f. 322. 407.

Apud Godefrid monach. an nal. 1203.

humere, ὁ μέγιςος Τῶ χρων βασιλεὺς περὶ κηδε ιων. Addebant pro religione ſua, in Chriſto Deo fidelis, ἐν Χριςῷ τῷ Θεῷ πιςὸς, quod eorum alia etiam de illo ævo monumenta in chartis, membranis, aliiſque operibus & ſaxis habent, eadem proiſus forma, qua Franci quoque & Germani ſe nutu & gratia Dei χάριτι Θεοῦ divina favente clementia electos, item Chriſtianiſſimos, orthodoxos, Catholicos Reges & Principes ſcribere gaudebant. Iam picturæ ſculpturæve genius utique à Conſtantini Magni ævo diverſus eſt: nam nec paulo melior. Cum quidem iſtius ævo ars illa veterum ſpirantia excudens æra planiſſime decoxiſſet: quæ ſequentibus ſeculis recuperata in hoc certe nummo non vulgaris eniteſcit. Habitus Imperatoris multum cum eo, qui in Heraclii nummo viſitur, conveniens, proxime ab illo abfuiſſe hunc ce Conſtantinum arguit. Crux in diademate & pectore verbis veterum ſuffragatur. Ambroſius: Sapiens Helena crucem in capita Regum levavit, ut crux Chriſti in Regibus adoretur. Non inſolentia iſta, ſed pietas eſt: cum defertur ſacræ redemtioni. Hieronymus: Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas, patibuli Salvatoris pictura condecorat. Equi Thracii & generoſi ornatus ſimplex eſt frenum, antilena, ſella & poſtilena, abſque phaleris: ſed totus margaritis ſqualens, quod ſoli Imperatori competebat. Vt vel in hoc agnoſcas edictum illud in iuris libros relatum: Nulli licere in frenis & ſellis equeſtrib[9] & baltheis margaritas & ſmaragdos & hyacinthos aptare. Frenũ abſq; margaritis eſt, quippe rubricatum. Ita Cedren[9] in Baſil. Διὰ τὴν βασιλικὴν ἐφεςρίδα, καὶ τὸ κοκκοβαφὲς χαλινό.

Orat de obitu Theodoſ. Imp.

Cod. lib. 11. tit. 12.

Hæc de ſtatua Conſtantini: nunc ad alteram nummi partem. Romani Principes, ut in cudenda moneta non minimam maieſtatis ſuæ partem poſuerunt, eique gloriæ ſuæ quævis monumenta omni ſtudio & ambitione impreſſerunt: ita poſtquam Chriſto nomina dederunt, omiſſis prioribus illis, & conſuetis, & variantibus figurarum characteribus, religionem illam etiam nummis conſecrare voluerunt. Ita Conſtantinus Primus crucis ſignum & characterem, ut Labaro clypeoque & galeæ ſuæ, ita etiam nummis inſculpſit: quod inſtitutum ſucceſſores eius ſecuti conſtanti devotione ſervaverunt, idq; diverſis modis expreſſerunt, ut apud Antiquarios videre eſt. Poſtea ipſum etiam Dominum appoſuerunt, modo Imperatori ad latus, & diadema ei ſua manu imponentem (ad exprimendũ ſcilicet titulum illũ, quo θεοςεφεῖς ſe vocabant à Deo coronatos, quod illorum æmulatione etiam Carolo Magno adclamatum legimus) modo averſa parte nummi, tenentem librum vitæ, cum inſcriptione IHESVS CHRISTVS REX REGNANTIVM. Alii denique in totum omiſſa ſua imagine & titulo Chriſtum ſolum inſculpſerunt, cum literis IHS XPS EMMANVEL: averſa parte modo has

Lipſ. de cruce lib 3. c. 15. & ſeqq.

Ant. Agoſti dial. 1. tab. 6. 6.

do has literas: IHESVS CHRISTVS BASILEVS BASILEON (quod primum inſtituiſſe Ioannem Zimeſcem Imperatorem Cedrenus, & ex eo Curopalates ſcribunt) modo integram crucem cum literis IHS XPS NIKA, quod omnino imitati Franci Cæſares & Reges ſolenne illud in ſuis ſolidis circa crucem floreſcentem fecerunt: Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat. Nonnunquam etiam matrem Dei virginem genitricem inſculpſiſſe, auctor eſt Balſamon, & ipſe obſervo. Horum omnium religioſam elegantiā ſuperare volens Conſtantinus hic noſter (ut pleroſque ex Græcis illis Imperatoribus miro ſtudio ſacram Philoſophiam excoluiſſe, totoſque adeo theoricæ ſpeculationi deditos fuiſſe ſcribunt) in ampliſſimo iſto huius nummi orbe, cui nullum parem certe maiorem in Romanæ antiquitatis peculio ſupereſſe puto, non tantum crucem Dominicam conſecravit, addito elogio ex verbis Apoſtoli: MIHI ABSIT GLORIARI, NISI IN CRVCE DOMINI NOSTRI IHESV CHRISTI, Sed eam etiā myſtico & elaboratiſſimo emblemate honeſtavit. In quo ut ſuo procul dubio ingenio & ætati ſatisfecit; ita noſtris, quotquot iam è poſteris meliori harum rerum ſtudio tangimur, ingeniis crucem (ut ita dicere liceat) fixit, materiemque inventiunculas illas enucleandi non ignobilem neque trivialem reliquit. In qua, ut acu omnia non tangamus, qualemcunque tamen conatum & ſtudium noſtrum quis bonus improbabit? Stat igitur terræ infoſſus & deſtitutus ſtipes crucis, anguem ſibi ſubditum & intortum elidens: in baſi alveo quodam, veluti labro fontano incluſus, cui aqua è duabus fiſtulis prorumpens illabitur. Idem in aſcenſu palmæ foliis & palmitibus veſtitur & circumdatur: quos deſuper à cacumine quaternis fiſtulis exundans aqua irrorat & lætificat. Aſſidet utrinque muliercula, ſed diverſo habitu: quæ ad dextram, forma ſenili & verenda, veſtitu matronali, & plane auguſto: quæ ad lævam, iuvencula & procax, pube tenus nuda. Ita autem inter ſe oppoſitæ, ut quaſi contendere & altercari inter ſe videantur. Et illa quidem crucem aſpiciens, quam & quadam velut anſa tenere videtur: iſta vero vultum inde averſa, columbas duas filo colligatas, quaſi luſitans tractat catellum ſuppedaneum habens. Matrona ſedens ad dextram, ſtola prætextata & capitis velamine religioſius quiddam præferens, vultu in crucem converſo, dominam Helenam Conſtantini M. matrem, & crucis inventricem dubio procul repræſentat. Id Conſtantini ab altera parte ſtatua, id totum crucis emblema, id habitus honeſtus, ei quem ipſe Conſtantinus gerit, non abſimilis, omnino demonſtrat. Venit, inquit Ambroſius, Helena Hieroſolymam, cœpit reviſere loca ſancta, infudit ei Spiritus ſignum Crucis requirere, acceſſit ad Golgatham. Hunc ſpiritum, cuius

Fol. 298.
Glyc. p. 434.
In nomocā.
Phoc. f. 24.
Ad Gal. 6. ult.
Orat. de obitu Theod.

auſpicio & ductu Helenæ in ſomnio monitæ locum Crucis defoſſæ, nulli mortalium tum cognitum, patefactum, Ambroſius ait, forte columba aſſidens deſignare accipienda. Altera quæ ad lævā Venerem exprimit, non aptiori argumento, quam nuditatis:

Nuda Venus, nudi pinguntur Amores.

Tum paris columbarum quas ludens tractat alitum Veneri ſacrarum, à qua & Cytheriacæ & Dioneæ Poëtis vocantur, quam ideo curru à columbis tracto invectam pinxit antiquitas. Hanc vultu intento quaſi increpare, execrari, & abigere Helena videtur; re inde repetita, quod idonei Scriptores prodiderunt, ædem Veneris eiuſque idolum eo loco conſtitiſſe, ubi è ruderibus ruiniſque opera Helenæ poſtea tandem Crux Chriſti eruta fuit: idque à paganis ideo factum, ut Chriſtianos à veneratione loci arcerent. Ea tempeſtate (ait cum primis locuples teſtis, Sulpitius Severus) Hadrianus exiſtimans, ſe Chriſtianam fidem loci iniuria peremturum, in templo ac loco Dominicæ paſſionis Dæmonum ſimulacra conſtituit. Et poſtea ſub Conſtantino: Helena mater Principis Conſtantini, quæ Auguſta cum filio conregnabat, cum Hieroſolymam agnoſcere concupiſceret, reperta ibi idola ac templa protrivit: mox regni uſa viribus, baſilicam in loco Dominicæ paſſionis conſtituit. At de Venere nominatim conſentiunt Euſebius & cæteri Eccleſiaſticæ hiſtoriæ veteres ſcriptores. Adſcribam verba Hieronymi ad Paulinum: Ab Hadriani temporibus uſque ad Imperium Conſtantini per annos circiter CLXXX. in loco reſurrectionis ſimulachrum Iovis, in Crucis rupe ſtatua ex marmore Veneris à gentilibus poſita, colebatur: exiſtimantibus perſecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem reſurrectionis & Crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent. Bethlehem nunc noſtram, & auguſtiſſimum urbis locum, de quo Pſalmiſta canit, veritas de terra orta eſt, lucus inumbrabat Thamuz, id eſt, Adonidis: & in ſpecu, ubi Chriſtus quondam parvulus vagiit, Veneris amaſius plangebatur. Iam Crucis ſtipes, qua terræ infixus eſt (cui rei ſculptor oſtiolo alveum apertum fecit) ſerpentem intortum elidere & comprimere apparet. Is eſt Draco ille antiquus: cuius virus, quo totum humanum genus infecit, ſanguine Chriſti, antidoto præſentiſſimo, elutum & expiatum eſt. Vt ita cum Prudentio inſultare illi liceat:

Et Paulin. ipſe Ep. 11.

O tortuoſe ſerpens.	*Diſcede. Chriſtus hic eſt.*
Qui mille per meandros,	*Hic Chriſtus eſt, liqueſce.*
Fraudeſq; flexnoſas,	*Signum, quod ipſe noſti,*
Agitas quieta corda,	*Damnat tuam catervam.*

Cæterum parerga crucì adiuncta perpetuam Allegoriam continent, ab antiquis Patribus excogitatam, qua lignum vitæ illam eſſe docuerunt. Gregorius Nazianzenus: ὅτι τὸ ξύλον ἀνάγεται προσωνηγόρευται· ἀλλὰ τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς

Orat. de filio.

ζωῆς ἀποκαθίστησιν· ἀλλὰ σώζεται λῃστὴν συνεσταυρωμένον. Sed clarius Ioannes Damaſcenus, ubi inter crucis elogia hæc addit: Φυτὸν καὶ ἀναστάσεως ξύλον ζωῆς αἰωνίου Et poſtea explicat τοῦτον τὸν τίμιον σταυρὸν προετύπωσε τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, τὸ ἐν τῷ παραδείσῳ ὑπὸ θεοῦ πεφυτευμένον. ἐπειδὴ γὰρ διὰ ξύλου ὁ θάνατος, ἔδει διὰ ξύλου δωρηθῆναι τὴν ἀνάστασιν. ξύλῳ τὸ πικρὸν ὕδωρ γλυκαινόμενον, καὶ πέτρα ῥηγνυμένη, καὶ προχέουσα νάματα. ὄφις ἐπὶ ξύλου τελαμβλούμενος ὡς νενέκρωται, τοῦ ξύλου τοὺς νεκρὸν ἐρῶντας, τὸν ἐχθρὸν διασώζοντος τοὺς πιστεύοντας. ὡς Χριστὸς ἐν σαρκὶ ἁμαρτίᾳ ἁμαρτίαν οὐκ εἰδὼς, προσήλωται. Μωσῆς ὁ μέγας ὄψεσθε βοῶν τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐπὶ ξύλου κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Eam allegoriam invenio in veteri poematio (quod alii Cypriano, alii Victorino Pictavienſi Epiſcopo tribuunt; & Græcorum etiam ingeniis idem argumentum excultum non dubito) tam appoſite ad noſtrum emblema deſcriptam, ut alterum ab altero expreſſum videri poſſit:

De fide orthodox. l. 3. c. 12.

Fabr p. 903 Pamiliana editio Cypr. f. 534.

Eſt locus ex omni medius quem cernimus, orbe:
Golgatha Iudæi patrio cognomine dicunt.
Hic ego de ſterili ſucciſum robore lignum
Plantatum memini fructus genuiſſe ſalubres.
Non tamen hos illis qui ſepoſuere, colonis
Præbuit: externi fructus habuere beatos.

Significat Iudæis abdicatis, fructum Crucis & Meſſiæ beneficia ad Gentiles perveniſſe.

Arboris hæc ſpecies uno de ſtipite ſurgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos:
Sicut plena graves antenna carbaſa tendunt,
Vel cum disjunctis iuga ſtant ad aratra iuvencis.

Eadem comparatione iam olim uſus Iuſtinus Martyr. Θάλασσα μὲν γὰρ οὐ τέμνεται, ἢν μὴ τοῦτο τὸ τρόπαιον, ὃ καλεῖται ἱστίον, ἐν τῇ νηΐ σῶον μείνῃ· γῆ δὲ οὐκ ἀροῦται ἄνευ αὐτοῦ. Et Minutius Felix Octavio: Signum ſane Crucis naturaliter viſimus in navi, cum velis tumentibus vehitur, cum expanſis palmulis labitur: & cum erigitur iugum, Crucis ſignum eſt:

Apolog. 2.

Quem tulit hoc primo maturo ſemine lapſum
Concepit tellus. Mox hinc (mirabile dictu)
Tertia lux iterum terris ſuperisq; tremendum
Extulerat ramum vitali fruge beatum.
Sed bis vicenis conformiter ille diebus
Crevit in immenſum: cœlumq; cacumine ſummo
Contigit, & tandem ſanctum caput abdidit alto,

Chriſti

Chriſti mortem, ſepulturam, reſurrectionem & aſcenſionem exprimit, eumque apicem & cacumen arboris vitæ conſtituit.

Dein tamen ingenti biſſenos pondere ramos
Edidit, & totam ſpargens porrexit in urbem:
Gentibus ut cunctis victum vitamque perennem
Præberent, mortemque mori qui poſſe docerent.

Apoſtolos ramos inferiores late porrectos facit. Vbi noſter glyptes in numero peccavit, duobus omiſſis. Niſi tamen retro ſive altero in latere hos ipſos latere interpretemur.

Expletis etiam mox quinquaginta diebus,
Vertice de ſummo divini nectaris hauſtum
Detulit in ramos cæleſtis ſpiritus aura.
Dulci rore graves manabant undique frondes.

Spiritum S. ſuper Apoſtolos effuſum ſignificat, eiuſque donis linguas & pectora illorum fœcundata. Figura verſus iſtos clariſſime repræſentat:

Ecce ſub ingenti ramorum tegminis umbra,
Fons erat. Hic nullo caſu turbante ſerenum,
Perſpicuis illimis aquis & gramina circum
Fundebant lætos vario de flore colores.

Fontem vivificum Baptiſmi denotat: quem arbori crucis glyptes noſter ſuppoſuit, latices è cruce perenne fluentes excipientem. In fontibus antiqui Silanos & Delphines faciebant, aquam evomentes: noſter hic duos angues fecit (ut videtur) Amphytrioniadi puero in manibus mero cœli iuſſu, nec altius examinando:

Hunc circum innumeræ gentes populique coibant;
Quam varii generis ſexus ætatis, honoris &c.

Hanc populi turbam, & quæ ſequuntur pluſcula, de piorum & impiorum; arborem cum fonte faſtidientium diſcrimine numiſmatis noſtri orbe excluſa, & nos omittemus. Satis fuit artifici illorum loco poſuiſſe, & inter ſe oppoſuiſſe, Helenam & Venerem: quaſi ſpiritum & carnem: religionem & ſeculum: Eccleſiam & Mundum. Nam illa quidem & crucem recta aſpicit, & manu læva attrectat, dextera deinde deceptum quiddam tenere videtur. Hæc averſo inde vultu, neſcio quid cum columbis & catella ſua luſitat. Cur: niſi quia cultores Veneris & carni dedita turba nihil æque ac doctrinam Crucis, & obſequium iugumque Chriſtianæ legis averſantur, & crucis exercitium, quippe ſuis affectibus maxime inimicum, impatientiſſime fugiunt & abhorrent. Hortatur denique omnes, ut fontis beneficio ad arboris fructus ambroſios percipiendos feſtinent &c.

Caput. LXXV.

Philippi Camerarii diſſertatio de eodem Numiſmate Imperiali, ad clariſſ. virum, Georgium Remum IC.

PErgratum mihi fuit munus, licet chartaceum, attamen multis nominibus præclarum, & animo meo vere aureum, nummus videlicet Conſtantini, ab Ampliſſimo Domino Marquardo Frehero conſiliario Electoris Palatini, affine & amico meo obſervando, ad me miſſus & tua opera exhibitus: quod vero is, clariſſime & amātiſſime Domine Collega, ſimul quoque judicium meum, de explicatione huius nummi exquirit, hoc mihi ideo moleſtum accidit, quod me, veluti anſerem inter olores, ut eſt in proverbio, referre cupiat. Sed tribuo hoc ipſius peculiari amori erga me, quem antea ſæpius expertus ſum. Quid autem obſecro doctius, perſpicacius, elegantius, & rectius tam in verbis, quam in rebus addi poteſt coniecturis & explicationibus Scaligeri, ſolide docti, & Freheri noſtri, acerrimi iudicii viri. Nonne ſi aliquid in illis deſiderarem, & adderem, merito audirem, Quid noctuas Athenas? Verum tua, præſtantiſſime Collega, compellatio, & Freheri noſtri deſiderium mihi inſtar ſtimuli fuere, ut meas quoque coniecturas & cogitationes, etiamſi inelaboratas & rudes, de hoc nummo, in chartam conii cerē, animo certe occupato aliis ſeriis Reipubl. negotiis, & ſic hoc tempore alieno ab eiuſmodi politioribus & cultioribus conſiderationibus. Noſti enim, quam laborioſa in negotiis multiplicibus, & pleriſque iniucundis expediendis, atque nunquam otioſa noſtra provincia & functio ſit. Sed ut ad rem ipſam veniam, quæ tota conſiſtit in ſtatu coniecturali. Nummus hic utrum recens vel vetus ſit, in medium relinquo, tametſi ex nonnullis notis appareat, eum potius in illorum quam horum claſſem recenſendum eſſe. Neque veſtitum Imperatorium, neque ornatum equi exactius examinare propoſui, cum error in inceſſu equi præternaturali facile animadverti poſſit: alternis enim pedibus attollendis non uno in latere equi ut aliæ quadrupedes incedere ſolent. Alioqui ceſſantibus fulcris naturalibus potius labaſcerent, quam progrederentur. Tabulæ præterea ex freno dependentes, & loro pectorali innexæ, potius impedimento in flectendo equo, quam adiumento eſſe ſolent. Taceo, quod poſtilena vel ornatus poſterior ephippio annexus ſub cauda equina incompoſitus ſit, cum præſertim in dorſi ſuperioris parte nulla fibula vel retinaculum appareat. Prætereo iſta, & alia, quæ potius fictorum vel pictorum negligentiæ, ſi non inſcitiæ aſſeribenda, quam velut vetuſta & rara obſervanda eſſe videntur. In horum numerum colloco ſtapedias & notas numerorum recentiorum. Potiora

igitur conſidero & perpendo. Inprimis autem in priore latere nummi Imperatoris in equo ſedentis geſtum, inſolitum & incompoſitum, qui talis eſt, qualis iratis & commotis, atque ad vindictam irritatis attribui ſolet: ita ut, meo iudicio, hi geſtus Imperatoris veluti intuentis res in altera parte nummi expreſſas, referri debeant.

Concludo itaque, in hoc nummo imaginem Conſtantini Magni, & ea, quæ illo regnante geſta ſunt, ſive eodem tempore, ſive poſtea, quod veroſimilius eſt, repræſentata eſſe, ſi ut ex declaratione alterius lateris rectius cognoſci poterit: potiora igitur primo, utpote certam ſemitam, eo quo tendimus, demonſtrantia, tractabo. Eam autem partim myſticam, partim hiſtoricam eſſe arbitror, quæ ſi potius diſtinguatur, & alterutra in ſuam claſſem collocetur, quam confundatur, explicatio facilior videtur. Ex hiſtoriis conſtat, Conſtantinũ Magnum ex prima vel coniuge vel concubina Minervina, Criſpum filium, quem ob raras virtutes admodum dilexit, atque ſub diſciplina Lactantii Firmiani bonis literis educari curavit, ſuſcepiſſe. Mortua autem Minervina, quam unice amaverat, eum Fauſtam filiam Maximiani Herculei, in uxorem duxiſſe, ex qua quinque liberos ſuſcepit, Conſtantinum, Conſtantem, Conſtantium, Helenam & Conſtantiam. Poſtquam autem Criſpum una cum Conſtantino & Licinio iuniore ſororis filio Cæſares deſignavit: Verita Fauſta, ne privignus Criſpus peritia & fortitudine ſua filio ſuo obeſſet: quare finxiſſe eam, ſcribunt, ſe eius amore captam, ideoque ad libidinem eum ſæpius provocaſſe: renuentem vero & deteſtantem inceſtum, ad maritum detuliſſe, quaſi voluerit ſuæ pudicitiæ vim inferre. Quare Conſtantinum patrem iræ nimium indulgentem, filium Criſpum, Polæ, in oppido Iſtriæ, iuſſiſſe interfici, ſicut & factum eſt. Verum cum cædem inſontis nepotis Helena avia paterna Criſpi, mater Conſtantini ægerrime ferret, atque veritatem facti, & delationem falſam demonſtraret: Mox Imperator Iuſtitiæ ſtudioſiſſimus, ut matrem (quam maxime obſervabat) conſolaretur, malum malo maiore conatus fuit ſanare. Balneis enim calefactis Fauſtam in iis collocatam vapore nimio ſuffocari iuſſit. Hanc hiſtoriam in nummi altera parte expreſſam eſſe arbitror. Sedet enim Helena mater Conſtantini & avia Criſpi, indicta cauſa occiſi, induta veſte matronali, geſtu gravi, facie ſenili, velut increpando, & dextra manu minando, reſpiciens fœminam maiori parte nudam ex adverſo ſedentem, quam Fauſtæ perſonam repræſentare puto. Siniſtra vero monſtrat crucem, frutice viridi, & aliis floribus eminentem, & aquam ex tubis ſuperne manantem, atque eos irrigantem. Has figuras myſticas eſſe, demonſtrantes fidei Chriſtianæ incrementa, & vigorem cœlitus delabentem facile aſſentior. Conſtat autem, Helenam illam inventricem S. Crucis, non

abſque

abſq; ſuperſtitione admodum addictam & cultricem fuiſſe fidei, ideoq; ſiniſtra manu myſticas illas figuras, veluti expoſtulando nurui ſuæ monſtrat, quaſi ad eas inſpiciendas & contemplandas eam inducere conetur. Aſtat illi à dextro latere avis libera, geſtiens volare, cuius figura non columbam ſed aquilam roſtro adunco, collo erecto, alis expanſis, cruribus altioribus unguibus & toto corpore, velut ſimili aquilæ oppoſitæ, & vinculis impeditæ condoleret, meo iudicio, deſignat. Hanc Conſtantinum Imperatorem, alteram Criſpum denotare exiſtimo.

Indicavi obiter meas coniecturas de duab. fœminis & duabus avibus. Deinceps vero eas prolixius explicabo. Dixi fœminam hanc maiori ex parte nudam, & quaſi ex balneis prodeuntem Fauſtam, novercam Criſpi occiſi repræſentare. Ei quoque aſtat à ſiniſtro latere, ut dixi, aquila triſtis, ala demiſſa, & veluti pedicis filo vel loro aſtricta, quod porrigitur ad alteram aquilam, quam illa fœmina, inverſo corpore veluti conſtrictam & exanimẽ comprimit. Quid obſecro vetat, aquilas has Criſpum Cæſarem delationibꝰ & odiis novercalibus irretitum primo, deinde eius opera interfectum deſignare? quod Helena avia Criſpi veluti inculcare, & Fauſtam Ethnicam iraſcenti & exprobranti ſimilis, delatricem, ad ſalutare lavacrum & Chriſtianæ fidei myſteria amplectendum, quaſi invitare videtur. Fieri etiam potuit, ut Fauſta, odio Chriſtianæ fidei privignum acerbius proſecuta ſit. Conſtat enim, eum vigeſimo anno imperii paterni interfectum fuiſſe, qui antea, cum eſſet Cæſar, & ſecundas Imperii partes teneret, multas leges ſalutares, unà cum patre, pro Chriſtianorum libertate ſanciverat, teſte Euſebio. Sedet attonita Fauſta, illo nummo expreſſa, averſa facie, & ſeminuda, trementis & moribundæ inſtar. De hac figura hæ ſunt meæ cogitationes. Fauſta illa, ſtimulante conſcientia, ſceleris commiſſi ob delationem & necem privigni inſontis procuratam, & ob figuram captæ & occiſæ aquilæ ante oculos expoſitæ, quaſi linquente animo deſperabunda, averſatur tam Chriſtiana myſteria, quam ſocrum exprobrantem delicta, & monentẽ ſalutaria. Quod autem abſq; matronali veſte: ſed lavantis habitu, & ſeminuda, flaccida, ſubtriſtis, ſolaminis expers conſpiciatur, denotare videtur, quod in balneis miſere ſuffocata ſit, & quidem gentilis, ſpretis ſacris & myſteriis Chriſtianorũ, indigna ornatu & veſtitu Imperatorio. Conſtat enim ex hiſtoriis, eam blanditiis ſuis Conſtantinum maritum, Chriſtianæ fidei addictum, aliquoties induxiſſe, ut more gentilium Diis ſacrificaret. Balneum quoque genus mortis, in peculiari labro, aqua ebulliens inter myſtica Chriſtiana expreſſum. Hortulus enim & flores cum cruce exſtante ab eo ſeparati ſunt. Quid tandẽ canicula ſub pede ſiniſtro Fauſtæ, veluti preſſa & gemens ſibi vult? forte hac ſignificatur ſymbolum fidelitatis, quo canis hieroglyphice denotatur, à nover-

noverca, procurando falſa delatione mortem privigni, ſpretum & veluti pede concul. atum fuiſſe? Inſcriptio autem nummi, *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*, meas coniecturas dictas ideo confirmat, quod ea ex colloquio & exprobratione Helenæ, matronæ piæ & Chriſtianæ, cum Fauſta Ethnica & ſcelerata fœmina deſumta eſſe videatur. Inter alia autem myſtica mihi admodum placet, Leo veluti triumphans de Dracone victo, iuxta dictum: *Vicit Leo de tribu Iuda*. Chriſti victoriam contra Satanam, antiquum ſerpentem denotans. Cæterum ſub crucis trophæo, quo Conſtantinus in vexillis, tabulis, & picturis, frequenter uſus eſt, plerunque

Eib.3.c.3. Draco, veluti ea victus & iugulatus conſpicitur, ſicut Euſebius obſervavit. Veriſimile præterea eſt, pueri effigiem comprimentis duos ſerpentes vel dracones, myſtica ſignificatione denotare Conſtantini labores & pericula, quæ iuvenis veluti alter Hercules monſtrorum domitor ſuſtinuit. Galerius enim Maximianus, teſte Pomponio Læto, Conſtantinum ob felicitatem exſtinguere cupiens, eum vix puberem cum exercitu contra Sarmatas, gentem ferociſſimam præmiſit. In qua expeditione iuvenculus præter ætatem fortiter ſe geſſit, victor extitit, & ducem Sarmatarum in vinculis ad Galeriũ adduxit. Cum autem is adoleſcentem aliis inſidiis obiicere, & omnino perdere quæreret, ut olim Euriſtheus Herculem: Conſtantinum inſtigavit, ut cum Leone in theatro pugnaret; Qui avidus gloriæ, magna cum laude feram ſtrenue proſtravit, & occidit. Cum vero Galerius eum maioribus periculis obiicere conaretur, is fuga elapſus, & ad patrem ſuum in Britanniam, vitatis inſidiis, ſalvus evaſit. Verum enimvero ſi cui forte hæ coniecturæ longius petitæ cenſeri poſſent, ut maneamus in myſticis Chriſtianis, pueri illius pugna cum ſerpentibus, monere videtur perpetua certamina, quæ ab ineunte ætate cum Satana hoſte, tortuoſo ſerpente, cuius inſultus conſtanter & fortiter, auxilio fidei & merito Chriſti pro nobis crucifixi, abigendi & ſuperandi ſunt. Nam, ut veriſſime Proſper cecinit.

Nunquam bella bonis, nunquam certamina deſunt:
Et cum quo certet, mens pia ſemper habet

Hæ ſunt ſuper nummo Conſtantini meæ cogitationes & coniecturæ, vel ſi mavis, præſagia (ſi fortaſſe Davi, iudicio Oedipi coniungendum eſſet,) quæ ſi tibi tanti momenti eſſe videntur, ut legantur, & ad Freherum noſtrum mittantur, non repugnabo, ſaltem ut videat, me, ſi non ipſius deſiderio, attamen meæ cupiditati illi gratificandi ſatisfeciſſe. Sin aliter cenſes, eas licet conſcindas, aboleas, & Vulcano offeras. Sint igitur hæc omnia tuo iudicio & arbitrio doctiſſimo & politiſſimo in faciendo & omittendo penitus permiſſa.

CAPVT

CAPVT. LXXVI.

Virum veſtitus virilis fœmineo ſexui indiſtincte prohibitus ſit, nec ne?

IN cap. XXXIX. ſecundæ Centuriæ, operarum ſubciſivarum, multa,& ut
ſpero, non inutilia, de veſtibus & earum uſu & abuſu diſſeruimus,& more
cœpto, vetera & recentia exempla recenſuimus & inſeruimus. Inter alia au- *Deut. 22.*
tem introduximus prohibitionem legis divinæ: Ne induatur mulier veſte „
virili, nec vir utatur veſte fœminea: abominabilem enim eſſe hanc rem apud „
Deum; additis ibi rationibus, quare, & ob quam cauſam hæc mutatio veſti-
tus abominabilis Deo viſa fuerit, Allegavimus præterea obiter nonnulla
verba ex concilio Gangrenſi, cuius canon talis eſt: Si quæ mulier propter „
continentiam, quæ putatur habitum mutat, & pro ſolito muliebri amictu, „
virilem ſumit, anathema ſit: ſicut refertur à Gratiano. Etſi autem quemad- *Cap. ſi qua*
modum omnis mutatio in rebus & nominibus periculoſa eſt, & fraudis *mulier. diſt*
quædam ſuſpicio in illa latere & occultari videtur, ſi, ut in novo regimine *30.*
quædam alterationes ſubeſſe, & ex mutatione monetæ commerciorum dif-
ficultas, ita in mutatione receptorum & diſtinctorum, cognitorumq; ha-
bituum & veſtium, plerumque aliquid fatale vel monſtroſi latet. Hoc enim
fieri ſolet, quando noſtra conſueta & recepta nobis diſplicere, & aliena ni-
mium placere incipiunt, tunc indicium manifeſtiſſimum apparet, vel ambi-
tione, levitate, aut concepta nova opinione, aliorum ritus nos facile ſe-
quuturos, & noſtros relicturos. Exempla habemus in Dario, teſte Q. Cur-
tio, qui cùm principio Imperii ſui acinacem Perſicum iuſſiſſet mutari in eam *De reb geſt*
formam, qua Græci utebantur, protinus tunc Chaldæos interpretatos, im *Alex. Ma-*
perium Perſicum ad eos tranſiturum, quorum formam armorum aſſum- *gni.*
ſiſſent. Eodem modo, poſtquam Alexander Magnus victo Dario Perſicum
diadema, Perſica arma & veſtitum aſſumſiſſet, ita mores unà cum illis mu-
tavit, ut ſuperbiam & animi inſolentiam ac mollitiem cum iis induiſſe,& pa-
triam diſciplinam veluti exuiſſe videretur: unde milites ſuos veteranos &
amicos ſibi ita exoſos reddidit, ut tanquam exterum averſarentur,& tandem
veneno tollerent, licet à nonnullis hiſtoricis crapulæ continuatæ aſſcri-
batur interitus eius præmaturus. Andronico iuniore imperante, Con-
ſtantinopoli in aula (ut fama eſt) tanta fuit veſtitus mutatio, ut non Græ-
corum amplius, ſed Latinorum Myſiorum, Tryballorum, Syrorum, Phœ-
nicum colluvies eſſe videretur; mox prudentiores non obſcurum omen
vel mutandi vel affligendi Imperii inde acceperunt, ſi ut Gregoras te-
ſtatur. Recte itaque Thalmudiſtæ in ſuis vaniſſimis phanthaſiis nonnun-

quam vera admiſcentes, Iſraelitas in illa diuturna & triſti ſervitute Ægyptiaca tria tradunt conſtanter retinuiſſe; linguam Hebraicam, puritatem religionis, ſuæ gentis VESTITVM & HABITVM. Prudenter ergo conſideratcque Helvetii, ut linguæ antiquæ, ita morum atque habitus retinentiſſimi, nuper ſanciverunt, ut, qui avitum habitum veſtimentorum mutarit, peregrinumque aſſumſerit, aut deponeret, à publicis honoribus, muneribus & magiſtratibus excluderetur, & exſors viveret. Quod ſi in mutatione veſtitus virilis, tantum periculum & omen verſatur: multo magis id fieri ſolet, ſi ſexus varietas & forma in veſtiendo accedit: ibi enim, præter levitatem mutationemque morum, iactura honeſtatis, & pudicitiæ ſimul, conſideranda metuendaque eſt. Quare non abſque gravi cauſa, tam in lege divina, quam politica, adeo arcta prohibitio adeſt, ne in veſtitu confuſio talis fiat, ut unus ſexus ab alio dignoſci & ſegregari nequeat, & libidinibus, & aliis inhoneſtis actionibus hac mutatione veluti feneſtra aperiatur.

Hæc cum ita ſeſe habeant, quæreret tamen aliquis non intempeſtive poſſet, utrum indiſtincte illa prohibitio fœminis, ne virili veſte utantur, in lege divina, an cum diſtinctione, vel etiam diſpenſatione quadam facta ſit, necne, ita ut neceſſitas, aliave cauſa, eam aut mutet, aut prorſus tollat. Exempli cauſa, Poteſtne excuſari potentiſſimi Regis Mithridatis uxor, quod tonſis capillis, & equo conſcenſo, atque inſtar viri, veſtibus & armis ſumtis, mentita ſit virilem ſexum, abiecto fœmineo, atq; aſſumto militari veſtitu, perpetua comes in bello, marito Regi adhæſerit? Laudandane obſecro eſt, Eugenia Philippi Alexandriæ præfecti filia, quæ (ut in eius hiſtoria legitur) Imperatore Commodo regnante, perſecutionis & periculi fuga Heliopolim conceſſit, duobus eunuchis comitata, ibique virili habitu & animo monaſterium ingreſſa, tantum inter viros profecit, ut unanimi omnium conſenſu Abbas eligeretur. Verum illa, recuſata Prælatura, cum poſtea adulterii apud Præfectum Alexandrinum, patrem, rei ignarum, tanquam maſculus monachus delata, innocentiam ſuam muliebri corpore, publico in iudicio
Lib. 17. c. 5. oſtentaſſet, parentes, fratres, totáq; familiã ad fidẽ Chriſtianã convertit? An laudanda & Theodora Alexandrina, quæ, teſte Nicephoro Caliſto, imperãte Iuſtino, veſte cũ vita, quam turpẽ antea Alexandriæ egerat, in virilẽ mutata, in monaſterium ſe ibi recepit, multoſq; años ſexũ ementita, quod erat reliquum vitæ, ut Monachus in eo conſumſerit? Suntne præterea reæ dictæ prohibitionis, vel ſecus, fœminæ Perſicæ, quæ (ut Iovius in ſua hiſtoria retulit) militari veſte indutæ, maritos, in prælio Campſonis Regis Perſarũ, contra
In geſtis Selimum, Turcicũ Imperatorẽ ſecutæ, occubuere, & ita cæſæ repertæ ſunt.
Manuelis. Aliud exemplum de fœminis noſtratibus adiicere libet ex Nicetа hiſtorico.

Quo

Quo tempore (videlicet anno 1247. Alemanni cum Gallis, Conrado Imperatore duce, ad acquirendam Palæſtinam & Hieroſolymam, magnis copiis in Syriam profecti ſunt, fuiſſe, inquit, mulieres Germanicas, virorum inſtar equitantes, Martio vultu & habitu, Amazonica prorſus audacia, quarum illuſtriſſima altera prorſus Pentheſilea, ob fimbrias & ſimilium veſtium auro intertextum, auripes vocabatur. Nec reticendum eſt fœminæ Metenſis equeſtri loco genitæ exemplum, quæ, ut in vetuſtis carminibus noſtris legitur, maritum ſuum Alexandrum à Mahmete captum, & ad aratrum condemnatum, habitu & forma Monachi mare transfretans, arte ſua liberavit.

Porro, ut ad recentiores hiſtorias veniamus, quæritur, num fœminæ Gallicæ Fani Requierii, cum à Cæſarianis, duce Domirio, durante bello illo diuturno, inter Carolum V. Cæſarem, & Franciſcum I. Regem Galliarum, acriter illud oppidum oppugnaretur, & parum abeſſet, quin ab hoſte occuparetur, patriam ſuis armis ſervarunt, perperam vel recte fecerint. Ita enim de iis ſcribit Arnoldus Ferronus: At mulieres ipſæ pice, aquisque calidis & ferventibus admotis, mœnia ſcandentes viris admixtæ, ita virorum officio functæ ſunt, ut re infecta, multis cæſis, redire coacti ſint. Sed etiam à mulieribus VIRILI HABITU dimicantibus, extorta hoſti duo vexilla. Similiter poteſt quæri, utrum honeſte & recte, vel contra leges & decorum, ſeſe geſſerit nobilis illa virgo Senenſis, in obſidione diuturna patriæ ſuæ, oppugnante eam Marchione Marignano, Præfecto militum Coſmi, Ducis Florentini, quæ (ut ſcribit non abſque admiratione Monlucius, in hac urbe Regis Galliæ præfectus) quum eius frater eſſet morbo impeditus, quo minus ad luſtrationem & defenſionem urbis compareret, isq; gravi ſub pœna accerſitus eſſet, clam, ſumto eius veſtitu & armis, fraterno nomine comparuit, vigilias ſubiit, & reliqua exercitia militaria, mentita ſexum, viriliter adminiſtravit & geſſit, donec frater eius convaleſcens, in ſororis locum ſucceſſit; Quamobrem illa magno cum honore & gratulatione omnium, domum reducta fuit. *In vita Valeſ. Franc. Reg. mihi fol. 240.* Ut autem ad exempla noſtris temporibus propinquiora perveniamus, quæri præterea poſſet, fœminane illa militaris excuſari poterit necne, quæ in bello Turcico, à Sinane Baſſa, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, inter alios captivos Chriſtianos, virili habitu, in vinculis Conſtantinopolim adducta eſſe dicitur? Ita enim Mercurius Gallo Belgicus ſcribit: *Hiſt l. 14.* Reperta eſt quædam mulier, virili habitu induta, quæ multos annos caſtra Chriſtianorum erat ſecuta, & Cæſari fideliter militaverat. Mirati Turcæ, rogarunt eam, anne ſub hoc habitu viris unquam carnaliter permixta fuiſſet? Negante illa, interrogati ſunt & reliqui captivi, an hanc mulierem cognoviſſent? Qui omnes iureiurando

affirmarunt, ſe omnes, illam virum eſſe, ſemper exiſtimaſſe. Perlata eſt huius rei novitas ad aures Sultani, qui eam ad ſe duci præcepit, atque inter cætera interrogavit, num ſic ſexum mentita, unquam Turcas interfeciſſet? Illa nihil aliud rata, quam ut mox interficeretur, imo mortem, ob captivitatis immanitatem, in votis habens, reſpondit ſe, quamdiu Cæſari meruiſſet, quæ militem decent, ſemper cum optima fide egiſſe, in omnibus expeditionibus, oppugnationibus, velitationibus ac pugnis, ad quæ mandato præfectorum ſuorum miſſa fuerat, ſe virum exhibuiſſe, nulli hoſtium peperciſſe, ſed plurimos cæſim punctimque feriendo interfeciſſe. Admiratus Sultanus virilem mulieris animum, eam primo per urbem duci, ut ab omnibus conſpiceretur, iuſſit, deinde eam Sultanæ ſuæ donavit. Pergit ibi ille auctor: Ne mireris, Lector, neque fabulas nos narrare exiſtimes. Meminerunt enim mecum plurimi, quo tempore Illuſtris Marchio Waretbonius, Blienbecam, paulo poſt obitum Martini Schenkii, occupavit, ſimilem mulierem in arce inter mortuos inventam, quæ ſub habitu viri multos annos ordinibus Hollandiæ non minus ſtrenue quam fideliter militaverat, &c. Huc ſpectat hiſtoria fœminarum Culmenſium, & Elbingenſium, quæ veſtitu & armis virilibus patriam contra Suantipolum Ducem Pomeraniæ, qui ſciebat, cives plerosque in prælio paulo antea caſos, conſervarunt, & propterea peculiare privilegium fœmineo ſexui conſecutæ ſunt: ſicut à Caſparo Hennebergero recenſetur. Verum enimvero huius quæſtionis ſolutio, de veſte virili, fœmineo ſexui prohibita, meo iudicio in eo conſiſtit, quod amor coniugalis, defenſio patriæ, & neceſſitas, utpote in rebus honeſtis, ſoluta legibus, multa licita faciant, quæ aliàs, tanquã illicita, prohibita, & interdicta ſunt. Inprimis autẽ neceſſitas, inquit Halicarnaſſeus, & extremum periculum poteſt audaciam inſerere, vel in eo, in quo innata non erat. Et Saluſtius neceſſitati irritatæ graves morſus attribuit. Hinc interpretes legis divinæ allegatæ, eam non tã ſtricte interpretantur, ut præciſam abominationem in ſe contineat, ſed eam variis modis limitant & mitigant: ſicut Gerſon Cancellarius Pariſienſis eam iudicialem cenſet, quæ non obligat, in nova lege, illamque in caſibus neceſſitatis, vel evidentis utilitatis, vel approbatæ conſuetudinis, vel ex auctoritate & diſpenſatione ſuperiorum, non valere dicit. Eodem modo Lyranus eam ſolummodo ad arma militaria, ex textus Hebraici interpretatione, reſtringit: Prohibetur, inquit, hic, quod mulier non portet arma viri, tum quia indecens mulieri, & præſumptuoſum, tum quod pro tunc erat ſuperſtitioſum: Quia gentiles mulieres, in ſacris Martis, portabant arma viri, & in ſacris Veneris viri portabant ornamenta mulierum, & inſtrumenta earum, utpote colum, fuſum & ſimilia. Ideo ſubditur: Abominabi-

nabilis eſt apud Deum, qui hoc facit. Abominatio enim in ſacra Scriptura communiter capitur pro Idololatria, ſeu pro aliquo ad idololatriam pertinente. Si autem litera prædicta intelligatur de veſte communi, prohibetur hic talis uſus vel potius abuſus, quia eſt occaſio libidinis. Nā mulier, in veſte virili, poſſet licentius cum hominibus luxuriam exercere, & ſimiliter vir in veſte mulieris, quia liberius poſſet ſecreta mulierum ingredi. Hactenus Nic. de Lyra ad cap. 22. Deuter. Ex his & aliis rationibus defenditur Iohanna, (vulgo puella Lotharingica vocata) quæ divinitus, ut putatur, Carolum VII. Gallorum Regem, regno reſtituit, & contra Anglos virili veſte & armis militavit. Poſtremo, ex legibus Romanis conſtat, nonnulla veſtimenta utrique ſexui communia fuiſſe, quibus videlicet promiſcue utebatur mulier cū viro, veluti penula, palliumve eſt, & reliqua eiuſmodi, quibus ſine reprehenſione vel vir vel uxor utebatur, ſicut *in l. veſtis, de auro & argent. legat.* distinguitur, quam diſtinctionem latius explicat Alexander de Alexandria de genialibus diebus. *Lib. 5. c. 16.*

Caput LXXVII.

Quæ ſint vera ornamenta mulierum, & quam deteſtabilis res ſit fucus: cui adiuncta ſunt nonnulla de fœtore cadaveris humani.

Auctarium capitis XXXVIII. Centuriæ ſecunda.

PAULO ante recenſuimus ex Nazianzeno vera, ornamenta mulierum, & quam fucus deteſtabilis res, & cum hypocriſi comparandus ſit, adiecimusque nonnulla de fœtore humani cadaveris. Nunc auctarii loco plura de his rebus admodum memorabilibus congerere volui. Porro mores & ornatus verus fœminarum & matronarum ita commendatur: ut nihil torvum in oculis, nihil procax in verbis, nihil in actu inverecundum: non ſit geſtibus fractior, non ingreſſu ſolutior, non vox petulantior, ut ipſa corporis ſpecies ſimulachrum ſit mentis, & figura probitatis. Felix, imo feliciſſimus, cui talis contingit conſors vitæ coniugalis. Verum enimvero, quemadmodum virtutes cumulatæ, eæque perfectæ raro vel nunquam cadunt in homines; ita hæc felicitas potius optanda quam adipiſcenda. Non enim vivimus cum perfectis, ut ait Cicero, ſed præclare agitur, ſi vel ſimulacra quædam virtutum appareant. Cæterum quam deteſtanda res ſit fucus in utroque ſexu, præſertim autem fœmineo, adduco Clementis Alexandrini iudicium, cuius ſimilitudo de deliciis Ægyptiorum, *Lib 3. pædag. cap. 2.*

De Repub. lib.4.c,11. rum, & quod inde infert ad multas res accommodari poteſt, quod Petrus Gregorius Tholoſanus ita refert: Mulieres comtæ, fucatæ, ornatæ, ſunt templis ſimiles Ægyptiorum in quibus porticus, veſtibula, lucive magnifice inſtruebantur, atria multis columnis cincta erant, parietes lapidibus externis & artificioſe depictis ſplendebant: ædes auro & argento & ære collucebant ex variis Indicis & Æthiopicis lapillis, adyta vero intextis adumbrabantur peplis, ſed dum penetralia templi adytus ſubiiſſes, & ad id, quod eſt præſtantius, ſpectandum properaſſes, & imaginem, quæ in templo habitaret, quæſiviſſes, ſacerdos quiſpiam ex his, qui in templo ſacrificabant, venerando quidem vultu apparebat, ſed velum adyti tollens, numen ridiculũ oſtendebat, animalia bruta, felem, crocodilum, vel ſerpentem indigenam, vel aliam belluam, quæ templo indigna eſt, & digna potius antro vel ſpelunca, apparebatque ita Deus Ægyptiorum bellua, quæ ſuper ſtragula purpurea volutabatur. Tales nempe mulieres criſpatis capillis, tinctis oculis, unctis genis; pilis iunctis, fluxa toga, catenis & gemmis, aliisq; ornatibus compoſitæ, quibus decipiunt homines, qui dum proximius accedunt numen inſpecturi, intro belluam vident, dignam antro, quæ detracto velo apparet, ibi Satan Draco latet in cavea animæ adulteræ, & pulchritudo non vera, ſed fucata. PERDVNT MVLIERES VERAM PVLCHRITVDINEM, DVM EXTERNAM INDVVNT, &c. Non inſcite itaque quæritur, *Quodnam id hominum genus ſit, quod cum ſua facie non it dormitum?* Ad hoc reſpondetur: Fucatæ ſunt mulieres, quæ aliam ſibi faciem tectoriis induunt, quam quæ ſpectatur, fuco ſeſe illinentes ſeu lenocinio, quæ certe non aliud quam perſonatæ eſſe videntur, quando larvis inſitam obvelant deformitatem, aut graſſantem ſenectutem erugata cute differre annituntur. Hoc pie ita explicat Cyprianus: *De habitu virgin.* Manus Deo inferunt mulieres, quando quod Deus formavit, ipſæ reformare contendunt. Deum videre non poteris, quando oculi vel facies aut crines tibi non ſunt, quos Deus fecit, ſed Diabolus infecit, an quid deſideramus amplius?

De cultu fœmin. Non abſque cauſa igitur Tertullianus graviter hortatur mulieres, at non ſtudeant fuco & nitori, quia quæ cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt, illis plaſtica Dei diſplicet. Reprehendunt n. dum emandant. Quia diaboli negotium eſt, quod fingitur, ſicut quod naſcitur, opus Dei eſt. Quia indignum eſt nomine Chriſtiano, faciem fictam geſtare, quibus ſimplicitas omnis indicitur: Effigie mentiri, quibus lingua non licet: appetere quod datum non ſit, quibus alienum abſtinendum. Quia quæ mulieres crocum capiti ſuo ingerunt, eos pudet, quod non Germanæ aut Gallæ ſint procreatæ, ita patriam capillo transferunt, & revincunt Deum dicentem: Quis veſtrum poteſt capil-

lum

fum album ex atro facere? Quia ſi non pudet eas enormitatis, qua affigunt capillamenta tentilia & ſutilia, pudere inquinamenti eas debebat, ne exuvias alieni capitis, forſan immundi, gerant, &c. Præterea eiuſdem Cypriani monitio admodum pia eſt. Non metuis (inquit) oro, quæ talis es, ne cum reſurrectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoſcat: & ad ſua præmia & promiſſa venientem removeat & excludat? increpans vigore cenſoris & iudicis dicat, opus hoc meum non eſt: nec imago hæc noſtra eſt, cutem falſo medicamine polluiſti, crinem adultero colore mutaſti, expugnata eſt mendacio facies, figura corrupta eſt, vultus alienus eſt: Deum videre non poteris, quando oculi tibi non ſunt, quos Deos fecit, ſed quos Diabolus infecit, &c. Plura ſane & notatu digna de adſcititia forma & trulliſato, gypſato, cretato & purpurato vultu mulierum, & quæ ſcandala & mala ex eo proveniant, recenſet Stephanus Guazzus. Inter alia autem (ſicut ex Italico docte tranſtulit præſtantiſſimus vir Henricus Salmuth) dicit: Novi iuvenculam, cuius collum ante duos etiamnum menſes, non minus atrum erat, ac fabri cuiuſdam ferrarii, nunc vero in plateis ita gypſata aut ceruſſata incedit, ut ipſa amplius haud videatur. At cum caput parumper flectit, tum & colli & gulæ à facie multum differentis, nigredo detegitur, ut vel onocrotalum te conſpicere credas, & caput illud ex Belgæ cuiuſdam collo ablatum Æthiopi impoſitum & accommodatum dicas. Idem auctor poſtquam in eodem libro de abuſu fœminarum nimium, & præſertim capitis ornatum cum comis criſpatis & tortis graphice deſcripſiſſet, concludit, ornatui iſti deeſſe emblema quoddam, aureis expreſſum literis, nempe: DEI OFFENSIO: AMANTIUM SPES: MARITORUM RUINA. Et tandem eiuſmodi fœminas alieno colore & fuco ornatas, ſimiles eſſe ait upupæ illi, quæ, uti fabula nos docet, etſi in ſordib. quidē conſueta vivere, ad aquilæ tamen nuptias præ omnibus aliis avibus fuit honorata, quod coronam in capite geſtaret, & verſicoloribus eſſet induta plumis. Præclaram & egregiam laudem eamque perennē habet & habebit Alemanailla, coniux Manuelis Comeni, quam Nicetas Choniates ita prædicat: Manuel uxorem duxit Alemanam ex illuſtri Principum familia natam, quæ non tam formam corporis curabat, quam animi pulchritudinem. Itaque omnibus fucis & aſcititiis ornamentis repudiatis, ut quæ vecordes mulierculas decerent, naturali rubore contenta virtutum ornamentis fulgebat, conſtantia & animi gentilitia probitate. Hanc fœminam, & quidem Imperatricē, imitari deberent illæ, quæ fuco & aliis externis coloribus. potius ſe deformare, quam nativam formam exornare conantur. Recte itaque fucus ille, qui extra pulchre appareat, intus vero plenus ſordium & fœtorum ſit, hypocriſi & iis qui ea delectantur, aſſimilatur.

De civili converſatione lib. 3.

Lib. 7.

Quo

Lib.7.c.24 Quo reſpexiſſe videtur Ioan. Salisberienſ. in Nugis Curialium ſcribens:
inprinc. Ecce quam miſer eſt finis hypocritarum, qui ſacro teſtante eloquio, perdentur ut ſterquilinium quo nihil immundius eſt. Hypocritam autem definivit Bernardus Textor ita: Hypocrita eſt, qui eius rei, quam corde odit & con-
Super 23. temnit, vel geſtibus vel verbis, vel factis externis dilectionem præ ſe fert:
Dom. Trin. qui è contrario eius rei, quam corde diligit & magnifacit, geſtibus, verbis & factis externis odium præ ſe fert. E contrario ſincerus & candidus eſt, qui illud, quod malum eſſe agnoſcit, & corde odit, etiam geſtibus, & verbis, & factis externis teſtatur: Quod vero intelligit bonum, & corde approbat, ſine metu ullius creaturæ, geſtibus verbis & factis oſtendit. Huc reſpexit B. Auguſtinus, ubi dicit: Hypocritæ ſana membra oſtendunt, vulnera tegunt, qui nolunt humiliari confeſſione iniquitatis ſuæ, humiliantur pondere manus Dei. Recte quoque & admodum concinne ita definit hypocritam, Melanchthon: Eſt animal indoctum, plenum livoris & malevolentiæ, ſuſpicax, calumnioſum, ſeſe admirans, & ſævum ubi eſt occaſio. Hanc definitionem eſſe veram ipſemet ſeuſit , ſi ut in ſuis ſcriptis ſæpenumero conqueritur: Nec ipſe tantum , ſed etiam alii multi boni & pacis amantes , qui inter illa monſtra vivere & manere coguntur. Conſolationem autem habent firmã & certam , quod illa hypocriſis & falſitas non tam alios lædit, quos vel odio vel ignorantia gravat. quam eos ipſos, à quibus hæc exiſtit atque proficiſcitur. Qui quidem neque conſcientiæ ſuæ pœnas, neque divini numinis animadverſionem effugere poterunt. Pulchra etiam eſt applicatio à fuco ad hypocriſin Cypriani: Angeli, inquit , apoſtatæ oculos circumducto nigrore fucare, & genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulterinis coloribus
Eraſmus crinem, & expugnare omnem oris & capitis veritatẽ, corruptelæ ſuæ impu-
in Colloq. gnatione docuerunt. Huc ſpectat Symbolus, collocutor Phrlodoxi, ita ratiocinans: Tantam habet vim conſtantia, ut qui vitioſam nacti ſunt naturam, tamen ob hoc ipſum levius ferantur, quod nunquam ſui ſint diſſimiles. Fucus autem ſimulatque ſuboluit, etiam in benefactis gignit odium. Porro quod ſimulatum eſt, perpetuo latere non poteſt, aliquando erumpat, opor-
In Faſtis tet; quod ubi factum fuerit, ſemel evaneſcet omnis ille magnificus gloriæ
menſe Iun. fumus, atque etiam in fabulam vertetur. Recte itaque & graphice Chyrræus taxat hypocriſin Iuliani Apoſtatæ, hiſce verſibus:

Nulla diu ſimulatio durat,
Agnina ſub pelle latens vulpecula tandem
Proditur indiciis propriis.

Æn Silv. Sed ut more noſtro conſueto , hiſtorica quoque admiſceamus. Hy-
commen l.1 pocritarum vitam Friderico Cæſari coram accuſabat Caſpar Schlickius, Cancel-

Cancellarius Bohemiæ, abiturum ſeſe aliquando in loca dicebat, quæ hiſce hominum monſtris vacua eſſent. Cui Fridericus, ultra Sauromatas ergo, inquit, & glacialem Oceanum tibi eundem eſt. Sed cum eo veneris, non omnino carebit hypocriſi locus, ſi modo & tu homo, non Deus es. Inter mortales enim nemo eſt, qui non aliqua ex parte fictus fucatuſque ſit. Vt autem de fœtore cadaveris humani nonnulla memorabilia prioribus adiiciam: Hac de re habemus exemplum Numeriani, Cari Cæſaris filij, cum oculorum dolore correptus, in lectica veheretur, impulſore Arrio Apro, ſocero ſuo, inſidioſe occiſus eſſet: Ejus mors, cum tamdiu occultaretur, donec Aper imperium rectius invadere, & commodius occupare poſſet, fœtore cadaveris prodita eſt. Quo offenſi milites cuſtodes, cum diductis lecticæ velis introſpexiſſent, interfectum eſſe patuit, ſed ea inulta non manſit: Concionantem enim Aprum, Diocletianus ſucceſſor confodit, ſicut Eutropius, Aurelius Victor, & Pomponius Lætus, ſcriptum reliquere. Alterum exemplum habemus apud Saxonem Hiſtoricum. Frothone III. Danorum Rege clariſſ. mortuo, ſalitum corpus, triennium proceres aſſervandum curavere, & quaſi præ ſenio, nec pedes incedere, nec equo vehi poſſet, regio curru circumvexere, provinciarum defectionem, vulgato Regis exitu, formidantes. At ubi putidos artus extrema corripuit ſanies, nec tabes reprimi poterat, ſecus Vueram, Sialandiæ portum, regio funere tumulavere corpus, affirmantes, Frothonem eo loci mortis & buſti copiam exoptaſſe, ubi regni ejus præſtantiſſima haberetur provincia. Huc referri poteſt quod recens eſt; nam mortuo Solimanno, Turcico Imperatore Anno 1566. in obſidione Sigethana, cum Viſieri Baſſæ, qui ſunt præcipui, & arcanis rebus præpoſiti, mortem ejus omni ſtudio & calliditate celare conarentur, donec ſucceſſor regni adveniret (Turcæ enim præſertim Janizari, interregno durante, hoc habent privilegium, ut Judæorum & Chriſtianorum bona prædæ illis expoſita ſint) Ideoque omnia, quæ ad regium cultum, quaſi adhuc ſuperſtes eſſet, diligenter & exquiſite exornarent: tamen ſubolentibus nonnullis aſtutioribus, fœtorem cadaveris, licet aromatibus conditi, parum abfuit, quin in caſtris excitata ſeditio fuerit, niſi adventus novi Imperatoris præmaturus eam impediverit. Poſtremo Beati Bernardi regula, continens tres monitiones ſalutares, memoriæ omnibus commendanda eſt. Quid fuiſti? ſperma fœtidum. Quid es? Vas ſtercorum. Quid eris? Eſca vermium Et ejus diſcipulus Guarricus Igniacenſis: Corpora peccatorum quid ſunt, niſi ſepulchra mortuorum, quæ ſunt plena omni ſpurcitie, putredine & fœtore?

Lib. 5.

Sermone de Scripturarum ſanctarum utilitate.

Caput LXXVIII.

De fœminis nonnullis, quæ ſibiipſis mortem conſciſcere maluerunt, quam pudicitiam ſuam violare permiſerunt.

CUm ſub finem ſuperioris menſis in feſto ſolenni Academiæ Aldorfinæ Tragœdia, cujus titulus erat Lucretia, publice exhiberetur, incidit diſputatio inter amicos, utrum recte feciſſet, & reparationem honoris & pudicitiæ ſuæ ſeipſam interimendo acquiſiviſſet Lucretia illa Collatini uxor. cum partim doloſis perſuaſionibus Sexti Tarquinij coacta, partim vim paſſa eſſet, an ſecus? & ita duplici metu, non quidem vulgari & levi, ſed qui in conſtantem virum cadere poſſet, minis & armis coacta eſſet. Huc accedit, quod in jure perſuaſio doloſa eſt ita punibilis, & plus quam violenta coactio, ut ſentit Salicetus & Chaſſanæus. Hoc Lucretiæ & Tarquinij factum tunc temporis in familiari colloquio, in utramque partem quidem diſputatum, ſed intervenientibus aliis negotiis indeciſum relictum fuit. Quæ res præbuit tandem occaſionem & materiam mihi reverſo domum, ulterius de illo cogitandi. Et incidi forte in Græcum epigramma, aliàs à me notatū, improbans Lucretiæ ſpontaneam cædem hoc dilemmate, ſicut in Latinum converſum eſt:

In l. unic. in fi. C. de rapt. virg. in conſ. 40. nu. 6. in fi.

Si tibi forte fuit Lucretia, gratus adulter,
Immerito ex merito præmia cæde petis.
Sin potius caſto vis eſt illata pudori,
Quis furor eſt hoſtis crimine velle mori?
Fruſtra igitur laudem captas Lucretia: namque
Vel furioſa ruis, vel ſcelerata cadis.

Exſtant autem varia judicia de hoc violento ſtupro, & cæde Lucretiæ apud Livium, Florum, Valerium Maximum, Plutarchum, Ovidium, Auguſtinum, & alios veteres auctores. Nec deſunt recentiores, qui ut omnes Lucretiæ factum approbant & collaudant: ita Tarquinij eum deteſtantur. Ex quibus Guilielmi Onciaci præ cæteris ſententiam hic inſerere volui: Lucretiam, inquit, ſi intactus animus, & impollutum corpus, quia delicta ſine delinquendi animo non conſtituuntur, pro vice, quod ſibi mortem conſciverit, damnant. Defendi poſſit ea humana ratione, tametſi non delinquant, nec idcirco vindicem pertimuerint legem, quia annumerentur inter caſus fortuitos Principum acta, quæ à nemine præſtantur, quemadmodum nec vis quælibet major. Deliquiſſe tamen in ejus perſonam Tarquinium, eique feciſſe injuriam, conſtabat. Cum igitur factum pro infecto haberi non poſſit, ſed nedum facto, quin imo ſuſpecto carere mallet, ſuaque id intereſſe noſſet, nec ſubeſſe vindicaturum judicem, ac

Li. 1. c. 19. de civi. Dei.

Quaeſt. juris Philoſoph. 28. n. 5

qui intrinſecam conſcientiam palam faceret, ſine judice jus ſibi dixit, ac dixit proprio vitæ experimento, ut magnanimis civibus eodem diſcriminae ulciſcendi facinus viam præmonſtraret; nec eam ſua cura fefellit. Hoc fa- *Lib.6.c.1.* cinus ita explicat Valer. Maximus: Poſtquam Lucretiam ducem Romanæ pudicitiæ fecerat, cujus virilis animus maligno errore fortunæ muliebre corpus ſortitus eſt à Sexto Tarquinio, Regis ſuperbi filio, per vim ſtuprum pati coacta, cum graviſſimis verbis injuriam ſuam in conſilio neceſſariorum deploraſſet, ferro ſe, quod veſte tectum attulerat, interemit. Cauſamque tam animoſo interitu, imperium conſulare pro regio permutandi, populo Rom. præbuit. Eadem ratione idem Orgiagontis Reguli Gallo Græcorum uxoris ſtuprum paſſæ pudicitiam defendit. Hujus fœminæ, inquit, an aliud quiſpiam quam corpus in poteſtatem hoſtium veniſſe dicatur? Nam neque animus vinci, nec pudicitia capi potuit. Cæterum ad tuendam famam & pudicitiam Lucretiæ, & aliarum fœminarum vim paſſarum multa egregia exempla & hiſtorias veteres & recentes congeſſit Baptiſta Fulgoſius. Nec non & Simon Majolus, in quo tamen *Lib.6.de* quædam cum judicio legenda & applicanda ſunt. His lector cupidus plu- *pudicitia.* ra cognoſcendi, addere poteſt in meis Meditationibus plura lectu digna. *In Canicu-*

Viſum autem fuit, illis nonnulla memorabilia adiungere, quibus fœ- *lar. verbo,* minæ heroicis animis præditæ, teſtari voluerunt, pudicitiam ſuam pro- *Mulier.* pria vita chariorem eſſe. Et exſtat apud Bizarum, cujusdam captivæ Cy- *Cap.50. cẽ-* priæ fœminæ nobilis notabilis audacia & aſtutia, ſibi ipſi & aliis conca- *tur.1.* ptivis mancipiis aliisque exitioſa, cum Nicoſia non ita pridem à Turcis ex- *De bello* pugnata eſſet: Majorem, inquit, partem eorum, qui captivi abduceban- *Cyprio li.1* tur, & florem juventæ, cum ingenti præda & opimis ſpoliis in quandam navem, quæ ad Mahometem pertinebat (arcem potius dixeris) & in triremem navemque onerariam iniecêre, ut hæc omnia ipſi Mahometi & Selymo Imperatori dono darent. At quædam ex illis nobilioribus fœminis, quæ captivæ abſtrahebantur, (cum morbum ſimularet, & ideo laxatis vinculis arctioribus, in navi recreationis cauſſa hinc inde ambulare conceſſum illi eſſet) ignem in ſulphureum pulverem ibi aſſervatum, coniecit, quo quidem ea navigia cum omnibus, qui in iis devehebantur, combuſta ſunt, omniſque theſaurus vel flammis abſumptus, vel mari abſorptus eſt, nec ullus eo incendio ſervari potuit, præter nauclerum, ſcribam, & perpaucos alios, qui natando ad littus incolumes pervenerunt, ex quibus id poſtea reſcitum eſt. Hoc ſane ſpectaculum licet horrendum omnino, ac miſeratione dignum extiterit, quæ tamen hujus fuit auctor incendij, minus malum judicavit ita extingui, quam in manus efferas devenire, pudoremque & libertatem ſervituti

ac dedecori longe præferendam cenſuit. Hæc itaque mulier, ſi laus pudicitiæ ſpectetur, nulla ex parte inferior judicanda eſt Græca fœmina, nomine Hippo, quæ cum hoſtium claſſe eſſet excepta, in mare ſe, ut pudicitiam morte tueretur, abiecit. Nec minus digna, quam Digna (alij Dugna) Aquilienſis, quæ quidem genere nobilis, formaque tam conſpicua, ut omnes alias ejus urbis fœminas facile præcelleret, cum ſuam patriam ab Attila, Rege Hunnorum, expugnatam, hoſteſque victoria abutentes conſpiceret, vitam potius ſuo ſcelere, quam alieno pudicitiam amittere ſtatuit. Ideoque domeſticam turrim præterfluenti Nataſoni imminentem conſcendit, & capite obvoluto in ſubiectum turri gurgitem ſe præcipitavit. Atque hæc Cypria mulier licet laudatiſſima, in hoc utrique diſſimilis, minuſque forſan laudis apud nonnullos ejus præclarum facinus meretur, quod illæ ſui tantum corporis jacturam fecere: at iſta plurimorum necis cauſa fuerit: & idcirco forſitan imprudens ab aliquibus, & nimis audax judicari poſſet, quæ nulla habita ratione aliorum ſalutis, tantummodo ſibi, ſuoque pudori conſulere ſtatuerit. Verum hæc (ſi res æqua lance perpendatur) non ſolum ſeipſam, ſed etiam ſuos comites ab eadem nota & tyrannide liberavit. Nam omnes eadem ſors manebat, omneſque in ærumnoſam & perpetuam ſervitutem abducebantur. Huc-uſque Bizarus.

Non diſſimile, & atrox quidem exemplum accidit ante aliquot annos, cum Rex Poloniæ Stephanus in obſidione Dantiſcana occupatus eſſet, & Muſcovitæ captata hac occaſione in Livoniam irruerent, atque arcem & civitatem Wendenam, munitam & amplam expugnarent, in eaque crudeliſſime in utrumque ſexum & quamlibet ætatem cædibus, libidine & aliis atrocibus modis ſævirent. Hanc immanem crudelitatem cum ij, qui in arcis munitum locum confugerant, conſpicati eſſent, deſperabundi cum uxoribus & liberis pulvere tormentario incenſo ſeſe interemerunt, ne in tam truculentos hoſtes, cum præſentaneo diſcrimine honoris & pudoris, inciderent; ſicut Laurentius Mullerus late hæc deſcribit, ubi addit: Hoc factum non ſolum vicinis Livonibus, ſed etiam Moſco ipſi deplorandum & mirandum fuiſſe. Et licet Theologi Rigenſes contra illas fœminas & virgines, qui ſibiipſis manus in hac extrema neceſſitate, metu hoſtis atrociſſimi, intulerant, in concionibus declamarent, earumque factum condemnarent: tamen unuſquiſque judex eſſe poterit, utrum rectius fecerint, dum ſpontanea morte honorem & pudicitiam ſuam, deſperato omni auxilio & ope, conſervare, quam crudelitati immitiſſimi hoſtis eam proſtituere, & ſervituti intolerabili & flagitioſæ ſeſe & ſuos liberos ſubiicere maluerunt. Adjungendum putavi adhuc vetus

In hiſtoria ſepten.

vetus exemplum conſtantiæ & pudicitiæ, Cammæ mulieris Galaticæ prioribus conveniens, quæ poſteritati æternam memoriam virtutis heroicæ Ethnicæ reliquit. Hæc enim, referente Plutarcho, forma venuſtiſſima, uxor Sinati Galatiæ reguli, adamata fuit à Synorige Galatarum potentiſſimo, qui cum marito vivente, neque perſuaſurum ſe mulieri adulterium, neque vim inferre poſſe videret, Sinatum interfecit. Erat Cammæ refugium & ſolatium calamitatis, ſacerdotium Dianæ avitum, in cujus æde plerunque commorabatur, neminem admittens, quanquam multi ipſam & potentes ambirent. Cum autem Synorix auſus eſſet eam de nuptiis appellare, non ſubterfugit, neque facinus ejus culpavit, ad quod ipſum ſcilicet non alia pravitas, ſed amor ipſius & deſiderium impuliſſet. Ergo Synorix fidens Cammæ, venit, eam in matrimonium petitum: occurrit mulier, dataque dextra ad aram Dianæ hominem adduxit: ibi cum de mulſo, quod veneno infecerat, à patera libaviſſet, dimidium ipſa ebibit, reliquum Synorigi ebibendum propinavit: poſtquam ebibiſſe vidit, alte ſublato ejulatu, nomine maritum invocans: Hanc, ego, inquit, diem præſtolans adhuc Sinate, Sinate cariſſime, vitam acerbam toleravi, nunc vero lætus me accipe, ultam tui gratia ſceleſtiſſimum virum, utque tibi vitæ, ita huic mortis ſociam perlubenter factam. Ac Synorix quidem lectica vectus, paulo poſt vivendi finem fecit: Cammam ferunt diem illam noctemque ſupervixiſſe, valdeque alacrem & hilarem diſceſſiſſe. Huc ſpectat Epitaphium Glaphyræ, quod legitur Neapoli in domo Adriani Gulielmi, referta ſelectiſſimis monumentis & antiquitatibus, tale videlicet: GLAPHYRA CL. LVSCI F. ADFECTA ADEO CINERIBVS CAII LVCII FAVSTI MARITI HEV RARISSIMI, VT AD ALIVM NVNQVAM TRANSIRE VOLVERIM, ETSI FORTVNA PRÆPOTENS, CONSTANTIÆ SEMPER INIMICA SVRDO DISCRIMINE PVDICITIÆ PLACIDAM RVINAM MINABATVR, ET VIRIDIS ÆTAS FIDEM CONIVGII VIOLARE IMPELLEBAT, INTER VTRASQVE TAMEN FLVCTVANS MVLIER, MENSE VII. D. XI. NON TAM CORPVS COELEPS, QVAM ANIMVM PVDICVM SERVAVIT. ET NE TANTA DOMESTICORVM HOSTIVM PVGNA CONTINVE AVGESCENTE VINCERER, PROCERVM PETVLANTEM TVRBAM FVGIENS, VIVAM ME CONDIDI MONVMENTO. AT POSTERI, SI INVIDETIS, IMITAMINI, SI VERO QVIS PROBAVERIT, PROBETVR: SI IMPROBAVERIT, IMPROBAM SE ESSE SCIVERIT. VALE MORS. VIXI ANNOS XVI. SALVE VITA PERPETVA.

In lib. Erotico, ſive Amatorio.

In Apophth. Lacon. in Lycurg.

Vt autem tandem hoc caput de pudicitia mulierum honeſtarum concludam, ea ſemper fuit in magno pretio, tam apud Ethnicos, quam Chriſtianos, ſicut præcedentia exempla ſatis declarant. Inprimis autem ea celebris apud Lacones ſive Spartanos fuit, ſicut Plutarchus obſervavit. Tanta, inquit, iſto tempore mulierum Laconicarum pudicitia fuit, tantum abfuit levitate earum, quæ poſtea temporis extitit, ut olim crimen adulterij habitum ſit pro incredibili. Ac ſermo fertur Gerardati cujuſdam è priſcis Spartanis, qui interrogatus ab hoſpite, qua pœna Spartæ in adulteros vindicetur; nihil enim ſe videre hac de re à Lycurgo ſtatutum, reſpondit: Nullus apud nos fit adulter; Inferenti, quid autem, ſi aliquantiſper extiteret? Taurum, inquit, pendere cogitur, tantæ magnitudinis, ut capite trans Taygetum porrecto ex Eurota bibat. Dicenti, quomodo poſſit tantus inveniri taurus? Subiecit: Quo vero pacto Spartæ poſſit adulter exiſtere, ubi divitiæ, luxus & fucus ignominioſa cenſentur: Verecundia autem, modeſtia, & ſubditorum obedientia obtinet. Ob hanc rem merito ita celebrat

Prope fin. lib. 12.

Oſorius in ſuis hiſtoriis Luſitanicis, modeſtiam & mores caſtos adoleſcentum & virginum tempore Emanuelis Regis: Nobiles adoleſcentes cum virginib. regiis in aula ſine ulla libidinis ſignificatione ſaltabant, & quamvis honeſtiſſimis amoribus indulgerent, virginibus erat inſitum, neminem ad familiaritatem admittere, niſi illum, qui fortiter & animoſe bellicis in rebus ſe geſſiſſet. Pueris enim nobilibus, qui in aula regia verſabantur, non erat licitum pallium virile ſumere, antequam in Africam tranſirent, & aliquod inde decus egregium reportarent.

In dict. & fact. Alphõſi Regis l. 3. L. 13. ſi uxor. §. Judex ff. ad l. Jul. de adult.

Requiritur itaque reciproca, vel potius mutua modeſtia & pudicitia, tam in adoleſcentibus & virginibus, quam in maritis & uxoribus; aliàs amor ſyncerus conſtans eſſe nequit, alioquin etiam accidet ijs, qui alienos amores illicitos & promiſcuos ſequi cupiunt & fidem ſuam fallunt, id quod Ottocharo Regi Bohemiæ, de quo ita ſcribit Æneas Sylvius: cum enim ad eum de pudicitia conjugis ſuæ ſiniſtri rumores delati eſſent: Lex, inquit, naturæ eſt:

Ant. Conti. li. 1. Subciſiu. lect. c. 7. Cuiac. ad Novell. 22. & in Recit. Co. tit. de divor. Bald. in Juſtiniano.

Cornua qui faciunt, ne cornua ferre recuſent.

Quo pertinet illud Vlpiani: Judex adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum enim videtur eſſe, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibeat. Quæ verba ex reſcripto quodam Imp. Antonini à IC. ſumpta eſſe, doctiſſimi viri ex B. Auguſtino lib. 2. ad Pollentiam obſervarunt. Congruit etiam cum his Lactantii Firmiani ſententia: Exemplo continentiæ docenda uxor, ut ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim, ut id exigas, quod præſtare ipſe non poſſis: Et quod Gregorius Nazianzenus ſcribit: πῶς σὺ σωφροσύνην μὲν ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντεισφέρεις δὲ; hoc eſt,

Quo

Quo pacto ſive qua fronte tu quidem pudicitiam exigis, (ab uxore) non
autem ex tua quoque parte eam inferſ?

Poſtremo mira fuit pudicitia & caſtitas Indicarum fœminarum, ſicut *In fin. c. 56.*
antea ex Arriano hiſtorico allegavi, quæ nulla mercede vel munere, quam *cent. 1.*
elephanti, corrumpi ſe patiebantur, cum honorificum exiſtimarent, formæ
ſuæ pulchritudinem elephanto (quod regium eſt animal) dignam haberi. *Geogr. l.*
Quod etiam Strabo notat: Mulierem, inquit, eam præſtare, quæ munus ab *15.*
amante elephantem accipiat.

Caput LXXIX.

De digladiatione & certamine fœminarum, pumilionum, & Nanorum,
nec non de miſerrima conditione gladiatorum.

De duello vel monomachia in priori libro Meditationum, præter meũ *Cap. 19. 20.*
morem, tria capita complevi, quam materiam licet pluribus egregiis *21. cent. 2.*
hiſtoriis illuſtrare poſſem, tamen eas in ſuum locum ſepoſitas, reſervare ad
commodius tempus viſum fuit. Nunc vero de certamine vel duello mulierũ,
quædam in medium afferam, & recenſebo. Non abſque admiratione nuper *De incre-*
in libro eximii viri, Hippolyti à Collibus, forte fortuna mihi oblato legi, ſub *ment. urb.*
Severo certamen mulierum inſtitutum fuiſſe, in quo tanta hominum con *c. 19.*
venerat multitudo, ut mirarentur omnes, quomodo ſolos athletas ſtadium
caperet. Iſto in certamine, inquit, ut hoc obiter dicam, quum mulieres cru-
deliſſime pugnaſſent, eſſentque ob eá cauſam cæteras nobiliſſimas feminas
conviciis inſectatæ, cautum eſt in poſterum, ne qua mulier gladiatorio mu-
nere fungeretur. Hæc lectio materiam mihi præbuit diligentius conſiderãdi
& inquirẽdi, quid alii quoque auctores de hoc genere certaminis muliebris
ſcripſerint. Inveni autem Nicolaum Damaſcenum Peripateticum, ſic ſcri-
bentem: Gladiatorum ſpectacula non in conventibus ſolum, aut in theatris
Romani exhibebant (quam conſuetudinem primum acceperant à Tyrrhe- *Hiſt. 110. de*
nis) verum etiam in privatis conviviis. Multi ſiquidem ſæpius amicos ad *Romanis.*
cœnam invitarunt, cum aliis de cauſis, tum ut duo vel tria gladiatorum paria
cernerent. Poſtea cum vino iam & cibo ſaturati eſſent gladiatores intro ad-
vocabant, qui, dum alter eorum iugularetur, quaſi magnopere delectati ap-
plaudebant, uſque adeo, ut in teſtamento etiam quidam reliquerit, ut for-
moſiſſimæ MULIERES, quas poſſidebat, digladiarentur: alius impuberes
pueros, qui illum amaverant, huic ſorti expoſuerit. Quam tamen iniuriam
populus abrogavit. Nondum autem ſatui cognitionis huius mihi inſolitæ

rei,

Saturnal. rei. ſed avidus plura cognoſcendi de hoc pugnæ genere, inveni non ſolum
Serm. l. 2. quædam magis ſpecialia de fœminis pugnacibus, ſed etiam de nanis & pu-
cap. 4. milionibus, in Dialogo Lipſii, ubi variæ pugnæ illarum & illorum, tanquam
Lib. 15. res inſolitæ, recenſentur. Et primum ex Tacito, ubi dicit, Fœminarum Se-
In reb. Ne- natorumque illuſtrium plures per arenam fœdati ſunt. Quod etiam Dio
ronis. confirmat. Et Suetonius venationes gladiatoresque noctibus ad Lychnu-
In Domi- chos dedit, nec virorum modo, ſed & fœminarum. Deque his Domitiani
tiano: ludis Statii teſtimonium adducitur:
In Sylvis.

Hos inter fremitus, novoſq; luſus,
Stat ſexus rudis, inſciusq; ferri,
Et pugnas capit improbus viriles:
Credas ad Tanaim ferumq; Phaſin
Thermodontiacas calere turmas.

Ne Principes (pergit ille) modo cenſerem hanc inſaniam inſaniiſſe: ecce apud Athenæum privatus quidam teſtamento cavit, γυναῖκας εὐπρεπεστάτας μονομαχῆσαι, id eſt, pulcerrimas mulieres gladiatoriam pugnam edere. Hoc adeo verum eſt, ut Severo Principe vetandum Senatuſconſulto fuerit, μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μονομαχεῖν. non ultra fœminam ullam ad gladiũ depugnare. Et paulo poſt: Alio, non ſolum fœminas veniſſe in has pugnas, ſed pumilos & nanos, improbo quodam ſtudio novitatis. Xiphilinus in Domitiano: πολλάκις δὲ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει, καὶ ἐςὶν ὅτε, καὶ νάνους, καὶ γυναῖκας συνέβαλλε. Pugnas etiam noctu ſæpe exhibuit, & interdum nanos & fœminas inter ſe commiſit. Ita enim recte emendavit vir eruditus Theodorus Marcilius, cum νέυας legeretur. Papinius de iiſdem Domitiani ludis:

His audax ſubit ordo pumilorum,
Quos natura brevi ſtatu peracto
Nodoſum ſemel in globum ligavit.
Edunt vulnera, conſeruntq; dextras,
Et mortem ſibi qua manu minantur.
Ridet Mars pater, & cruenta virtus,
Caſſuraq; vagis graves rapinis.

Miſera ſane, imo miſerrima fuit conditio gladiatorum utriuſque ſexus, qui in mortem certam deſtinati eſſent, & ideo peculiare, & quidem crudele iuramentum habebant. In tria enim, ut ibidem Lipſius, iurabant, Vitionem, verbera, necem, quæ gladiatores patiebantur ex more. Necem,
Saturnal. cum cecidiſſent, & ferrum iuberentur recipere. Flammam & verbera, ſi
lib. 2. cap. 5 quando timidius pugnarent, aut fugerent à ferro. Vnde Acron in Horatium: Gladiatores ita ſe vendunt, & cautiones faciunt; uri flammis, virgis ſeca-

ſecari, ferroque necari. Et Petronius Arbiter: In verba Eumolpi ſacramentum juravimus, uri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus juſſiſſet, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animaſque religioſiſſime addicimus. Et Seneca, exprimentis ſævientis populi voces, Occide, ure, verbera. Quare tam timide currit in ferrum? quare parum audacter occidit, & quare parum libenter moritur? plagis aguntur in vulnera, & mutuos ictus nudis & obviis pectoribus excipiunt? Eo autem magis gladiatorum conditio fuit deploranda & deplorata, quod duplex ſpectaculum ſubire cogebantur, matutinum & meridianum. Mane enim cum beſtiis pugnabant; poſt meridiem vero ij, qui ſuperfuerant, inter ſeſe, & meridiani gladiatores vocabantur. Cæterum nec docti factiq; ad pugnam erant, nec armis in ea utebantur, aut arte. Cædes tantum promiſcua, & velut laniena. Quod Seneca bene explicat: Caſu in meridianum ſpectaculũ in idi, luſus exſpectans & ſales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquieſcant. Contra eſt. Quicquid ante pugnatum eſt, miſericordia fuit. Nam omiſſis nugis, mera homicidia ſunt. Nihil habẽt, quo tegantur, ad ictum totis corporibus expoſiti, repellitur ferrum. Quo munimenta? quo artes? omnia iſta mortes meræ ſunt, (aut ut recte libri vetus, morti moræ.) Mane leonibus & urſis homines: meridie ſpectatoribus ſuis obiiciuntur. Interfectores interfecturis jubentur obiici, & victorem in aliam detinent cædem. Exitus pugnantium mors Hæc fiunt, dum vacat arena. Quo ſpectant ejusdem querelæ: Homo ſacra res, homo jam per luſum & jocum occiditur: & quem erudiri ad accipienda inferendaque vulnera nefas erat, is jam nudus inermiſque producitur, ſatisque ſpectaculi in homine mors eſt.

Epiſt. 7. *Idem au-ctor cap. 15.* *Epiſt. 7.* *Epiſt. 96.*

Plures autem (inter quos ego quoque meum nomen profiteor) admirantur, quid Romanos moverit, quod tanta cupiditate & aviditate ſpectacula ante & poſt meridiana ſpectarint, ita ut dies nonnunquam non ſuffecerit, ſed nox etiam accenſis lychnis aſſumpta ſit. Rationes autem idem Lipſius aliquas ex auctoribus affert, nempe ex Cicerone, ubi dicit: Crudele gladiatorium ſpectaculum & inhumanum nonnullis videri ſolet, & haud ſcio, an ita ſit, ut nunc fit. Cum vero ſontes ferro depugnabant, auribus fortaſſe multæ, oculis quidem nulla poterat eſſe fortior contra dolorem & mortem diſciplina. Altera ratio ex Plinio adducitur: Viſum eſt ſpectaculum inde non enerve, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret ac frangeret: ſed quod ad pulchra vulnera contemtumque mortis accenderet, cum in ſervorum etiam noxiorumque corporibus amor laudis & cupido victoriæ cerneretur. Tertia ex Capitolino: Unde autem mos tractus ſit, ut proficiſcentes ad bellum Imperato-

In Saturn. li. 2. cap. 35. *Tuſcul. 2.* *In Paneg yr.* *In vita Maximi & Balbini.*

res munus gladiatorium & venatus darent, breviter dicendum eſt. Multi dicunt, apud veteres hanc devotionem contra hoſtes factam, ut civium ſanguine litato ſpecie pugnarum ſe Nemeſis, id eſt, vis quædam fortunæ ſatiaret. Alij hoc literis tradunt (quod veroſimilius credo) ituros ad bellum Romanos, debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter ſe coortos, ne dimicantes in bello armatos hoſtes timerent, aut ſanguinem pertimeſcerent, &c. Sed an hæ rationes ſufficientes ſint ad defendenda tam cruenta ſpectacula cum internecione multorum miſerorum hominum, ipſe dubitat Lipſius, eaſque reſtringit ad excuſandum publicum morem, non autem ad privatum. Cæterum quæ paulo ante de Nanis & pumilionibus digladiantibus diximus, non puto eos fuiſſe ex illa natione, quæ Pygmæorum vocabatur, qui dicuntur pugnare cum gruibus, inſidentes arietibus: & de his, utrum fabuloſa, an vera ſint, quæ de iis ſcribuntur, alio tempore differendi dabit occaſio: ſed ex illis fuiſſe arbitror, qui immaturo partu, & ex defectu in generando procreati & geniti fuere, ſicut ſæpenumero apud nos & alias nationes fieri ſolet, in quorum numero fuit Siſyphus quem M. Antonius in deliciis habuit, intra bipedalem ſtaturam, ingenio tamen valens. Talis homuncio fuit Domitiani, de quo ita ſcribit Svetonius: Cum ad Lychnuchos virorum & fœminarum gladiatorum ſpectaculum, ante ejus pedes ſtabat puerulus coccinatus portentoſo parvoque capite, cum quo plurimum fabulabatur, nonnunquam ſerio. Sed qualis obſecro Puſio fuit, de quo ſcribit ita Herodianus? Erat Puſio quidam infans adhuc ex ea nota, qui veſtitu cateri nudi, ſed auro gemmiſque ornati, ſolent delicatiſſimo cuique Romanorum eſſe oblectamento. Is ita Commodo charus erat, ut cum illo ſæpe etiam cubaret, ac Philo Commodus appellaretur, ipſo indicante nomine amorem Principis. Hic itaque puer forte ludibundus, occupato inter balnea & crapulas Commodo, cubiculum (ut conſueverat) ingreſſus, ſumpto in manus libello, qui, cum luſitaret, foras proceſſit, ac forte in Martiam incidit: quæ cum puerum etiam ipſa diligeret, complexa prius atque deoſculata, libellum aufert, verita, ne quid ob infantiam inſcius puer rerum fortaſſe graviorum labefaceret: agnita deinde Commodi manu, ac legendi cupidine illecta, ubi funeſta contineri, ac ſe primam peti intellexit, &c. Sub Theodoſio etiam (ſi Nicephoro credimus) viſum fuiſſe quendam in Ægypto relatum eſt infra incredibilem ſtaturæ brevitatem conſiſtentem, adeo ut perdice major non videretur. Cui nihilominus prudentia inerat, mox etiam à Muſis non abhorrens, ſermo denique generoſæ mentis ſpecimen præbens, vixiſſe fertur circiter annos 20. Ex quibus fuere etiam nonnulli, quos vidimus ex Polonia in Galliam addu-

In ejus vita.

In fine li. 1.

Lib. 12. Eccleſ. hiſt. c. 37.

adductos breviſſima ſtatura, ſed firmiſſimis & robuſtiſſimis membris. Cognovi etiam ex fide dignis viris, in bellis ſuperioribus Gallicis, inter pedites Capitaneum nanum Polonum. qui ſclopetis emittendis dexterrime ſe geſſerit, fuiſſe, cumq; gloriatum ſi ſumptus neceſſarij impenderentur, ſe ex ſua natione ſui ſimiles, ſignum peditum ſclopetariorum colligere, & in Galliam ducere poſſe. Ex hoc genere fuit is, qui ſpectaculo Noricū militem, prorſus impari, miſerabili, & quidē crudeli congreſſu confecit, ſicut Jovius ſcriptum reliquit. Eminebat inquit, inter captivos excelſæ proceritatis Noricus miles, hunc in contemptū Germanicæ nationis, Solymannus pumilioni, qui erat in deliciis filiorum, capite præalta captivi genua vix adæquanti, occidendum tradidit, ita ut indignæ necis injuriam crudeli contumelia cumularet, cum diu incurvo puerili acinace per luſum ri umq; cæſis cruribus proſtratus vir ingens jugularetur à nano, qui inter adhortationum ludibria, repetitis ictibus, dum ægre perfoderet, eo ſpectaculo Principum oculos ſatiaret. *Hiſt. lib. 11.*

Caput LXXX

De mirabili ſupplemento defectuum corporis per ſagacitatem ingenij atque ſolertiam.

Etsi in prioribus meis libris Operarum ſubciſivarum nonulla memorabilia recenſui, quomodo Deus in ſuis creaturis, defectu quodam laborantibus, ſuppetias tales addere, & ea, quæ deſunt, complere ſoleat, ut non ſolum humani corporis membra, mutila, & ſenſibus debilitata aliis membris, licet natura ad alia deſtinatis, ſubleventur, atque uſus eorum veluti reſtituatur; ſed etiam regiones, quæ neceſſariis rebus carere videntur, proprias dotes habeant, quibus aliæ feliciores carere ſoleant, ita ut una alteri adminiculari, eaque, quæ deſunt, ſuppeditare poſſit, tamen viſum fuit, illam ipſam materiam in præſentia pluribus rationibus & exemplis illuſtrare. De hominibus carentibus brachiis, prioribus exemplis ex Ambroſio Pareo Regis Galliarum primario Chirurgo adiungere volui, ubi ita quendam deſcribit: Paucis ab hinc annis vivus eſt Luteriæ vir quadragenarius quadrato corpore, qui. etſi brachiis careret, omnia tamen, quæ manibus perfici ſolent, munia haud infeliciter obibat. Humeri erant trunco capite, colloque vibrato, ſecurim in palum oppoſitum, tam certo & valido ictu, quam manu quivis alius vir, ejaculabatur; aurigæ flabellum tanta vi diſtringebat, ut vere validius percuſſo reſonaret. Cæterum pedibus edebat, bibebat, chartis luſoriis & talis ludebat: Tandem latro & ſicarius deprehenſus, ex cruce ſtrangulatus, rotæ affixus eſt. *Cap. 39. centur. 1. & c. 2* *Demonſtr. & prodig. lib. 24. c. 6.*

Cet.1.c.37. *An. 1603.*

Veriſimile autem eſt, hunc eum ipſum fuiſſe, cujus antea memini. Sed eo, quoad naturæ defectum, admirabilior ille fuit, quem ante ſexennium vidimus in Germania, lucri captandi gratia circumvagantem, toto corpore truncum, manibus pedibuſque pariter carentem: humerorum brachiis, quæ curta admodum prominebant, quidem præditum, ſed femorum junctura ita formatum, ut in Italia ſtatuas viales & ſemitales veterum Romanorum, quas Priapos eſſe volunt, notavimus. Et tamen agillime ſaltare in altum, ſublevareque ſe uno motu in menſam, ſcandere ſcalas, trunciſque brachiorum bombardas jaculari poterat. Viſa etiam (pergit ibidem Pareus) non ita pridem Lutetiæ eſt mulier ſine brachiis, quæ nihilominus ſecabat, ſuebat, & pleraque alia, quaſi manus adeſſent, perficiebat. Similem puellam abſque brachiis natam anno 1556. paſſim circumientem viſam, & pedibus uſam eſſe quam dexterrime ſemper manuum loco, depingit & deſcribit Cornelius Gemma. Et nos aliam ante quadriennium in Germania vidimus itidem brachiis truncatam; ſed pedibus aptiſſime & acus filantem, & nentem, & ſcribentem non incommodiſſime.

In Coſmocrit.l.5.c.6. *An.1604.*

Mirum autem eſt, quod plerunque corruptis oculis, & amiſſo ſenſu videndi hic defectus aliis præclaris dotibus reſarciatur, ita ut tales orbi cæteris hominibus, qui viſu præditi ſunt, ingenioſiores variis in artibus eſſe ſoleant. Quod Plato etiam obſervavit, tum mentis oculi perſpicacius videre incipiunt, cum corporis oculi defloreſcunt. Idipſum movit Democritum, qui, ut fertur aciem oculorum in pelvim, Soli oppoſitam, intendere non dubitavit, ut cæcitatem lenius acciret, non aliam ob cauſam, quam ut abſque impedimento intelligibilia commodius contemplaretur. Huc referri poteſt id, quod de Nicolao cæco quodam ſcribit Pontanus: Eum nimirum feſtis diebus Etruſcis numeris aut ſacras hiſtorias, aut annales rerum antiquarum è ſuggeſtu decantare ſolitum; Ad quem doctorum hominum, qui Florentiæ tum multi erant, concurſus fiebat, &c. Sed ut recentiora exempla, de quibus ipſe oculatus teſtis eſſe poſſum, non prætercam: Ego ſane memini, me videre & audire perorantem cæcum quendam ita natum, magno concurſu hominum Ferrariæ, qui præſertim in elegantia linguæ Hetruſcæ, quæ inter omnes Italicas omnium puriſſima habetur, excelleret, ſicuti ejus commentaria in Arioſtum typis edita demonſtrant. Francotaliæ præterea, in inferiore Palatinatu, oppido, audivi aliquoties cæcum magna eloquentia & frequentia auditorum publice concionantem in templo Gallis exulibus deſtinato. Cui viduo, cum honeſtus vir, & quidem pater plurium liberorum, electionem dediſſet, ex tribus filiabus adultis unam ducendi in uxorem, qua conditione accepta, cum ipſe prorſus omni facultate videndi deſtitueretur.

Cic. Tuſcul. Quæſt.

Lib.2.c.7. de fortitud. domeſt.

retur.

retur (quæ in amore conciliando omnino requiritur & ex aſpectu interiora animi indicia facile deprehenduntur. Etenim, teſte Cicerone, oculi, ſupercilia, vultus denique totus ſermo quidam tacitus mentis index eſt,) noluit alterius commendationi fidem adhibere, ſed tandem petiit licentiam honeſte attrectandi manus ſingularum. Hac exploratione, tactu facta, eum ex tribus ſororibus pulcerrimam in conjugem elegiſſe, compertum eſt. Lindaviæ ad lacum Podamicum nuper à Ludovico Bremio impreſſa eſt concio Germanica, cujusdam Philoſophiæ ſtudioſi ab utero materno cœci, quam is publice in Eccleſia Laugingana habuerat. Cæterum ſenſum oculorum eſſe accerrimum & præſtantiſſimum omnium ſenſuum etiam ex eo apparet, quod non ſolum Græci Imperatores, ſed etiam alij æmulos ſuos, ob libidinem regnandi, tonſa coma, plerunque oculis quoque orbarint, ut amiſſis iis poſtea inutiles ad regnum eſſent, ſicut Artabasdo, Nicephoro & aliis, imperatorio, & regio ſtemmate ortis accidit. In hanc calamitatem Belizarium quoque præſtantiſſimum & fortiſſimum Juſtiniani præfectum incidiſſe, non pauci hiſtorici affirmant, cum ei ſuſpectus & formidabilis ob felicitatem factus eſſet. Ideoque cœcum mendicare coactum his verbis victum quæſiviſſe: Viator da obulum Belizario, quem virtus extulit, cœcavit invidia. Sic Petrus de Vincis quoque, vir præſtantiſſimus ſuo ævo, à Friderico II. Imp. cujus Cancellarius fuit, oculis orbatus eſt: ejuſque ſive ignominiæ ſive doloris impatientia ſeipſum præcipitem dedit atque interemit. Hoc imitantur hodierno adhuc die Reges Ormuſii, qui agnatos & omnes ſuſpectos de regno, oculis orbant, & in loco quodam peculiari, eoque munito, nihilominus regio ſumptu alunt, ſicut peregrinatores teſtantur. Mitiores ſane hac in parte ſunt Turcis Imperatoribus primogenitis, qui ſuccedentes in Imperium fratres & conſanguineos promiſcue abſque omni reſpectu occidere ſolent, ſicut antea peculiari capite idipſum demonſtravi.

Ea, quæ de Belizarij cœcitate & mendicitate dixi, affirmant Procopius, Crinitus, Volaterranus, Fulgoſius, Egnatius, Pontanus. Negant autem hoc Alciatus nec non & Obertus Giphanius multis cumulatis rationibus. Affirmativæ autẽ aſtipulatur Joannes Treiza Græcus auctor verſibus Græcis, qui ita tranſlati ſunt, & referuntur à Majolo,

Cap. 88. centur. 1. Lib. 4. c. 34. In vita Juſtiniani, edita Ingolſtad. In canicularib. colloq. 23.

Iſte Belizarius Imperator magnus,
Iuſtinianeis exſiſtens in temporibus Imperator,
Ad omnem quadrantem terræ cum explicuiſſet victorias,
Poſtea invidia excœcatus (ô fortunam inſtabilem)
Poculum ligneum detinens clamabat plebi in ſtadio:

Beliſario obolum date Imperatori,
Quem fortuna quidem clarum fecit, excæcavit invidia.

Cæterum licet cœcitas continens privationem ſenſus omnium præſtantiſſimi magnas moleſtias ſecum afferre ſoleat, præſertim ſi ea à primo ortu alicui contingit, (quæ tamen tactu ſæpenumero mitigatur, ſi ut de quodam oculis capto narratur, cum præ cæteris rebus vaccam ob terribilem ſibi boatum videre deſideraſſe, cum exiſtimaret, eſſe feram crudelem; cum tamen cornua & omnes partes corporis diligenter palpaſſet, cupiditatem hanc videndi majori ex parte diminutam eſſe:) Tamen experientia docuit eos, qui morbo, vulnere, ſenio, aliove caſu excæcati fuerunt, hoc malum & calamitatem patientius atque levius tuliſſe, ſi præſertim reliqui ſenſus integri manſerint. Exemplum autem memorabile alibi recenſuimus de Iſaaco, cui reliquis ſenſibus vegetis, facultas videndi

Cap. 8. centur. 2.

deſierat. Fuit præterea cœcitas illi [illegible]us moleſta, cum mentis lumine & ſplendore defectus externus abunde compenſaretur, & quæ longe ſecutura eſſe oculis animi tam exacte præviderct, & prædicaret, ac ſi futura præſentia eſſent, ſicut id ex narratione ad filios ante mortem habita manifeſto apparet. Hac recreatione uſus eſt Ahias Propheta, ſenio nimio cœcus factus, qui nihilominus uxorem Jeroboami, antequam veniret conſulendi cauſſa de morbo filij Abiæ, non ſolum oculis mentis vidit, ſed juſſu Dei futuras calamitates, & deſtructionem domus Regis mariti, una cum poſteritate ſua, inprimis autem mortem filij prædixit. Hunc defectum oculorum ad ſalutem propriam & multorum hominum in arenis Lybicis hinc inde oberrantium, acerrimo odoratu ſuo complevit Hamar quidam, qui fuit dux itineris Caravanæ, ſicut vulgo appellatur multitudo hominum peregrinantium. Cum enim is lippitudine vel alio morbo viſu careret, & nullus alius, qui viam in illis ſolitudinibus noſſet, adeſſet, camelo præceſſit, & ſingulis milliaribus juſſit ſibi exhiberi ad odorandum arenam recentem & veſtigiis tactam. Hac ſagacitate odora cum 40. millaria Italica adhuc deſperabundi, in deſerto arenoſo & ſterili vagarentur, eos non procul abeſſe ab habitatis locis admonuit, quam prædictionem primo nemo credere potuit, cum cognoſcerent ex inſtrumentis Aſtronomicis, ſe 480 milliaria ab Ægypto abeſſe, & metuerent, ſe aberrando retroceſſiſſe. Verum cum in illo metu & ſolitudinibus adhuc ultra triduum verſarentur, tandem conſpexerunt tria caſtella habitata, antea ignota & nemini cognita. Incolas vero propemodum inermes, conſpecta Caravana, tanquam re inſolita, cum trepide portas occluderent, & ſe ad defenſionem pararent, atque aquam, quæ tantum expetebatur, denegarent, poſt levem conflictum victos, & caſtella occupata eſſe.

Gen. c. 27. & 28.

Lib. 1. Reg. c. 14.

Inde

Inde aquatione facta illis relictis iter ſuum proſecuti ſunt, ſicut id deſcribit *In deſcript.*
Ioannes Leo Africanus, de quo hæc ex Italica lingua tranſtuli. *Africæ*
Hæc compenſatio ſenſus alicuius, præſertim oculorum, corrupti, *part. 6. in*
adiumento alterius ſenſus integri admodum memorabilis eſt, & recreatione *fine.*
grata & ſalubri non caret. Quemadmodum etiam mutuum auxilium gratum eſt, quando cœcus claudum tanquam ſuum ductorem geſtat, de quo Andreæ Alciati elegans tetraſtichon extſtat:

> *Loripedem ſublatum humeris fert lumine captus,*
> *Et ſocii hac oculis munera retribuit.*
> *Quo caret alteruter, concors ſic præſtat uterq;,*
> *Mutuat hic oculos mutuat ille pedes.*

At deplorandum merito eſt, ſi quis tam oculis corporeis, quam mentis captus eſt. Exemplum habemus in ſacris literis Elymæ Magi, qui dum impedire curſum veritatis cœleſtis moliens, & Sergium proconſulem in falſa religione retinere ſtudens, vindicta divina iubente, ab Apoſtolo cœcitate percutitur; quæ externa cœcitas internam, qua hic miſer laborabat, excœcationem adumbravit. Quæ quidem tam corporis quam animi cœcitas pœna iis digna eſt & conveniens, qui homines à luce ſolis iuſtitiæ abducere conantur. Hæc aũt ipſa Magi excœcatio, proconſuli cauſa viſus facta eſt, ſicut Chytræus pie obſervavit. Salutaris eſt itaq; admonitio Chriſti Salvatoris noſtri: *Si cœcum ducere cœcus conatur, ambo in foveam cadent.* *Actor. 13.* *In viat. itin. extr.*

Sed ut ad alteram partem huius capitis veniam, in ſupra allegato capite allegavimus, quod regiones & civitates ſibiipſis adminiculentur, & quod una in rebus, quibus præſtat, aliis ſuas dotes atque ſingularia dona ſuppeditet; ex quibus plurimis pauca tantum recenſebo. Damaſceni armis fabricandis excellunt: Florentini pannis ſubtilioribus: Arelatenſes tapetibus: Genuenſes holoſericis: Mediolanenſes variis artificiis: inprimis telis aureis: Veneti purpura: Angli omnis generis pannis, quorum tanta tibi copia, ut ducenta millia laneorum præter alias una Antuerpia quot annis Londino accipiat. Neapolitani tibialibus ſericis, Mantua laneis; Cameracenſes telis, alii aliis rebus eminent, ſicut Hippolytus de Colibus obſervavit. Poſtremo reſpondendum paucis ad quæſtionem eſt, *Vtrum cœcus vel caſu, vel ita natus, magiſtratum gerere, & iudicis officio fungi poſſit, vel ſecus?* Ad hanc diſtinctione opus eſt. Aut enim tales res incidunt, quæ iudicum oculis ſubiici oportet, priuſquam de iis recte cognoſcere poſſit, & ita aſpectus iudici omnino requiritur, tunc talis non cenſetur officio iudicis recte fungi poſſe. Aut potius mentis integritas & internus viſus requiritur, tunc tanquam iudex admittitur. Etſi autem Vlpianus initio ad hanc quæſtionem reſpondet, ſe de hoc deliberaturum; attamen profert *De increm. urb. c. 16.* *L. ſi erupti- one, §. ad offic.* *Fin. regum.* *l. ubi falſ. C. ad l. Cornel. de falſ.* *L. iudices. de iudic. in*

l. 1. §. nunquid ergo, de poſtul. profert exempla eorum, qui licet viſu carerent, magiſtratus tamen officia geſſerint. Et Cicero Caii Drusi Iuriſconſulti meminit, cuius domum quamvis cœcus eſſet, conſultoribus completam fuiſſe ſcribit. *In Tuſcul. Queſt.* Inviti autem iudices eſſe non coguntur. Ita enim Imperator Gordianus reſcripſit, ſi ea cœcitate pater tuus oppreſſus eſt, ut utriuſq; oculi aciem prorſus amiſerit, *L. 1. C. qui morboſe excuſ. l. 10. tit. 10.* levamentum perſonalium munerum ſentiet.

Caput LXXXI.

De mira oculorum excellentia & fulgore illis attributo.

PRæcedens caput, in quo de moleſtia vel potius calamitate eorum, qui orbitate oculorum externorum afflicti ſunt, ſi non ea interno viſu, & adminiculo aliorum ſenſuum mitigatur & ſublevatur, prolixe adductis exemplis memorabilius diſputavimus, occaſionem mihi præbuit, plura de o- *Cap. 57. centur. 1. C. 5. cent. 2.* culis & eorum excellentia, contra cœcitatis incommoda, differendi, & hac ratione ea, quæ antea peculiaribus capitibus congeſſimus, latius declarandi. Experientia nos docet, nulla ex parte maiora animi indicia cunctis quidem animalibus, ſed homini maxime, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, quam in oculis extare. Eodem modo contuitu multiformes, truces, torvi, flagrantes, graves, tranſverſi, limi, ſummiſſi, blandi, demonſtrant, quæ in animo & corde latent. Unde in oculis animum inhabitare, Plinius & alii graves auctores ſcriptum reliquerunt. Ardent enim, intenduntur, nictant, conni- *De particularib. legib.* vent. Hinc ſecundum Terentium, illæ miſericordiæ lachrymæ. Hos cum oſculamur, animum ipſum videmur attingere. Ex hac oculorum præſtantia & efficacia pii & præſtantes viri egregias ſimilitudines ſumſerunt. Una eſt Philonis Iudæi: Sicut, inquit, in corpore principatum natura dedit capiti, cui ſummum locum tanquam regium attribuit, reliquis membris omnibus, quæ à cervice uſque ad imos pedes pertinent, eo pro baſi ſuppoſitis: ita inter cæteros ſenſus imperium penes oculos eſſe voluit: Ideo hos quoque in *Lib. 2. alleg. legis.* ſublimi collocavit, ut principes, & quidem variis modis honoratos, ſed præcipue loco tam inſigni & conſpicuo. Altera eſt eiuſdem auctoris: quemadmodum oculi pupilla, quamvis minima particula ſit, videt tamen hæc cœleſtes orbes, & immenſum mare, & aëris amplitudinem, præterea Solis tam orientis quam occidentis terminos: pari modo ſermo divinus cernit acutiſſime, qui ſufficit in inſpiciendis rebus omnibus, per quem videbuntur, quæcunque digna ſpectatu. Poſſem referre & alias ſimilitudines ex inſita oculorum mirifica & fere imperſcrutabili facultate, quas nunc ob nimiam prolixitatem omitto. Sed viſum fuit tertiam, eamque

omnium

omnium pulcerrimam huic capiti inſerere: Quam ſimilitudinem propter miram vim & efficaciam, quam creator hominis indidit oculis in quibus humor & ardor flammeus connexus eſt, neque diverſa illa qualitas inter hos alteri impedimento vel nocumento, ſed potius adiumento, pij viri conſolationis plenam inde ſumſerunt, de divina natura cum humana in Chriſto, ita ut una alteram non abſorbeat, ſed utraque miro nexu copulata ſit. Id Chytræus in ſuis elegantiſſimis heroicis verſibus ita exprimit in compellatione ad Chriſtum, quos integros, ob ſalutarem unionem huc aſcribere volui:

Te medio, te pro nobis orante parentem,
Facta eſt temperies, miro pulcherrima nexu,
Qua bonitas, juſtique ſimul lex juſta tonantis
Arcanis coiere modis, & fœdere facto,
Naturas in te geminas miranda ligavit
Unio, qua noſtro plane immemorabilis ore,
Humano ſuperat conceptos pectore ſenſus.
Tu Deus æterni ſoboles æterna parentis,
Cujus habet nullos immenſa potentia fines:
Qua fragilem ratione tibi conjungere maſſam,
Virgineaque tegi potuiſti maximus alvo?
O magni vis magna Dei, vis ardua mentis
Supra aciem noſtra: tunc immortalis & exors
Triſtitiæ, caſusque omnis, contraria jungis
Membra tibi, morti, duriſque obnoxia fatis,
Unus in ambobus verus Deus, atque homo verus.
Namque hominis veluti Cryſtallinus humor ocellis
Purus ineſt, cui perpetuo conjungitur ardens
Flammula quam nunquam lædit contrarius humor,
Qui ſimul à rutilo nunquam conſumitur igni:
Sic etiam tibi noſtra caro conjuncta fovetur
Nexibus æternis, ut nec mortalia virtus
Numinis abſumat, nec te cœleſtibus ægrè
Terrea jam coeunt, ſine te quæ nulla fuiſſent, &c.

Hoc divinum in oculis opus & artificium exacte & ingenioſe deſcribit Franciſcus Valleſius: Jam vero, inquit, in ipſis oculis humor vocatus Chryſtallinus, rotundus quidem, ſed ſecundum faciem externam habens peripheriam majoris circuli, quid aliud eſt, quàm ſpeculum Chryſtallinum, colorum fulguribus ſeu ſpeciebus recipiendis accommodatiſſimum: Tunica cornea totum oculum extrinſecus finiens, quid aliud *De ſacra Philoſophia, c. 58.*

quam laterna cornea ad recipiendum externos, & reddendum internos fulgores? Adeo mihi videntur hac in parte homines, non ſolum, quod ad figurā attinet, ſed in ipſa materia ſpeculorum & laternarum diligenda, imitari ſapientiam noſtri formatoris: Mitto dicere mirabiles uſus tunicæ uveæ, cujus media perforatione conſtat pupilla, & circulo varicolore itidē refert. Retiformis etiam Arachnoidis & cōjunctivæ, & humorum aquei & vitrei; quin & palpebrarum & ciliorum & ſuperciliorum, atque adeo ipſorum oſſium; integro enim ad recenſendum libro opus eſſet neque eo exiguo. Vnico verbo indicabo hæc omnia, atq; eorum ſingula ſapientiſſime, & magnæ cujusdam utilitatis gratia, ita eſſe aptata: Deme aut muta quodcunque horum, vel pilos ciliorum aut ſuperciliorum velle, manifeſtam noxam inferes viſioni. Nihil horum effectum eſt, hoc vel tale fruſtra, neque ornatus ſolum gratia, ſed propter ipſam viſionem. Aurium etiam & auricularum eadem ratio eſt.

Hoc mirum artificium oculorum inter contrariorum elementorum efficaciam, igneam ſiccitatem & humorem aqueum, etiam alij obſervarunt, inprimis de ortu & interitu eorum, necnon & qualitatibus in diverſis complexionibus hominum, denique de iis, quæ illis obſunt & proſunt. Inprimis autem memorabilia ſunt ea quæ Petrus Gregorius Tholoſanus congeſſit. Ferunt, inquit, oculos poſtremos perfici, ante cæteras partes emori; quod inde ad cerebrum movendi videndique principium reſiliat, ac retrahatur. Dexter ſiniſtro obtuſior; hos læſum caput & viſum afficit, ut ex ebriis, deliris, & febricitantibus conſtat. Sanguineis fortis viſus; biliosis acutos; ſpiritos habentibus craſſos incertus; at humidus & modicus, nec propinqua nec remotiora videre poteſt: ſpiritus tenuis, exilis, tenebroſus, qualis ſeniculis, exhauſtis, ac morbo extenuatis, debilem viſum facit, aut prope nullum: diſſipatur namque, unde conſpicillis aggregatio radiorum medetur. Efficiunt viſus, ſi pupillam à ſua ſede dimoveri contingat, ſi dilatari, contrahi, contorqueri, imminui, vulnerari, contundi, inflammari: deficit viſus, & caligant oculi, humorum defectu, ariditate ſpiritus viſorij, inedia, mœrore animi, fletu, laſſitudine, ſenio, immodico concubitu, intempeſtiva lucubratione, allio, cæpe, porris. Juvant & reſtaurant vina dulcia, uvæ paſſæ, amygdalæ dulces, piſtacea, caſtaneæ toſtæ, elixæ rapæ, paſſerculi, miliariæ, frigili, fœniculi ſemen, folia & radix, euphragiæ, euphormium, ſtechas; interdum chelidonia & ruta; viridia fovent aſpectum, &c. Cætera ex Medicorum libris, quæ oculis ſalutaria vel noxia ſunt, peti poſſunt. Sed ut pergamus de inſita & viva facultate oculorum, eam illuſtrat etiam Stephanus Guazzus. Inter alia autem obſervat Poëtas, dum amores decantant ſuos, laborum ſuorum cauſas ocu-

In ſyntaxi artis mirab. lib. 33. c. 34.

De civili converſat. lib. 4.

lis.

ſlis aſſcribere. Hoc verùm eſſe, patet ex Propertio, dum de Cynthia ſua ita conqueritur:

Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.

Item:

Si neſcis, oculi ſunt in amore duces.

Magis autem piè monet Nazianzenus hoc Græco hiſticho: *Adverſus mulieres.*

Ἀρχὴ καὶ φιλότητος ἀναιδέος ὄψις ἀναιδής·
Τὴν κεν ἀνὴρ φεύγων καὶ κακότητα φύγοι.

Impudentis amoris origo impudens aſpectus eſt,
Quem ſi quis fugerit, idem proculdubio ſcelus quoque fugit.

Idipſum movit eundem Guazzum, in paulò ante allegato libro, ut in diſputatione mota, utrum in amore, conciliando verba majorem vim, an oculi habeant, tandem concludat pro oculis. Oculi enim noſtri, inquit, vel invitis nobis id foris detegunt, quod intrinſecus abſconditur, dum aut lætos nos demonſtrãt, aut mœſtos, aut benignos, aut ſeveros, aut ſtupidos. Idem auctor addit ibidem: Plus quam ſemel obſervavi, quod oculi audaces reddunt; oculi timorem incutiunt; oculi bellum inferunt, oculi pacem conciliant, oculi ſauciant, oculi ſanant, oculi rident, oculi plorant; & ut finiam, oculi intima etiam ſecreta pandunt, & omnia, quæ volunt, poſſunt. Et paulò poſt recenſet artificem quendam Venerem dormientẽ effinxiſſe cum hac inſcriptione:

Cave viator, excites ſomno Deam:
Sua adaperiens, tua namque claudet lumina.

In eadem diſputatione cum ſuis collocutoribus aſſerit, majorem vim ad incendium amoris ineſſe nigris oculis, & apud Italos eos maxime laudari, & tales quoque Veneris oculos fuiſſe, perhiberi. Apud ultramontanos tamen cæruleos oculos primas tenere, quales ut Homerus Palladis fuiſſe ſcribit, cui hæc θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη familiari epitheto dicitur. Nunc verò more meo recepto ad hiſtorica, veniendum eſt. Ferunt Auguſtum Cæſarem corpore toto, ſed oculis magis pulchrum fuiſſe, quorum aciem clariſſimorum ſiderum modo vibrans libenter accipiebat, cedi ab intuentibus, tanquam Solis radiis, aſpectu ſolo, à cujus facie cum quidam miles ſe averteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, reſpondit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non poſſum. Quod etiam obſervavit Joannes Langius, Medicus ille præſtantiſſimus: Nullum, inquit, reperitur in humani corporis fabrica ſenſus organum, quod tanta ſpirituum copia ſcateat, & ſpiritus fulgor emicet, ut de oculis pupilli vapor. *Sext. Aurel. Victor.* *Epiſt. Medicinal. 37. lib. 2.*

Quin Auguſtus Cæſar tam lucidos fertur habuiſſe oculos, ut in quos paulò attentius oculos intuitu defixiſſet, hos tanquam ad Solis fulgorem oculis connivere cogeret. Svetonius quoque eſt auctor, Tiberium Cæſarem experrectum, in tenebris, ut feles, vidiſſe. Nam & Gellius ſcribit, in ultima terra, cui Albaniæ nomen eſt, incolas in pueritia caneſcere, & noctu acutius quam interdiu cernere, fulgore ſcilicet teneram viſus aciem obtundente. Præterea mirum eſt, & vix fidem meretur, quod Hiſtorici de quodam Strabone ſcribũt. Eum enim ferunt tanta viſus acie fuiſſe, ut centum triginta quinque millia paſſuum intervalla conſpexerit, nimirum eum ſolitum Punico bello à Lilybæo Siciliæ promõtorio exeuntem claſſem ex Carthaginis portu, in eaque ſingulas naves numerare, ſicut teſtatur Cicero, Plinius, Strabo, Valerius & alij.

Lib. 7. c. 21.
lib. 6. c. 5.

Nec minus mirum eſt, ſuperioribus annis quendam Hiſpanum Lopem in Gadibus fuiſſe, qui ex edito monte, quem vocant Calpen, per fretum illud oppoſitum acie oculorum penetrare, & ex Europa in Africæ littus (cujus traiectus, teſte Clenardo, mari tranquillo ſpatium trium aut quatuor horarum eſt) ea quæ ibi vel in portu, vel in terra proxima agerentur, indicare potuerit, ejuſque ſpeculatoris induſtria, Gaditani ſæpius inſidias piratarum vitaverint, ſicut mihi nobilitate & dignitate præſtans vir, qui ibi id coram ab eo audivit, & inter alia illum ſupercilia præter morem longioribus pilis habuiſſe recenſuit. Rara hæc ſane, & ſi naturalia, non accedentibus magicis artibus, memorabilia & mira ſunt. Ob hanc rem providentia & omnipotentia creatoris, ſicut in aliis omnibus creatis, ſive maximis, ſive minimis, eo magis ſuſpicienda eſt, quod in homine ſenſus interpretes ac nuntios rerum, in capite, tanquam in arce mirifice ad uſus neceſſarios & facti & collocati ſunt, ſic ut de iis pie & graviter Daniel Toſſanus inprimis de oculis ita diſſerit: Oculi tanquam ſpeculatores altiſſimum locum obtinent, ex quo plurima conſpicientes funguntur ſuo munere. Quæ ſolertia naturæ, quod oculos membranis tenuiſſimis veſtivit & ſepſit, quas primum pellucidas fecit, ut per eas cerni poſſet, firmas autem, ut continerentur, ſed lubricos oculos fecit & mobiles, ut & declinarent, ſi quid noceret, & aſpectum, quo vellent, facile converterent, aciesq́; ipſa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parata eſt ut ea, quæ nocere poſſint, facile vitet, palbebra q́; quæ ſunt tegumenta oculorũ, molliſſimæ tactu, ne læderent aciem, aptiſſime tactæ, & ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idq́; providit, ut id fieri poſſet cum maxima celeritate. Munitæq́; ſunt palpebræ tanquã vallo pilorum, quibus & apertis oculis, ſi quid incideret, repelleretur, & ſomno conniventibus, cum iis egemus, quieſcerent, &c.

In Epiſt. ad Iac. Labonem.

De providẽtia Dei, c. 2.

Non

Non ſolum autem hominibus hæc facultas videndi (in quibusdam acrior, in quibusdam minor) ſed etiam brutis animalibus, ut aquilis, vulturibus, leonibus, lyncibus, lupis, canibus, aliiſque interdum igneis lucentibus & ſcintillantibus oculis, naturaliter data & conceſſa eſt, ſicut multæ hiſtoriæ, & ipſa quoque experientia id teſtatur. Sed quale eſt, obſecro, illud monſtrũ, igneis oculis, in mari Islandico, de quo ita ſcribit Ditmarus Bleſ- *In deſcript. Island.* kenius, tanquam teſtis αὐτόπτης. Habet quoque mare Islandicum monſtrũ, cujus nomen incognitũ eſt, Balenæ ſpeciem judicant primo intuitu; cum caput ex mari oſtendit, homines ita perterret, ut fere exanimati decidant, caput quadratum habet, oculos flammeos, circumcirca longis cornibus munitum, corpus nigrũ & atris pennis obſitum eſt, ſi quando noctu conſpicitur, oculi igniti ſunt, ut totũ caput, quod è mari exerit, illuſtret horribilius nihil aut pingi, aut comminiſci poteſt. Olaus Magnus hujus mõſtri meminit, dicit- *Lib. 12.* que, duodecim cubitos eſſe longũ. Ejuſmodi monſtrũ Scapham piſcatoriã mordicus tunc temporis contriverat ſuis dentibus, in qua tres fuerant piſcatores, ita ut illi ſubmergerentur, unus qui funiculũ, qui hamũ & piſces ducere ſolebat, manu prehenſum retinuit tabulæque, quæ in mari natabat, adhærebat: ita ille ex imo in aſſerem eluctatus, ſervatur, atque enatavit, meque præſente regio præfecto hæc narravit, addens, ſe divinitus ſervatum, ut liberis alioquin fame perituris victum quæreret, cum exteri duo, mariti quidem, ſed ſine liberis fuiſſent. Hucuſque Blefkenius.

Caput LXXXII.

De Pyrio pulvere, & machinis tormentariis.

Auctarium cap. XXVIII. Centuriæ ſecundæ.

IN illo capite recenſuimus multa memorabilia de inventione, & immenſa violentia inventi pyrij pulveris, in machinis peculiaribus cum globis vel æneis, vel ferreis, vel etiam lapides inſuſis, ita ut potius eæ ad deſtructionem urbium, & perniciem hominum, quam ad neceſſarium uſum inventæ eſſe cenſeri poſſint. Nam eodem modo ante earum uſum, & urbes atque loca munita defendi, oppugnari, expugnari, & bella geri, atque contra hoſtes tuti eſſe majores noſtri potuerunt. Eo autem magis perniciosum hoc inventum eſſe cœpit, ex quo etiam ad Turcas, & alios Mahometiſtas, Chriſtiani nominis hoſtes, translatum fuit, ejuſque adiumento potiſſimum imperium ſuum dilatarunt. Vere enim fatendum eſt, iſtas machinas ſua violentia, veram virtutem & fortitudinem militarem enervaſſe ac deſtruxiſſe: cum paucorum conatus & molitiones tãtæ ſint,

ut adminiculo harum totas acies proſternere, & munita loca deſtruere, quamvis per ſe inermes poſſint, ſicut ex ſequentibus rectius apparebit. Recte itaq; à Polybio laudantur Achivi, quod aperte abſq; omni verſutia bella gererent: & reprehenduntur, qui contraria agerent. Tam procul, inquit, aberrant ab eo alieni, ut ad provehendos potentatus ſuos, malis artibus uterentur erga amicos; ut ne hoſtes quidem per fraudulentiam vincere voluerint, judicantes nec illuſtre eſſe factū, nec firmum, niſi quis manifeſta pugna adverſarios forti animo vincat. Unde & conſtituerant inter ſe, ne occultis jaculis uterentur & ſolam manifeſtam dimicationem putabant. Deniq; hoſtes & pugnas inter ſe primum denuntiabant, quando confligendi periculum inire decreverant, & loca quoque, in quæ ad bellum erant egreſſuri. Nunc verò dicunt, eum non bonum eſſe ducem, qui manifeſto aliquid rerum bellicarum exequitur. Eſt autem exiguum adhuc priſcæ voluntatis veſtigium apud Romanos in bellicis negotiis reliquum. Nam & bella prænuntiant, & inſidiis raro utuntur, pugnant etiam prompta manu cominus. Hæc itaque contra ſtudium illud verſutiæ dicta ſunto, quod jam plus æquo inter Principes, tam in politica, quam in bellica gubernatione emergit.

Lib. 3. hiſt.

De inventione hujus atrocis machinæ antea quoque nonnulla lectu digna recenſui. Quemadmodum autem primus auctor in aliis partibus orbis incertus eſt, ita in Germania, unde ad alias Europæ partes hæc pernicies fluxit, is pro certo habetur, & Berchtoldum Nigrum Chymicum unanimiter nominant. Etſi alii in alia ſunt opinione, inter quos eſt Münſterus Eodē modo Nauclerus videtur originem hujus machinæ referre ad tempora Ottonis IV. & Innocentij III, anno 1213. Cum is Imperator collecto milite duas Hermani Turingi fortiſſimas munitiones funditus iis deſtruxerat. Eodem modo Cranzius ſcribit, Chriſtophorum Danorum Regem in prælio bombardæ ictu occiſum, anno 1280. Fieri itaque potuit, ut olim rudiori forma bombardæ fuerint, quæ ad perniciē humani generis commodius paulatim effectæ ſunt, ſicut nunc paſſim conſpiciuntur. Quam ſævi & penetrabiles ad nocendum iſti globi tormentorum ſint, experientia (dolendum ſane) docet, idq; tam veteribus, quam recentibus exemplis demonſtrari poteſt. Memorabile, ſi non & lacrymabile eſt, ꝙ Gerardus de Roo, & Conradus Decius, cum pugnam Alberti Cæſaris cum Polonis in Bohemia ita deſcribit: Erat inter tormenta unū cæteris grandius, quo ſæpius in caſtra emiſſo magna hominum ſtrages edebatur, isq; in hoſtē terror irruit, ut relictis caſtris in oppidum ſe omnes reciperent. Octoginta homines uno ictu transverberatos eſſe, proditum eſt. Dirum hoc belli genus ab architecto humanæ calamitatis diabolo, Dei noſtris ſceleribus offenſi permiſſu, in extremam

In Vandal. lib. 8. c. 23.

In hiſt. Auſtriæ. lib. 6.

mundi

mundi ſenectam productum, fragore ſuo indicare videtur, brevi totam rerum machinam ruituram, &c. Idipſum ſenſerunt quoq; & uſi ſunt Turcæ præſidiarii in munitione Guletana, cum à Cæſareanis expugnaretur. Ita enim Sinas Hariadeno Barbaroſſæ exprobranti turpem deſertionem reſpondit: Quam diu cum hominibus nobis certandum fuit armatis, uti plane ſcis, nec hoſtes diffitentur, operam exiſtimatione noſtra, & tuis auſpiciis dignam edidimus: ubi vero nobis cum diro Satana furiiſq; eius infernalibus, qui in nos horribili cum incendio terræmotum extremi terroris atq; periculi excitarunt, repugnare neceſſe fuit, tibi mirum videri non debet, ſi mortalitatem humani generis hoſtium inuſitatam vim effugimus, ut tibi meliore fortuna de imperii urbisque tutela certaturo integri ſervaremur, *Hiſt. lib. 34.*
ſicut Paulus Iovius ſe ab his, qui ſermoni huic interfuerunt, audiviſſe refert. Eodem modo in pugna illa cruenta die Paſchatis, anno 1512. inter Gallos ac Germanos, nec non Hiſpanos Pontifi i addictos, prope Ravennam in acie globus unicus ex tormento XL. milites Germanos ſuſtulit, ſicut Michaël Coccinius obſervavit. *In bellis Italicis.*
Sic in pugna illa navali, anno 1528. inter Gallos & Cæſarianos ad Vrſi caput Amalphitani littoris prope ſinum Salernitanum ex Auriæ prætoria emiſſus globus ingentis tormenti ultra quinquaginta Hiſpanos occidit, vulneravitq; plures, ſicut Heuterus Delſius ſcriptum reliquit. *In Carolo Cæſare, lib. 10.*
Iovius vero illam latius & fuſius, ſi non curioſius, ut pote totius prælii eventus (ut ipſe prædicat) certiſſimus teſtis, & propemodum in Inſula Ænaria ſpectator, vel potius auditor, ita deſcribit: *Hiſt. lib. 25.*
Philippus Auria in diſplodendis tormentis ſeduſo intentus, atq; apte collimans ſuum ingens tormentum, quod *Baſiliſcum* appellabat, in hoſtem emiſit: Huius immanis pila perfractis ſupra roſtrũ craſſioribus pluteis, qui *Rambaccæ* vocantur, cum horribili ſtrage hominum per foros à prora in puppim pervolavit tanta violentia, ut diſcerptis ſupra XXX. partim militibus, partim navalis offi:ii magiſtris & remigibus, etiam in ipſa puppe multos inſignes diſcerperet; quos cum nominatim recenſuiſſet, ita pergit: Sic ut horum cruore atq; viſceribus Vaſtius & Vgo fœdarentur, &c. Non ſolum autem hæc fulminea machina prope & procul ferit & deſtruit obiecta, ſed eius fragor, ut tonitru, ad longe diſſita loca penetrat, & aures percellit, ſicut antea quoq; recenſuimus. Idque etiam Guicciardinus hiſtoriis ſuis inſeruit. *Comment. l. 2.*
Ita enim de obſi ſione Caletana anno 1558. duce Guiſio ſcribit: Itaq; manè Epiphaniæ feſto, tanta pertinacia, admotis XXXIII. omnium capaciſſimis tormentis, fulmina jactarunt, ut fragor ille terribilis ab Antuerpianis fuerit exauditus, quod terræ intervallum triginta tria vulgatiora Germanorum milliaria complectitur. Italica vero circiter centum exæquat. Cuius rei, ne hyperbolica à nobis narrari videantur, certum hoc eſt experimen-

mentum, Imperatoria tonitrua in Mediomatricum oppugnatione quatuor ultra Argentinã milliaribus (quæ civitas ab iiſdem viginti duobus abeſt) auditu humano aperte percepta atque intellecta fuiſſe conſtat: Id quod multo remotius eſt cœli ſpatium, quam ſit illud ipſum, quod modo diximus. Siquidem ſingula Teutonum ſupernatum milliaria infernatis Germaniæ dimenſiones ſingulas multis ſtadiis & longitudinis fere parte quinta excedunt. At ſi cui forte hoc perſuaſum non eſt, teſtes luculentiſſimi erunt nobis Grudii & intimi Ambivariti. Quippe Lovanium & Bruxella in Dinodurana obſidione Gallicanorum tormentorum crepitum fragoremq; (inter quas civitates ac Theonvillam 36. milliarium iter eſt) clare diſtinctéque cognoverunt, &c. Tormenta certe illa, quæ mortaria (Mörſner oder Böller) vocãtur, ab alto globos eiaculant, præ cæteris terribiliora ſunt, & cõcuſſa terra, veluti terræmotum, in altum vi pyrii pulveris elevata tonitrui *Hiſt. lib. 3.* inſtar latiſſimus fragor ſe extendit. Illa deſcribit Paulus Iovius hoc modo: *Ea ſunt patuli atque ingentis oris tormenta, quæ ſiliceam pilam in ſublime iaciunt. Eorum pilæ, quum ab alto cadunt, domorum tecta cum magna cõtignationum ſtrage ad infimas uſque teſtudines perforant. Apertis autem in locis, & ſolo præſertim ſtrato illiſæ, ipſo caſus impetu perfringuntur, fruſtuliſque in diverſa diſſilientibus, obvios mortales miſerabilibus plagis deformant atque interimunt.*

Non ſolum autem in planicie & editis locis, ſed etiam in ſubterraneis cuniculis pyrii pulveris incenſivis immenſa eſt, pugnante inter ſe calore & frigore, atque natura non ferente vacuum: ſicut noſtris temporibus ſæpius experimenta facta ſunt, præſertim in pluſculis annis in obſidione triennali Oſtendæ, aliiſque munitiſſimis locis Belgii, ita ut contra hoc non ita vetus experimentum, neque munitiones in montibus, neque in plano tutæ eſſe poſſint. Felici ſane ſucceſſu contra Turcos inſtrumento novo repleto pyrii pulveris, quod petardum nominant, ex ipſorum manibus, deletis præſidiariis, ſuperioribus annis occupatum fuit nocturno inſultu Lavarinum, munitiſſimus locus in confinio Auſtriæ, duce Barone Suarcenbergico. Parum præterea abfuit, quin non ita pridem potentiſſimus Rex Britanniæ, cum filio & præcipua nobilitate, mira calliditate in ſubterraneum locum clam importata magna vi pyrii pulveris ab hoſtibus clandeſtinis everſo palatio periiſſet, niſi divinitus mature detectis inſidiis conſervatus fuiſſet. Sed recentiora iſta magna diligentia in variis linguis deſcripta ſunt, quæ hiſtoriæ paſſim exſtant. Legi quoque poteſt diſertiſſima hac de re oratio doctiſſimi viri Simonis Strenii. Inprimis autem *Lib. 3.* Ioannis Ouvenni Britanni verſus de hoc diabolico conatu, digni ſunt, ut adſcribantur, qui leguntur in ipſius Epigrammatis, cum hoc titulo: In coniura-

conjuratores, qui 5. Novembr. die Martis 1605. ſubiecto pyrio pulvere, arcem Weſtmonaſterienſem diſſlare inſtituerant.

Ex ima celſum tellure laceſſere cœlum,
Eque loco ſuperos inferiore Deos:
Quid, ſi non hoc, eſt imponere Pelion Oſſæ,
Et iterum in terris ædificare Babel?
Atque iterum in cineres Trojanam vertere gentem,
Inque tenebroſum volvere cuncta chaos:

In eosdem:

Ergo novam in cineres voluiſtis vertere Trojam,
Perjuri fato quo periere Phryges?
Non fuit infando lux Martis idonea fato:
Mercurij cinerum nam ſolet eſſe dies

Huc ſpectant, quæ idem Jovius ita recenſet: Novam arcem Neapolitanam Petri Navarri ingenio cuniculis tormentario disiectis pulvere ſuperioribus annis Hiſpani intrarunt, & Gallos inopinato malo perterritos, per triūphalem portam in interiorem arcis aream refugientes ita urgebant, ut occupatū pontem ſublicium pondere degravantes à Gallis cuſtodibus attolli prohiberent. In ea perturbatione Galli æneæ cælatæq; portæ valvas, inductis peſſulis, turbæ irrumpentiū celeriter oppoſuerunt, adegereq; item colubrinā ad fores, ut ea introrſus diſploſa conſiſtentiū, & in ponte, & in area Hiſpanorum ſtrages ederetur. Sed admirabili caſu pila ferrea in ipſa valvarū craſſitie hæſit, non plane penetrato metallo, quæ hodie pro inſigni miraculo peregrinis arcem inviſentibus oſtenditur. Hanc portam æreā triumphalis inſtar egregie elaboratam, & introrſus globum colubrinæ veluti incluſum in porta lignea inter utraſq; laminas æneas, cum meis ſodalibus, perluſtrata arce illa nova, non abſque admiratione diligenter obſervavi.

Caput LXXXIII.

Augmentum proxime præcedentis capitis, de violentia tormentorum.

Cum caput præcedens prolixius evaderet, ita ut Lectori nauſeam parere potuiſſet, ea, quæ ſequuntur, in peculiare caput conferre, & ita hanc noſtram materiam pertexere volui. Conſtat ſane, non ſolum majora tormenta ſua violentia magnas & miſerabiles ſtrages edere, ſed etiam minores machinas portatiles, quæ ſclopettæ vel Mosketæ vulgo appellantur, quod ſæpius in præliis & velitationibus experientia demon-

ſtravit, ita ut nonnunquam earum ope & uſu inſignes ac memorabiles victoriæ partæ ſint. Id ſane accidit in memorabili illo prælio ad Ticinum, in quo à Cæſareanis Rex Galliarum fortiter pugnans captus eſt; Ita enim Ferronus de hoc prælio ſcribit: At Borbonius miſit ad Davalum Carolum Mottam, qui doceret, deplorata omnia, niſi mox pedites ſuccinctos globis plumbeis, uti commemorat, mittat. Miſſis ab eo octingentis in dorſa equitum collocatis, verſa eſt belli alea. Nam hi à tergo, à latere, globis aſſidue emiſſis, ſtragem ingentem equitum, equorumque edidere, & eam quidẽ, ut hoc maxime nomine victoria illa potiti ſint. Fortiſſimus quiſq; paſſim ſternebatur: conglobati Gallici equites acrius urgebantur pilis; expanſi & diſſoluti, & petebantur, & inutiles erant ad vim arcendam. Tremolius Eſcunus & Sanſeverinus dum conferti coactis ſuis invehuntur in eos, in gyrũ eis ſenſimque dilabentibus nihil impedivere, quin major ſtrages ederetur, cum hoſtes emiſſis ſemel levibus machinis, & rurſus adimpletis, diſplodendi finem nullum facerent: cum interim Gallicæ machinæ inutiles eſſent, nec emitti in hoſtes, niſi prius in Gallos emitterentur, poſſent; qua parte inſigniter peccatum eſt, &c. Non omittendum præterea eſt, quod Dolfius Sacerdotis Hiſpani facinus militare, qui in numero rebelliũ civitatẽ Tordeſillam (in qua mater ex vitiato cerebro ægra ab iis captiva tenebatur) cũ trecentis Sacerdotibus, cõtra Cæſaris copias propugnabat. Stabat, inquit, certo loco unus ſacerdos, qui manuali bombarda undecim milites regios, undecim exonerationibus, ex ordine ſtraverat, cruce ſe ſemper, antequã ignẽ bombardæ adhiberet, ſignans. Sed tandẽ vir nobilis regij exercitus, ſagittã arcu emiſſam, per frontem in cerebrum illi adegit, impio procumbente, & animam efflante.

In vita Franciſci I.

In Carolo V. lib. 8.

Poſſent & multa alia vetera & recentia exempla recenſeri, cum præſertim hoc noſtro ſeculo in præliis & oppugnationibus tormenta majora & minora maxime in uſu ſunt, & quotidie mira excogitantur, quod illis hoſtibus potiſſimum nocere, & homines invicem lethalibus telis, quaſi vitæ tæderet, ſeſe citius interficere poſſint. Merito itaq; prædicatur generoſus & vere regius atque heroicus animus Alfonſi Regis, ſicut refertur à Collenucio ejus encomium, æterna laude dignum. Cum enim in navi prætoria, terreſtre ſuorum prælium cum Neapolitanis, quorum dux erat Sfortia, videret, & nihilominus ex ſuis triremibus ſua tormenta ex latere vibrare juſſiſſet, obſervans fortia facta Sfortiæ inter præliandum, vetuit, ne in eum locum, ubi Sfortia pugnaret, tormenta emitterentur. Quam rem cum Sfortia ex captivo Squarſia cognoviſſet, mandavit & ipſe viciſſim toti exercitui, ne tormentis Alfonſi navem deinceps peterent. Ejus Regis generoſitas eodem modo apparuit in obſidione urbis Neapoli-

Hiſtor. Neapol. l. 5

politanæ, ut idem Collenucius refert. Cum enim inter binos exercitus ſola publica via erat, in qua ſinguli diebus decertabatur ab iis, qui ſuæ virtutis ſpecimen aliquod edere cuperent, in quorum numero unus ex primis erat Petrus Ludovicus, ex nobili familia Neapolitana natus, & apud Renatum aulæ magiſter. Is enim ſingulis diebus cum Aragonicis congreſſus, ſingulari quadam virtute, & rei militaris peritia pugnabat, haſtam ſuã frangebat, & intricatus inter hoſtes, tamen evadebat. Quibus rebus permotus Alſonſus, ſicuti regio & vere generoſo animo erat, virtutemq; in hoſtibus etiam amabat decretum promulgavit: NE QVIS QVAM ſub pœna utriuſq; manus amittendæ, in hunc Petrum Ludovicũ, telum ex arcu, baliſta, tormento, aut alio aliquo inſtrumento bellico, mitteret, ſed & ſolo enſe aut lancea cum eo dimicaretur. Sed uttandẽ hanc materiã in duo capita diſtributam abſolvam, licet optare cum Ludovico vive, contra tam atroces & violentas machinas bombardicas: Vtinam vim & injuriam fulminis ſolam haberet bombarda, & non unaquæque eſſet nocentior, quam omnia totius æſtatis fulmina. Fulmen enim unũ hominẽ abſumit: bombarda una, quotquot una ſerie obvij ſunt vomenti globo, tanta violentia, ut nec latera ſint tuta. Occiduntur etiã, quos diſcerptorum corporum fruſta violenta contigere. Archidamus Spartanorũ Rex olim, oſtenſo ſcorpione periiſſe virorũ virtutẽ queſtus eſt, quod fortiſſimus vir ſagitta extingui poſſet, priuſquã manus conſereret: quid nunc dicturus, cum non unus vir fortis, ſed multi uno bombardæ ictu diſcerpuntur? Ergo jam ptidẽ nec vires aut animus cujusquam eſt notabilis. Nã fortiſſimus quiſq; inter primos, antequam acies congrediantur, cadit, nec ullus locus ſatis eſt munitus. Hoc Vivis doctiſſimi de bombarda eſt judicium.

De cõcord. de diſcord. lib. 2.

CAPVT LXXXIV.

Quare Turcæ in expeditionibus non utantur equitibus ſclopetariis.

INcidit nuper inter amicos quæſtio: Vtrum Turcarum equites in illis bellis diuturnis Vngaricis tormentis manuariis, vel majoribus, vel minoribus, ſicut noſtri, in velitationibus vel præliis uterentur, vel ſolummodo arcubus & ſagittis, more apud illos recepto, eminus contra hoſtes, telorum loco contenti eſſent. Cum autem illi, qui præſentes in conflictibus cum Turcis, ſuperioribus annis ſæpenumero fuerant, affirmarent, ſe nunquam vidiſſe talia tela tormentaria Turcas tractare, ſed ſolummodo ſagittando, nonnunquam etiam lanceis miſſilibus, Afrorum more excellere.

Neque obſtare, quod ante pluſculos annos aliquot turmæ ex equitibus noſtratibus, quos Wallones nominant, defecerint, & muſulmanizaverint, qui eos ſtratægemata & antea illis inſolitam formam acierum inſtruendarum in perniciem noſtratium edocuerint. Nam hactenus Turcis mos in bello fuit, ut vel lunata vel conferti quadrata aut oblonga acie, ſicut regio & qualitas loci fert, ordines inſtruxerint: nunc vero ab iſtis apoſtatis Wallonibus turmatim & manipulatim, more noſtro, pugnare didicerint: tamen licet ab iis inſtigarentur, tormenta illa manuaria tractare noluerunt: adductis cauſis, quod vel equi eorum mollibus frenis vel lupatis aſſuefacti, vel ſonitu ſclopetorum, pyrij pulveris odore, vel potius fœtore & ignitis telis conſternati, non ita contineri, & in gyrum flecti poſſint, ſicut noſtrates. De his accuratius cogitans, vera eſſe, quæ recenſui, tam ex his, quam aliis cauſis & rationibus, ex hiſtoriis comperi. Inprimis autem diſtinctio ſclopetorum obſervanda eſt, ſicut Achilles Tarduccius fecit: conſtituit enim tria genera pro diverſa magnitudine diſtincta. Quædam enim minora ſunt, Italis piſtolæ; alia media, iisdem archebuſi; deniqùe majora quædam, vulgo Moſquetæ dicta, quorum hæc omnium maxima ſunt, quæ manu tractari & explodi poſſunt. Aiunt (pergit ille, poſtquam ſclopetarios inſtruxit, quomodo hoſtis feriendus commode ſit,) Moſquetam in velitatione conficere ſpatium 200. paſſuum, ſicut & ſclopetum, quod inimicitiæ cauſa geſtatur, & ſclopetum militis, quantum bombarda ſeu piſtola inimicitiæ, 80. paſſuum, quorum quilibet 5. pedes in dimenſione habet. Bombarda vero militis, nullius eſt momenti, niſi adurat & conſumat, ſuumque conficiat ictum, proinde non niſi velut ad hoſtile pectus admotam, explodendam volunt. Hinc notat ſequentes obſervationes: Manuariis tormentis ſeu ſclopis, equites, qui ferreis thoracibus armantur, plerunq; uti ſolent, juramento aſtringendi ſunt, ne cuius explodant, quam in hoſtem recta ictum direxerint, & de eo vulnerando dubitare nequeant, &c. Et paulo poſt: Bombardæ longiores, quas Archibuſi Itali vocant, leviſſima arma ſunt, quibus equites atque pedites utuntur, &c. Hactenus Tarduccius.

In Turcæ vincibilis.

Cæterum noſtro tempore uſus & experientia noſtrates equites docuit contra Turcorum & Tartarorum equites, qui continuo ſagittarum imbre hominibus & equis damna inferunt, aciem & incurſiones eminus uti longiori ſclopeto, ſcil. Moſqueto, non longitudine, ſed levitate, quo facilius tractari poſſit, diſtante, quod tanta diſtantia prius hoſtes ferit, quam ſagittæ nocere poſſint. Quod ſi deinde cominus pugnandum erit, antequam ad gladios pervenitur, majori ſclopeto pendulo, in tergum rejecto, alio minori genere, quod piſtolam vocant, utuntur. Hic modus

pugnan-

pugnandi & hoſtes feriendi globulis majoribus & minoribus, equitibus noſtratibus ſæpenumero feliciter ceſſit, & Turcis atque Tartaris admodum perniciosus fuit, maximeque iis formidabilis eſt. Mirum itaque eſt, Turcas alioquin perſpicaces & ingenioſos in omnibus artibus bellicis, utpote in iis ab ineunte ætate enutritos & exercitatos, cum non imitari. Verum obſtant illis ſupra allegatæ cauſæ & impedimenta, inprimis vero divina voluntas, quæ non permittit, ut tam præpotenti hoſti omnia belli & armorum commoda in perniciem Chriſtianorum, veluti accumulentur, cum exiguæ copiæ militares noſtrates tam innumerabili, & diſciplinæ militari aſſuefacto exercitui, humano more loquendo, pares eſſe non poſſint, ſi non noſtri equites hac commoditate, Turcis denegata, uterentur. Quamobrem experientia docuit, multa millia Turcarum contra paucos equites noſtros in acie conſiſtere non valuiſſe, ſed cum magna ipſorum clade diſſipatos & devictos eſſe. Extant hac de re multa exempla, inter quæ memorabilia ſunt: unum, quod duce Melchiore à Rœdern Barone Sileſio Anno 1593. in ſuperiori Hungaria trecenti equites noſtrates, 6000. Turcarum profligaverint, & aliquot millia captivorum ex triſtiſſima ſervitute liberaverint. Alterum contigit Baroni Tieffenbachio Anno 1593. in Novembri prope Villecium. Nec non Anno 1595. in menſe Julio, Carolo Mansfeldio duce, prope Strigonium, quæ victoria admodum memorabilis fuit, cæſis multis millibus Turcis, & eorum caſtris occupatis. Eodem modo notiſſima virtute equitum victoria (utinam retenta & non paulo poſt quaſi è manibus amiſſa) contra ipſum Imperatorem Turcicum, Mahometa, inſtructum numeroſis & pugnaciſſimis copiis, noſtris contigit; poſtquam mortuo patre Amurathe anno 1595. in primo expeditionis ſuæ anno, Agriam non ſine ſanguine & internecione ſuorum occupaſſet: De quo prælio judicium tale eſt Lazari Soranzij, dignum profecto, ut aſcribatur: In primo ſtatim congreſſu Mahumetes propriis ſuis oculis vidit, exercitum ſuum diſſipatum, & in fugam conjectum, ipſe de ſua ſalute ſollicitus, in montem quendam in ipſo Agriæ conſpectu confugit, faciemque parte veſtis Mahumetis, quam religionis cauſa circumferebat, abſterſit. Quanta vero noſtrorum militum virtus & in debellando hoſte audacia fuerit, non eſt obſcurum, quod minus 50. millibus militum (quos Franciſcus Maria Urbini Dux, ad extirpandam Turcicam tyrannidem ſibi depoſcere ſolebat) inſtructi hoſti obviam procedere, manus cum eo conſerere & exercitum, qui 300000. hominum atque adeo totius Imperij Ottomannici robore conſtabat, in ipſius Imperatoris conſpectu in fugam conjicere valuerint. Unde nemo temere dubitare debet, quin ſi noſtri minus avari, melius uniti, magisque providi, inprimis vero erga *In Ottomanno ſuo, c. 66. part. 2.*

ducem fideliores extitiſſent, victoriam ſplendidiſſimam reportaturi fuerint, qualem forſitan ante ipſos nunquam Chriſtiani de Turca tulerunt, ipſo Mahumete capto, quemadmodũ Bajazetem à magno Tamur-Han, id eſt, domino ferri (qui corrupte aliis Tamerlanus, vel Tamberlanes dicitur) captũ eſſe ſcimus. Turcarum ſane duces exiguã fortitudinem in eo prœlio demonſtrarunt: unde plurimi honoribus ſuis privati, alij vita mulctati ſunt. Milites vero timidi & pavidi redditi. Hinc futurũ conjicimus, ut eorũ Imperator melius rebus ſuis in proximũ annũ proſpiciat, vel pacem ineat, vel cum minori ſuo periculo bellum gerere ſtudeat. Interim perplexe Chriſtianus orbis de ejus machinationibus eſt ſollicitus. Quare cogitationes hoſtiũ altius examinare, & quid Chriſtiani Principes ad gloriam Dei & ſui conſervationem præſtare poſſint & debeant, judicare, noſtri officij eſſe cenſemus. Hucuſq; Spranzius. Memorabile eſt, quod Mahometes particulæ veſtitus ſui pſeudo prophetæ tantum tribuerit, ut veluti amuleto, abſterſo ſudore, ex anguſtiis & metu manante, ſeſe refocillaverit. In qua re imitatus eſt forte Syllam: cum enim is in periculoſiſſima illa pugna cum Archelao in Bœotia periculũ præſens ob oculos videret, Apollinis imagunculam de collo dependentem cum tali exclamatione oſculatus eſt: *O Apollo, ne deſeras me, quia ſi me deſerueris, abiiciam te, & nullo honore poſt hac te afficiam.* Fieri itaq; potuit, quod ſuum prophetam Mahumetem, cum de fruſto veſtis faciem ſuam in fuga abſtergeret, ſimili modo additis minis compellarit.

Caput LXXXV.

Continuatio & auctarium prioris capitis.

MEmini aliquoties, me audire viros militares inter ſe familiariter diſceptantes, utrum peditatus vel equitatus in bellis, ſicut hac noſtra tempeſtate, cum Turcis præſertim, qui præcipui hoſtes Chriſtiani nominis ſunt, geruntur, magis commodus & neceſſarius ſit, & diverſa judicia inter eos fuiſſe. Quare licet meæ profeſſionis non ſit, memor illorum ſermonum, in libris hac de re ſcriptis perquiſivi, quid de hac quæſtione diſputatum deciſumve ſit. Inveni autem illam à Renato Luſignio, pro & contra, ut dicitur, tractari, qui tandem, adductis aliquot exemplis & hiſtoriis, concludit, equitatum in bello potiorem eſſe peditatu. Id quidem experientia tam in bellis Hungaricis, quam alibi ſæpius docuit. Quare non fruſtra in proxime præcedenti capite quæſivimus & commemoravimus cauſas & rationes, quare Turci, qui maxime pollent equitatu, cum animadvertant ſæpenumero ab equitibus noſtris reſpectu ipſorum

De inclin. Imp. li. 3. c. 10.

sum

tum multitudinis, paucis, tam in acie quam in veſitationibus, plurimos fugatos & victos eſſe, idq; potiſſimum auxilio ſclopetorum vel tormentorum manualium, quæ illis deeſſe cum pernicie illorum ſentiant, non ſuppleant & corrigant, inſtitutis etiam cohortibus, manipulis & turmis ſclopetariorum. Verum illis quidem hac in re conatum & voluntatem non deeſſe, ſed varia impedimenta fatalia & induſtrialia illis obiici antea diſſeruimus. Teſtantur id hiſtoriæ veteres & recentes, ex quibus unam atq; alteram, eamque memorabilem recenſebo. Techellas Cuſelbas Perſa, ex eremita Imperator militum factus, inducta nova religione ex his hominibus, qui pro teſſera novæ profeſſionis rubris pileis uterentur, conductis ingentibus copiis, & ſuffultus equitatu Perſico, quem Hiſmael Sophus in odium Bajazetis & Turcarum miſerat, cum in Armeniam & Cappadociam infeſto exercitu irrueret, & in Bithynia Caragium Baſſam Bellerbechum, hoc eſt totius Aſiæ equitatus magiſtrum, cum inſtructis obviam copiis haberet, eumque ad Horminium montem, magna cum internecione Turcarum, non ſolum viciſſet, ſed etiam expugnata urbe Çutheia (quæ totius Aſiæ minoris umbilicum, Anatoliæque Magiſtri equitum ſedes eſt, ſicut in Europa, quæ Romania dicitur, apud Sophiam Maſiæ urbem, alterum Bellerbechum conſidere videmus) cum uxoribus & familia cepiſſet, quum ſe retro in tutum, perſequente eum Alybaſſa cum expedito equitatu, reciperet, & ab eo aſſecutus, inter ſe magno ardore prælium committerent, Halybaſſa aliter victoriam ſe conſequi deſperaret, niſi mille amplius ſclopetarios equites induxiſſet, qui per vices alii aliis turmatim miro ordine ſuccedentes, plumbeas glandes in confertiſſimam hoſtium arcem ſpargerent. Qua procella, quum magnus eorum numerus ſterneretur, neceſſe fuit, phalangem ſolvi. Etſi autem hoc novo invento equitum ſclopetariorum Turcorum ordines hoſtium turbati primo aggreſſu & ſoluti ſunt, & Halybaſſa pro victore ſe geſſit, tamen cum Techelles expromtiſſimis & optime armatis novam aciem faceret, eamque à noviſſimo agmine in frontem ductam, equitatui opponeret: Paulo poſt Halybaſſa primo prælii ſucceſſu ferox, incautius quam prudentius premendo, urgendo cum globo equitum interclusus, & in medio ardore circumventus interficitur. Quo cæſo, puncto temporis prælii fortuna commutata eſt. Nam Turcæ, qui dudum pulſis ſtratisque hoſtibus acerrime præliabantur: Ducis morte perterriti, remittere pugnandi ardorem, ſenſim cedere, ac demum converſis equis pugnæ loco excedere cœperunt, &c. Eventus itaque declaravit hoc inuſitato genere præliandi cum equitibus ſclopetariis infeliciter Turcis ceſſiſſe, & amiſſo duce profligatos & victos eſſe. Quare veroſimile eſt, eos hoc genus telorum

Iovius hiſt. lib. 13.

dein-

deinceps potius deteſtatos, quam amplexos & in uſu habuiſſe, ſicut non memini, me in hiſtoriis legere, de equitibus Turcicis ſclopetariis, ſequentibus annis huc uſque (non dico de illis rebellibus Wallonibus qui ob perfidiam & apoſtaſiam pœnas meritas ſenſerunt, & veluti evanuerunt) in aciem productis.

Alterum exemplum eſt non tam recens quam memorabilius priore, *Epiſt. 3.* quod refertur in Epiſtola Augerii Busbequii. Cum enim non ſolum Turcis, ſed etiam Perſis minores ſclopeti, quorum ex equis uſus eſt, magno terrori ſint, Ruſtano primario Baſſæ, quos Viſieros nominant, cum ſuo Rege adverſus Perſas proficiſcenti ſuaſum fuit, ut turmam ducentorum equitum ex ſuis domeſticis inſtitutam ſclopetis armaret, magno terrori futuram hoſtibus, & ſtragem magnam facturam. Nec conſilium aſpernatus Ruſtanus eam turmam inſtituit, ſclopetis inſtruit, curat exercendam. Sed nondum dimidiam partem itineris confecerant, cum aliud ad ſclopeti uſum neceſſarium deficere cœpit. Amittebatur quotidie aliquid aut frangebatur, raris qui poſſent reficere: ſic bona ſclopetorum pars iam inutilis reddita erat: & cum ea de cauſa pœnitebat eius teli, tum quod mundiciei, cui valde ſtudent Turcæ, adverſabatur: conſpiciebantur manibus fuligine infectis, veſtitu maculoſo, informibus thecis & pyxidibus undique pendiculis, ut riſui eſſent commilitonibus, & ab eis per ludibrium medicamentarii vocitarentur; ita cum nec ſibi nec aliis eo habitu placerent, Ruſtanum circumſiſtunt, mancos & inutiles ſclopetos proferunt, quemnam ex his fructum ſperet, ubi ad hoſtes ventum ſit? rogant, ut ſe illis deoneret, arma reddat uſitata. Re diligenter conſiderata, non putavit cauſſam eſſe Ruſtanus, cur refragaretur. Sic enim bona eius venia ſagittas & arcus ſuos reſumſerunt, &c.

Ex his apparet, ob quas res Turcæ equites ſuos potius arcubus & ſagittis inſtruant quam ſclopetis & globulis plumbeis, atque ſulphureo pulvere, licet Ianizari pedites hac in re admodum excellentes & exercitati ſint. Quod autem ſæpius equitum ſclopetariorum opera profligati & victi ſint, antea dictum & probatum eſt, & in eadem Epiſtola Busbequiana, memorabilis hiſtoria, & quidem recens inſerta eſt, dum is adhuc in legatione Conſtantinopoli Orator eſſet, digna ut integra aſſcribatur, ſicut eam Dalmata ex eorum genere eques, quos ab enormi ſtolidaque audacia Dellios, hoc eſt, amentes ſive inſanos Turcæ vocant, qui male rem geſtam in Dalmatia nunciaret, retulit. Cum enim Dellius ille in Divano ſubinde à Baſſis interrogaretur, quot tandem fuerunt veſtrum? atque ille ſupra duo millia quingentos fuiſſe, reſponderet; Pergebant Baſſæ, cedo, quantum iam fuit Chriſtianorum? Arbitrari ſe aiebat non

fuiſſe

fuiſſe ultra quingentos equites ſclopetarios, niſi ſi (quod ſuſpicabatur) in inſidiis delituiſſent, prælio hercle non interfuiſſe plures. Baſſæ hic ſtomachari, ut nihil puderet pene iuſtum Muſulmanorum exercitum (ſic ſuæ religionis homines nuncupant) à tantilla Chriſtianorum manu profligatum, & homines dignos, quos alat Suleimannus, in quos panem ſuum partiatur, bellatores egregios? Tum is nihil commotus, non recte ac ipſitis, inquiebat, an non auditis vi ſcolpetorum nos obrutos: ignis nos profligavit, non virtus hoſtium. Alius longe medius fidius pugnæ fuiſſet exitus, ſi vera virtute nobiſcum congreſſi fuiſſent. Illi ſibi in auxilium ignem aſſciverunt: ignis violentia ſuperati ſumus, fatemur: Ignis unum eſt ex elementis, & quidem acerrimum. Et quæ ſunt cujuſque mortalium vires tantæ, quæ elementorum violentiæ non cedant? Hæc cum Dalmata magniloquentia plenis faucibus pronuntiaret, vix, (quanquam in re triſti) qui aſtabant, erumpentes cacchinnos reprimebant. Idipſum obſervavit Lanovius, ubi monet, quam periculoſum ſit, cum Germanicis equitibus ſclopetariis pugnare: ſibi enim videri, ac ſi in igneo monte aliquis verſaretur, & eum oppugnare conaretur. Olim apud Romanos fuerunt equites leviores & iaculatores, qui Ferentarii, teſte Varrone, vocabantur, quod ea modo habebant arma, quæ ferrentur, ut iaculum. Eodem modo ex iaculatoribus pedites Rorarii, & Accenſi vocabantur, qui licet arma, cum noſtratibus equitibus, quorum paulo ante mentionem feci, comparari non poſſint, nomina tamen aliquo modo utriuſque convenire, non abſurde dici poſſet. De his autem, ſi quis plura ſcire deſiderat, is legat Lipſium in Analectis.

In diſcurſu militari.

Lib. 3. dial. 1.

Capvt LXXXVI.

De miſerabili & inopinata calamitate & cæde multorum ex incendio pyrii pulveris Mechliniæ orta.

Qvanqvam in hiſtoriis paſſim locorum horribilia exſtant exempla, de cladibus & damnis, vel fortuitis, vel data opera procuratis, ex incendiis tormentarii pulveris ortis: nullam tamen calamitoſiorem & atrociorem legi illa, quæ ſuperioribus annis Mechliniæ, circa id tempus, quo Elector Saxoniæ, & Landgravius Haſſiæ, à Cæſare proſcripti ſunt, & utraque pars ſummis viribus exercitus contraherent, accidit. Hæc inopina calamitas eleganter & pathetice ab Heutero Delphio deſcripta eſt: quam cum dignam lectu exiſtimem, huc volui inſerere: Ea vero eſt talis: Septimo Auguſti anno 1546. ingentem Mechlinia cladem, ab incenſo à

In vita Caroli V. l. 12.

fulmine

tem ditiores ac Magiſtratus cum tædis ac facibus, ſaucios calamitoſoſque inter collapſarum ædium ruinas ac rudera perquirebant, iuvabantque. Mortui promiſcue in cœmiterio D. Petri ſepeliebantur. Nullus enim ſuos agnoſcere poterat, quod mutilata corpora, tormentarioq; pulvere tincta, mirum in modum intumuiſſent, deformataq; eſſent. Concurſum eſt Mechliniam, ex omnibus Brabantiæ oppidis ac urbibus, imo è vicinis provinciis, ad tantæ cladis inſpectionem. Nam reperta fuere mortua mutilaque corpora ad ſeſquimilliare extra civitatem, variis locis diſiecta, quædam horrendum in modum ex arboribus pendentia: ut concubina prætoris ab AA, quæ flaveſcenti capillitio ex arboris ramo nuda dependens, aperto ventre, inteſtina in terram defluentia, omnibus cum horrore oſtentabat. Civitatis foſſa ab utraque dirutæ turris parte ad ducentos paſſus ſicca conſpiciebatur: murus ad idem ſpatium, quo turris ſteterat, ab utroque latere exciſus erat, quũ eo loco aqua, quæ in foſſa erat, pedeſtris lanceæ altitudinem fere æquaret. Piſces quoque magno numero per agros diſperſi, extinctique conſpiciebantur, vicinarumque arborum rami iis abundabant. Arbores ceraſis, cæteriſque pomorum generibus ſcatentes, (conſita enim erat Mechlinia in circuitu omni pomiferarum arborum exquiſito genere) pro maiori parte radicitus everſæ: cæteræ foliis fructibuſque ſpoliatæ, paulo poſt (dictu mirum, ſed veriſſimum) primum folia, deinde flores, poſtea fructus, eodem autumno iterum reddidere, ſed pars maior non plane maturuit. Memini me Mechliniæ in templo D. Petri, haud procul Santporta ſito, ubi mortui fuere ſepulti, hoc legiſſe diſtichon, annum, diem, cauſamq; cladis continens:

TVrres ContrIta LaCerant VI pVLVerIs ædes,
Septena AVgVſtI fVLgVra MeChLInIæ.

Hanc hiſtoriam late peculiari capite deſcripſit Gilbertus Cognatus Nozorenus, cuius titulus eſt: *De horrendo quodam tonitru & fulmine, quod accidit Mechliniæ, &c.* ubi ſigillatim recenſet de everſione ædificiorum & mirabili cæde hominum, in diverſis locis, mutilatis membris repertorum, ad quem lectorem, plura de hac re cognoſcendi cupidum, remitto. *In narrat. Sylv. l. 8.*

Caput LXXXVII.

De circo vel rota humanarum rerum, quæ ſemper circumagitur.

Verba Crœſi, in libera cuſtodia, apud Herodotum, ad Cyrum, cum adverſus reginam Scytharum Tomyrim bellum, magno ardore & apparatu, inſtrueret, ſunt admodum memorabilia. Equidem, inquit,

 tibi

tibi Rex, etiam antea dixi, quandoquidem Deus tibi me tradidit: Quicquid animadverto errati in tua domo, id omne me pro viribus averſum ire. Nam meæ ruinæ, etſi ingratæ, mihi tamen extitere diſciplinæ. Si tibi eſſe videris immortalis, & eiuſmodi exercitui præeſſe, nihil eſt opus, ut meam dicam tibi ſententiam. Sin vero te quoque cognoſcis hominem, & iſtis eiuſmodi præeſſe, illud inprimis diſcito: HVMANARVM RERVM CIRCVM ESSE, QVI ROTATVS, SEMPER EOSDEM FORTVNATOS NON SINIT. Eandemque ſapientiſſimam ſententiam mille exemplis comprobatam plures quoque uſurparunt ſcriptores: maximeque eam illuſtravit Greg. Nazianzenus

Cap. 31. cent. 2. in Oratione, quam περὶ φιλοπτωχίας inſcripſit. Etſi autem idipſum antea pluribus rationibus & documentis demonſtravi, tamen materiæ huius utilitas mihi occaſionem præbuit, plura, eaq; non vulgaria, prioribus addendi.

In Elogio Illuſtr. virorum. Adducemus & conſiderabimus igitur Antonii Grimani, olim Veneti principis, viciſſitudines rerum, ſub cuius effigie, in Muſæo Ioviani, ita in principio ſcriptum eſt. In attollendo premendoque Antonio Grimano, alternantibus diverſæ ſortis impulſibus, Fortuna mirabiles edidit ludos: quos deinde latius explicat, quomodo à prima adoleſcentia uſque ad legitimam petendis honoribus ætatem, ſummos labores, ſummaque tempeſtatū pericula alacriter ſubierit: Quomodo deinceps procurator Divi Marci ſit factus, & ad ſummos honores pervenerit, patriæque acceptus & utilis fuerit, donec in prælio cum Turcica claſſe apud Sporadas inſulas, commutatis repente ventis, nec opportune parentibus quibuſdam Trierarchis, tota ſpe deiiceretur, & propemodum deleta claſſe Veneta inſtructiſſima clade maxima affligeretur, & Turcæ Naupacto potirentur, Grimano fruſtra ſe à Triearchis per ſummam malignitatem atque ignaviam proditum conquerente, nec tamen in eos, quod eſſent nobiliſſimi ordinis, Imperii ſeveritatem exercente. Eius fœde potius, (pergit Iovius) quam male geſtæ rei nuntius, Grimanum ſummæ invidiæ expoſuit, ut comminuta repente eius gratia atque auctoritate, ſucceſſorem ei Senatus decerneret Melchiorem Triviſanum, veterem inimicum, qui Grimano compedes iniiceret, captivumque, ad dicendam cauſam, Venetias continuo devehi iuberet. Quo nuntio Grimanus, ut inſons, & egregie animo conſtans, Senatui omnino parendum exiſtimans, non exſpectato ſucceſſore, compedes ſibi ultro iniecit, & peculiari mioparone Venetias devectus eſt, patribus ſeſe compeditum & iudicii pœnam ſubire paratum oſtendens. Nunquam antea Venetiis frequentius atque celebrius ullius rei ſpectaculum fuit, quum eo habitu ſenex Imperator, & nihil tale ex æquo meritus, à rerum capitalium miniſtris in carcerem duceretur, & pleriſque manarent lachrymæ, ex memoria

ria anteactæ vitæ. Publice autem accuſatus à Nicolao Michaële, tandem non ut reus criminum, ſed ad minuendam invidiam, in Oſſarum, alteram Abſyrtidum inſulam, relegatus eſt. Tandem cum aliquanti ſper Romæ apud filium Cardinalem, nihilominus patriæ inſerviens, vixiſſet, Venetiis extincta invidia, patrum iudicio revocatus eſt, INTEGRITATIS ET VIRTVTIS ERGO; Hæc enim verba fuere publici decreti, QVOD nuſquam præclaram iuſti officii pietatem, ulla in re, erga patriæ decus intermiſiſſet. Quo exemplo videri potuit, veræ virtutis nomen inſolentis Fortunæ fluctibus iactari quidem, ſed nunquam mergi atque opprimi poſſe. Sequentibus annis Grimanus hic non ſolum iterum creatus ſancti Marci procurator eſt, ſed & graviſſimam legationem ad Franciſcum Regem ſuſcepit. Exinde inane ſemper Conſiliarii nomen, continuato honore uſque ad Lauredani Principis mortem, promeruit, cui poſt longam Candidatorum contentionem, ſucceſſor Princeps creatus eſt. Inter alias autem virtutes maiore cum laude rarum in eo fuit, quod Nicolao accuſatori omnis eius acerbitatis oblitus, capitalem iniuriã remiſerit, &c. Prolixior fui, in recenſendis variis viciſſitudinibus Grimanianis, ob eius viri, in adverſis & proſperis rebus, conſtantiam & magnanimitatem, donec nonagenarius, poſtquam Reipublicæ tribus annis præfuiſſet, moreretur. Fuit enim, ſicut Iovius eum commendat, vir frugalitatis eximiæ, per omnem ætatem, indomitique laboris atque animi, ad omnis fortunæ caſus firmiſſime compoſiti.

Non diſſimile fuit fatale infortunium, & deinceps felicitas mirabilis in Ludovico Aurelianenſi, qui cum ad ſupplicium in carcere capitis damnatus, cuſtodiretur, à Rege Carolo VIII. adverſus omnium ſententiã ac opinionem abſolutus; nec multo poſt, Carolo ipſo abſque liberis decedente, Galliarum Rex omnium conſenſu creatus eſt, ſicut Iovianus Pontanus de fortuna aliquid memorabile, quod noſtrates hiſtorici præteriere, literis mandavit, ut Papirius Maſſonus, & inter alia refert: quod Ludovicus in Brittanico bello captus in acie, ductuſque Avaricum Biturigum, longam ſane cuſtodiam pertulit, etſi ſororius Caroli VIII. erat, eumque certa iura, iure regii ſanguinis, ipſi ſucceſſorem deſtinabant. Triennium ferme in illo carcere fuerat, cum ab ipſo Rege, præter omnium opinionem, ſe libertati priſtiniſque honoribus reſtitutum vidit. *Lib. 2. de fortun.* *Annal. l. 4*

Ex veteribus documentis huic noſtræ meditationi potiſſimum convenit, quod Rhegino, de Carolo Craſſo; vel III. huius nominis Imperatore, de ſubita mutatione eius ſtatus, recenſet: Carolus, inquit, corpore & animo cœpit ægrotare: menſe itaque Novembri Tiburias venit, ibique conventum generalem convocat; cernentes optimates regni, non modo

vires corporis, ſed etiã animi ſenſus ab eo diffugere, Arnulfum filium Carlomanni ultro in regnum attrahunt, & ſubito facta conſpiratione, ab Imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim tranſeunt, ita ut intriduo vix aliquis remaneret, qui ei ſaltem offi ia humanitatis impenderet, cibus tamen & potus ex Luidperti ſumptibus adminiſtrabantur. Erat res ſpectaculo digna, & æſtimationis humanæ ſortis rerum varietate miranda. Nam ſi ut ante ſecunda fortuna, rebus, ultra quam poſſet, affluentibus, tot tantaque Imperii regna, ſine laborum ſudoribus & certaminibus attraxerat, ita ut poſt Magnum Carolum, maieſtate, poteſtate, divitiis, nulli Regum Francorum videretur eſſe poſtponendus: ita nunc adver a veluti, in oſtentatione fragilitatis humanæ deficiens, quæ fortuna cumulaverat, cuncta inhoneſte in momento abſtulit, quæ proſpero arridens ſucceſſu, quondam glorioſe attulerat.

Mirabiles mutationes in bonam & malam partem Matthiæ Corvini antea quoq; attigi, & nunc plura de his addere operæ pretium duxi. Nam duo potentiſſima Regna eodem tempore Rege orbata, ex nobiliſſimo atque altiſſimo ſanguine, ad mediocris generis homines pervenere. Hungaria ad Matthiam, Bohemia vero ad Poggiebracium. Siquidem menſe Ianuario, anno 1458. Matthias inter 40. millia virorum qui medio in Danubio, tum glacie conſtricto, impatientes magni frigoris, electionis exitum exſpectabant, Rex adhuc Pragæ, in cuſtodia Poggiebracii acclamatur. Singulare prorſus humanæ inconſtantiæ documentum; ex duobus adoleſcentibus, ætate moribuſq; pene paribus, alter Ladislaus Rex, ex regio ſolio, dum novæ nuptæ thalamum exornat, defertur ad tumulum; alter, dum capitalem ſententiam exſpectat, trepidus ex carcere vocatur ad regnum, &c. ſicut Bucholzerus ex Ænea Sylvio & aliis obſervavit. Fuerunt ſane multa peculiaria & eximia dona in Corvino. Tam magno enim & invicto animo fuit, ut Cæſari Friderico per Legatos ſuos nuntiari iuſſerit: Ni deſiſteret à bello ſibi inferendo, ſed ulterius armis ſe laceſſendo pergeret, ſciret, in ſua poteſtate & arbitrio eſſe, Turcam, infeſtiſſimum utriuſque hoſtem, in mediam Auſtriam, vel porro etiam in Germaniam, reſeratis clauſtris & impedimentis Hungaricis, cum numeroſiſſimis copiis introducendi. Quem eodem modo, ſi Cæſar potius amico quam hoſte ſe uti vellet, inde rurſus exturbare, profligare, & in Thraciam cum clade redire, coniunctis viribus & animis, cogere poſſent. Sed pax & reconciliatio paulo poſt inter hos duos heroas ſecuta, ad alia utiliora eius animum adduxit. Licet fieri potuiſſet, ut tam potentiſſimus, crudeliſſimus & infeſtiſſimus hoſpes invitatus, patefacto aditu, Matthiæ talem gratiam retuliſſet, qualem Græcis diſcordibus paulo ante retulerat. Facilius

In Induc Chronolog. mihi fol. 162.

cilius

cilius enim fores reſerantur, quam invitis potentioribus rurſus clauduntur. Fatendum ſane eſt, ut dixi, hunc Regem Hungariæ præ cæteris, multis eximiiſque heroicis virtutibus (ſicut eius res præclaræ brevi tempore geſtæ abunde teſtantur) præditum fuiſſe, dignum profecto longiore vita & regno. Quomodo autem affectus fuerit Mahumetes Turcicus Imperator erga Corvinum, & cognita ipſius morte, ob vindictæ cupiditatem, lacrymas fuderit, antea recenſuimus. Econtra quomodo Corvinus erga Mahumetem animatus fuerit, ex eo apparet, quod is ſæpius de pace Mathiam requiſiverit, eius potentiam & felicitatem metuens; ſed cum minus ſecuram & tutam fore iudicaret, veritus, ne ſub pacis tractatione maiores inſidiæ ſtruerentur, & bellum acrius conflaretur, eam inire recuſavit, reſpondens, Vngariæ Regi non eſſe licitum, vel pacem vel inducias cum Turcis paciſci, ſed rebus ſuis ad limites Regni proſpecturum, prout eos animatos vel inſtructos noverit. Neque Legatos Turcicos deinceps in ſuum conſpectum venire paſſus eſt, non ignorans, ſub ſpecie pacis bellum eos machinari gravius. *Cap. 26. centur. 2.*

Cæterum cum paulo ante de Ladislai Regis potentiſſimi, in florenti ætate, & quidem ſponſi, ſubita morte, & viciſſitudine inſolita, mentionem fecerim, non extra propoſitum erit, eam rem prolixius deſcribere, cum auctores in hac non conveniant, ſed plerique hiſtorici, tanquam incertam, in medio relinquant. Inter quos eſt Gerardus de Roo: De morbi genere, inquit, quo ſublatus eſt Ladislaus, neque tum, neque poſtea certi aliquid conſtitit. Et in eiuſmodi rebus tutius eſſe ſcriptores putant, famam citare teſtē, quam ipſos affirmare. Cruditate ſtomachi nonnulli, peſte alii peremtum volunt, eiuſque indicia apparuiſſe circa inguina. Medici Germani, quorum opera præcipue uſus fuerat, veneni ſuſpicionem feciſſe perhibent, poſtquā ex Bohemia ad ſuos rediere: id vulgus pro certo apprehendit, verene, an ex odio Bohemicæ gentis, cui tum ea propter religionem obnoxia erat, incertum. Bohemi certe iniuriam hic ſuis hominibus fieri affirmant, &c. Sciendū autem eſt, alium fuiſſe Ladislaum, Regem Neapolitanorum, quem Itali Lanzilotum nominant, qui ex complexu Venereo virginis, Medici filiæ, ex perſuaſione patris, largitione corrupti, napello venenatiſſima herba infectæ, ipſum quoque infectum atque toxicatum ſcribunt, inter quos eſt Collenucius. Sed ut cœptam materiam huius capitis finiam, plures de varietate & mutabilitate fortunæ hiſtorias congeſſit Fulgoſius, ex quibus conſtat, etiam fœminas regias iiſdem caſibus expoſitas fuiſſe. Memorabilia autem præ cæteris ſunt, quæ de Eliſabetha, vidua Ludovici Regis Hungariæ, & eius filia, ibi recenſet, quo ob prolixitatem cupidum Lectorem remitto: Qui addere quoq; poterit Onuphrium *Hiſt. Auſtr. l. 6.* *L. 6. c. 11.*

Pan-

De rebus Hungar. p. 2.c.19. Panvinium,& Conradum Marpurgenſem in vita S. Eliſabethæ. Non omittendum certe eſt exemplum memorabile, ex Petri Meſſiæ ſylva, de Iacobo Luſignano, agnato Petri Regis Cypri, non diſſimile illi, quod Corvino accidit. Is captus à Genuenſibus, & per novennium in carcere abſque ulla ſpe liberationis detentus: Mortuo vero Petro Rege, ob conſanguinitatem defuncti in locum, abſens Rex à Cypriis eligitur, qui illum captivum, miſſa ornatiſſima legatione, liberari petunt. Aſſenſerunt Genuenſes & ita perſoluta ingenti vi pecuniæ, pro redemtione, is, qui paulo ante carceri diuturno incluſus, in hoc ſqualore mortem optarat, mox non ſolum liber factus, ſed etiam in potentem Regem evaſit. Vera itaque & ſalutaris eſt doctrina Cominæi, dicentis: ita comparatum eſt in rebus humanis, ut omnes pariter aliquo afficiantur dolore. A condito enim mundo, rerum omnium fabricator Deus hoc ita conſtituit, neque decet cuiquam illius evitare decretum. Sed differunt inter ſe cruciatus. Nam qui ſunt animi, gravius urgent, quam corporis.

CAPVT. LXXXVIII.

Inſigni & atroci facinore & ſcelere ſeditioſos & rebelles plerumque ſe ab omni reconciliatione, cum ſuomet ipſorum interitu, excludere.

Samuel. l. 2.c.16. IN ſacris literis legimus, Abſcholomo, cum cupiditate regnandi præpoſtera audacia parentem ſuum optimum Regem Davidem, rebellis ipſe, ex regno fraude & vi eiicere vellet, Achitophelum illum, cuius auctoritas & conſilium diebus illis erat, ac ſi quis conſuluiſſet verbum ipſum Dei, inter alia, ad confirmandum regnum Iſraeliticum, occupatum, ita conſuluiſſe: Congredere cum concubinis patris tui, quas reliquit ad ſervandum domum ſuam, ut, audiente toto Iſraële, fœtidum te redditum eſſe patri tuo, confirmentur manus omnium, qui tecum ſunt, &c. Hoc conſilium profectò fraudulentum & execrandum Abſolon ſecutus eſt, & quidem non clam, ſed palam extenſo tentorio ſuper tectum, ut ingreſſus ad concubinas paternas & inceſtus omnibus innoteſceret. Quid Achitophelum impulerit ad hoc dandum conſilium, non eſt obſcurum, & ipſe declarat ſuis verbis: Poterat populus ſuſpicari, inquit, te rediturum in gratiam cum patre, & metuit, ne forte cudatur faba hæc in eorum capitibus; dum ita conſulit eis, ſibi quoque conſulit, ne, ſi reconciliatio fiat, ipſe daturus ſit iuſtas pœnas. Ob hanc rem conſilium eius eo tendit, ut odium inter patrem & filium implacabile fiat: conſulit itaque, Abſolonem tanta contumelia parentem afficere debere, ut deſperanda ſit reconcilia-

c[illegible]io, vt nempe [illegible] polluat uxores patris [illegible] omnibus videntibus, ut cognoſcerent, non ex [illegible] rem geri. Etſi autem Achitophel admodum [illegible] & [illegible], ut ejus conſilia in magno pretio, & [illegible], quiſque de [illegible] oracula [illegible], divinis oraculis æquiparata [illegible], tamen videre non potuit [illegible] in Abſolomo & ſibi fore exitiale. Nihilominus [illegible] ſibi [illegible] populo & Abſolomo ad ſtabiliendum regnum, vi & dolo occupatum [illegible], ſed etiam ulciſci privatam injuriam propoſitum. Nam, ut Hebræi interpretes [illegible] Betſabæ. Voluit igitur, ut uxores Davidis contaminarentur, ſicut ille [illegible] ſuam contaminaverat. Mirum itaq; [illegible] intentum, Abſolonem & Achitophelem voluiſſe, populum conſtantem eſſe in tuendo novo Rege, [illegible] nulli perfidi fuerint adverſus Deum, & legitimum Regem. Iſraelitæ autem ex [illegible] ab Abſalomo [illegible] hanc rem ex Deo [illegible], ut Abſolom regnaret, quamvis tam impiis modis regnum affectabat, ſicut Petrus Martyr in hoc caput ſuis commentariis pie obſervavit. Sed veniamus ad profanam. Simile ſcelus ut omnis reconciliatio tolleretur, & tutius fugere poſſet, Medea commiſit, dum occiſorum liberorum membra inſequentibus objecit: quod Ovidius late & eleganter deſcripſit: ad quem L[illegible] cupidum pluria de hac re cognoſcendi, remitto. Is profecto prudentiſſimus [illegible] atque diſcernet, quæ fabuloſa ſint, vel hiſtorica.

Huc [illegible] Polybius de bello [illegible] quod ipſe atrox & cruentum vocat & ob [illegible] mercenariis, ex errore Carthaginienſium, qui [illegible] conductorum militum multitudine in finito bello cum Romanis, [illegible] locum [illegible]. Ij, facta ſeditione ducibus Spendio & Mathone, Giſconem, qui [illegible] cum ſtipendio miſſus fuerat, direpta pecunia & cætero [illegible], poſt multas contumelias ducem vinculis [illegible], [illegible] bellum & omnis reconciliatio præ[illegible] immane aliquod patrare ſ[illegible]. Cum enim Afri [illegible] multis [illegible] & gravaminibus oppreſſi [illegible] libertati arma commoviſſent, & 70. millia armatorum ad eos ex Africa conveniſſent, ita ut Carthaginem ipſam obſidere [illegible]. Tandem victi ab Amilcare, quidem miſſi & liberaliter tractatis Lybios, cæteroſque conductos [illegible], [illegible] ſibi conciliare ſtudebat, veriti Matho ac Spendius, ne ipſorum exiſtimatio diminueretur, crudele aliquod facinus machinari conſtituunt, quo multitudinis animos a Carthaginienſibus omnino [illegible] facerent. Ex conſilio itaque Autariti, ducis Gallorum, inauditi & atrocis propoſiti [illegible] rationibus [illegible]. [illegible], inquit, ſaluti [illegible] rebus ſuis proſpicere, ſi omnis ſpes, quam in Carthaginienſibus haberent,

Mid. fol. 273

In Metamorph.

Hiſt. lib. 1

præcidatur: quamdiu quis ad illorum benignitatem reſpexerit, [illegible] bellum inchoatum eſſe non poſſe. Itaque illis maxime credere oportere, illos audire, illis mentem adhibere, qui acerbiſſima contra Carthaginienſes conſulerent, qui aliter ſuaderent, proditores atque hoſtes judicandos eſſe. Hæc cum dixiſſet, hortatur, ſuadetque, ut Geſtonem, ac cæteros, qui cum eo in vinculis erant, item Carthaginienſes omnes, qui poſtea capti forent, graviter excruciatos necent. Huic aſſenſa multitudo, Geſtonem & alios quos captivos, qui numero 700. extra vallum producunt. Ubi a Geſtone incipientes, quem paulo ante, ex omnibus Carthaginenſibus, [illegible] optime meritum, rerum ſuarum arbitrum elegerant, ſingulorum manus præcidunt, membra dilacerant. & ad extremum, fractis cruribus, adhuc vivos in ſcrobem quandam conjiciunt. Cum autem Carthaginienſes caduceatores, qui defunctorum corpora ad ſepulturam peterent, [illegible] hoſtes miſiſſent. Illi non ſolum cadavera eis negant, [illegible] eos admonent ne poſthac caduceatores ad ſe mittant, neque [illegible] legatos, ſi ſecus fecerint, idem de iis, quod nuper de Geſtone, ſupplicium [illegible]. Quod reliquum eſt, ſe unanimi conſenſu jam diu conſtituiſſe, [illegible] que animum tenere, ut quicunque è Carthaginenſibus in poteſtatem [illegible] venerint, diris affecti ſuppliciis necentur: qui vero ex ſociis eorum capiantur, eos præciſis duntaxat manibus, Carthaginem remittant, quam poſtea rem diligentiſſime obſervarunt. Hæc crudelitas & obſtinatio, antea inaudita, movit quoque Carthaginenſium Duces, ut quicunque vivi in eorum poteſtatem venere, ii feris laniandos objecti fuerint. Cum igitur alternante fortuna, tam atrox bellum diu geſtum eſſet, ad extremum ſeditioſi iſti, ab Amilcare, foſſa undique & vallo circumſepti, [illegible] ſunt, ſuis invicem corporibus veſci: Diis (inquit Polybius) eam inferentibus ultionem, dignam ſceleribus, quæ in proximos patrarant. Ipſi etenim neque ad manus cum hoſtibus veniebant, cum & victoria Carthaginienſibus, & genus ſupplicii in aperto forent: neque de fœdere mentionem faciebant, cum nullum miſericordiæ locum ſibi relictum ob ſua perpetrata ſcelera intelligerent. [illegible] duntaxat a Tunete ſingulis diebus expectantes, omnia tolerabant: poſtquam vero & captivorum & miniſtrorum corpora crudeliſſime abſumpta (hoc enim alimento diutius uſi fuere) [illegible] to [illegible] ſupplicii [illegible] demum [illegible] hoſtes [illegible] de fœdere alloqui decrevere. [illegible] igitur Legatis, Amilcari ſe dediderunt. trucidatis plus quadraginta millibus [illegible] in parte caſtrorum ſe tutabantur. Superatis deinceps [illegible] & Hipponenſibus [illegible] ſeditioſorum [illegible] continerent, finis Africo bello impoſitus eſt.

xa

ita proſpero Carthaginenſium eventu, ut non ſolum omnem Africam [illegible] recuperarint, verum univerſos rebellionis principes meritis [illegible] ſuppliciis affecerint. Siquidem Mathos [illegible] captivis [illegible] Carthaginenſi per [illegible], dignas tandem ſceleribus ſuis pœnas luit. Tandem conſcribit Polybius: Tribus fere annis & quatuor menſibus illud bellum duravit, omnium, quæ nos audivimus, crudelitate, & omni ſcelerum genere maximum. Recte itaque [illegible] ſequentem [illegible] ſimilitudinem annectit. Quo fit, ut ſi quis [illegible], non dubitem affirmare, non modo corpora hominum & quædam in illis ulcera ita interdum creſcere, ut ſanari nullo modo poſſint; ſed longe magis humanis [illegible] cidere. Ut enim in ulceribus evenit, ut ſi illis [illegible] curandi gratia adhibeas, ulcus [illegible] [illegible] augeſcat; ſi vero curam ejus negligas, longe magis ſua ipſius natura extenditur, nec [illegible] prius [illegible], quam omne ſubjectum corpus corruperit [illegible] que ſit. Ita animis quoque conſimiles [illegible] morbi ac tabes accidunt, ut nullum ex reliquis animalibus homine atrocius atque efferatius fiat, cui ſi interdum veniam aut impunitatem aliquam conceſſeris, aut aliter benignitate cum fueris proſecutus, id omne dolum fraudemque exiſtimans, [illegible], & erga beneficum longe magis infidus. Si vero te contra oppoſ[illegible], quod non facile agre[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tus [illegible] [illegible]. [illegible] tium, ac ſaltem majorem partem [illegible] efficiunt, [illegible] ta [illegible] anni [illegible]. Hæc [illegible] [illegible] vitam utilia & memorabilia [illegible].

Ex quibus conſtat, [illegible] [illegible] [illegible] ſicutque [illegible] [illegible] quod [illegible] hujus capitis adſcripſeram. [illegible] Calaba [illegible] multitudine hominum novæ religionis Mahumeticæ [illegible] [illegible] [illegible] Sophi [illegible], in Armeniam Aſiamq. minorem [illegible], Turcosque aliquot [illegible] ingenti clade, [illegible] & [illegible] [illegible] devicerat, inter quos fuit Bellerbechus Aſiæ, qui in urbe Cutheja, quæ ad [illegible] totius Aſiæ umbilicum tenet, Anatoliæque [illegible] equitum ſedes eſt, [illegible] Europa, quæ Romania [illegible] [illegible] Meſiæ urbem, alterum [illegible] urbe [illegible] [illegible]. Is Bellerbechus collecto exercitu ex [illegible] [illegible] a Bythinia, [illegible] Ponto, ex [illegible] dita multitudine peditum [illegible] ex parte inermi, virtus tamen [illegible] [illegible]anorum equitum ſummopere [illegible] a [illegible] [illegible], [illegible] colore rubri conſpicui [illegible]

ronibus & [illegible] midinem intenderat, [illegible] cæſus & [illegible] cum reliquis in urbem [illegible] contuliſſet, ea paulo poſt expugnata, cum ingenti cæde Turcarum [illegible] eſt B[illegible]hus cum uxoribus & ingenti præda captivus abductus. Verum eum juſſu B[illegible]zethis Haly [illegible] cum inſtructiſſimo exercitu in Galatiam [illegible], & T[illegible] hellem ſe excipientem, hoſtiliter perſequeretur, ut hoſtes atroci ſpectaculo edito aut demoraretur, aut a perſequendo [illegible] B[illegible]ellerbechum, quem vinctum trahebat, [illegible] ſpectandum palo affixit. Nec H[illegible] horrendo [illegible]

Hiſt. lib. 3. motus, quicquam de crudelitate [illegible] exiſtimavit. [illegible] ſequuntur, a Paulo Iovio [illegible] deſcripta.

CAPUT LXXXIX

De miranda [illegible] crudeli ex [illegible] cæde.

Epiſcopicarum [illegible]. DIXI [illegible] & [illegible] non [illegible] vel [illegible] & cædibus innocentium hominum. [illegible] vero [illegible] nonnulla alia mentio [illegible] inciderint: ea [illegible] dixi. Q[illegible] omnia [illegible] vel vindictæ [illegible] vel ſuperbiæ [illegible] ſuperius, [illegible] ſeruit, peregrinando ad Pontificem [illegible] & Imperatorem [illegible] legum eorumque [illegible] procul [illegible] in [illegible] capite reperi [illegible] ad Martinum [illegible] Papam [illegible] Regum [illegible] tamen [illegible] Galvanum [illegible] ſe, ut Si [illegible] [illegible]

[illegible]

liſſimum, cujus auctor ille Prochyta fuit [illegible] extenuare & frigide excuſare, atque in vitia Gallorum [illegible] voluerit. Sperlinga autem arx, quæ ſola contra omnes Siculos [illegible] Gallorum aſſentire noluit, ſita eſt non procul à Nicoxia, quam Hanbiram antiquitus appellarunt, ſicut Cl. Marius Aretius ſcribit, in rupe ex una parte in excelſa altitudine exciſa, oppidumque ibi antiquitus fuiſſe, ruinas ac antiquitatis veſtigia oſtendere ait, ejuſque incolas Siculis tum Gallos, qui Siciliam opprimebant, trucidantibus tantum aſſentire negaſſe. Verum, eſto ſane, ut hæc lanienа Gallorum, & veſper Siculus dici poſſit ob inſolentiam, crudelitatem & libidinem Gallis accidiſſe. Sed qualis, obſecro, [illegible] crudelitas, quam Tiberius olim Romæ exercuit, in qua ob crudelitatem [illegible] genere eodem licuit: jacuit, inquit Cornelius Tacitus, immenſa ſtrages, [illegible] ſexus, [illegible] illuſtres, ignobiles, diſperſi aut aggregati, neque propinquis aut amicis adſiſtere, inlacrimare, vel inviſere quidem [illegible]. Sed circumdati cuſtodes, & in mœrorem cujuſque intenti, corpora putrefacta [illegible] tabantur, dum in Tiberim traherentur. Ubi fluitantia aut ripis appulſa non cremare quiſquam, non contingere, interciderat [illegible] commercium, vi metus, quantumque ſævitia [illegible] miſeratio arcebatur.

in Sicilia chorographia.

Lib. 6. annal.

[illegible] conſtat fuiſſe Lutetiæ ſuperioribus annis [illegible] ſub prætextu [illegible] torum. [illegible] quæ ab ejus partibus ſteterunt, [illegible] ex Catholicis, [illegible] creatas [illegible] que [illegible] ſtus extinctas [illegible] tur, &c. Hanc tandem lanienam [illegible] prolixe [illegible] verſibus heroicis, [illegible] Chytræus [illegible] Herodis & Herodiadis in ſuis [illegible]. Nihil autem novi eſt, quod ſub blandis [illegible] & blanditiis nuptiarum, prudentiores & calidiores, ſi via [illegible] fieri non poteſt, [illegible] & tetia [illegible] antur. Exemplum [illegible] habemus In Africa, inquit princeps [illegible] Hanno, opes ſuas, quibus Reipublicæ ſuperabat viribus, ad occupandam dominationem intendit, regnumque invadere, interfecto ſenatu, conatus eſt. Cui ſolemnem nuptiarum diem filiæ legit, ut religione votorum nefanda commiſſa, & nefanda commiſſa tacitius tegerentur. Itaque plebi epulas [illegible] porticibus, ſenatui in domo ſua parat, ut poculis veneno infectis ſecretius ſenatum, & ſine arbitris interficeret, orbamque rempublicam facilius invaderet.

Ex Varancio mihi [illegible].

Merc. Ang. in Fr.

Lib. 11. in hiſt. fol. 217.

deret. Qua re magiſtratibus per miniſtros prodita, [illegible] non vindicatum eſt, ne in viro tam potente plus negotii [illegible] res cognita, quam cogitata. Contenti itaque cohibuiſſe decreto m[illegible] nu-

Annal. lib. 6 ptiarum ſumptibus ſtatuunt, idque obſervari non ab uno, ſed ab [illegible] ſis jubent, ne perſona deſignata, ſed vitia correpta eſſe viderentur. Hæc obſervavit Annibal Scotus, in commentar. ad Corn. Tacitum, ubi Pompejum, imagine pacis, ſed Lepidum, ſpecie amicitiæ, ab Auguſto dec[illegible], ſcribit. Sæpe tyranni, inquit, quos hoſtes alia ratione [illegible] non poſſunt, eos nuptiis propinquarum alliciunt, & ſic ſubdola affinitate pervertunt. Id malum & ſceleſtum admodum judicari debet. Quod conſiderans Federicus Aragonius, Neapolitanorum Rex, noluit filiam in matrimonium dare Cæſari Borgiæ, quem ſciebat nulla alia de cauſa illam ducere velle, quam ut regnum commodius illi eriperet, & ſic maluit hoſtiliter regno ab inimicis ſpoliari, quam ſubdolæ affinitatis [illegible]

Guicciard. Franc. lib. hiſt. Ital. 4 De reb. geſt. Ximen lib. 8 Vnde etiam proverbium Hiſpanicum ortum eſt: *Nullibi magis* [illegible] *requiri, quam in nuptiis & publicis ludis*, ſicut Gomezius teſtatur. Eodem modo fama fuit Ladiſlai, potentiſſimi Vngariæ & Bohemiæ Regis, cum Caroli Galliarum Regis filia Magdalena, apparatum nuptiarum & [illegible] rationem Pragæ ideo inſtitutum fuiſſe, ut co[illegible] Catholicis Principibus, potenti manu hæreticos comprehenderet, [illegible] tandem Huſſitarum inſaniæ daret: Idque præ[illegible] Roch[illegible] & Po-

In hiſt. Bohem. c. 71 giebracium, nec enim que Regi pro ſua [illegible] machinatos [illegible] Sylvius refert, quamvis de veritate hujus machinationis dubitet, [illegible] certa pro certis affirmare velit.

Recitavimus quoque antea ex Agathia, de [illegible] Ducis [illegible] cruenta clade, quomodo cum pene tot[illegible] Itali[illegible] & in Campania manere diſpoſuiſſet, tandem in loco, [illegible] eſt, gravi bello a Narſete ſuperatum, extinctus ſit. [illegible] Lazius notat, ubi videlicet pro Bucelino Bu[illegible] [illegible] cile fieri potuit, a Græco [illegible] in illis nominibus, quæ erant [illegible] ca vitioſe prolata [illegible] deſcripta. Ceterum Mithridatis Regis (qui teſte Appiano Alex[illegible], Eupator Dionyſius [illegible] cujus antea quoque [illegible] ædes & laniena Roman[illegible] tota Aſia fuit [illegible] improviſa. Edictum [illegible] hujuſmodi fuiſſe [illegible] TRICESIMAM DIEM [illegible] nis, omnes [illegible] quotquot eſſent, & [illegible]

[illegible] lib. 9. c. 2 mulieres, [illegible] & liberos, qui [illegible] ſanguinis eſſe [illegible], interficerent [illegible] Plutarchus & Valerius Maximus [illegible] Et traduntur [illegible] auctores, hoc edicto, centum [illegible]

[illegible]

manorum, uno die trucidata fuiſſe; ſed Valerius Maximus octoginta mancipia parat, inter quos Q. Oppium Proconſulem, & M. Aquillium, Legatos captos, & fœde cruciatos, cruciato quoque illo; eo tempore, cum Sylla bello civili Mariano Romæ occupatus fuit: ita ut Mithridates non pro regno & gloria, ſed odio etiam cum Romanis certarit. Fuit autem is poſt Alexandrum Magnum, Regum Orientis maximus, & bello Ariſtonico auxilia Craſſo conſuli, ut populi Romani ſocius, ſubmiſit. Verum ambitio & regnandi libido in diverſa conſilia cum diſtraxit: dum n. bello Cymbrico, ſervili, ſociali, civilibus denique armis, ſeditionibuſq; Romanos veluti oppreſſos laborare vidit, utendum ſibi ea occaſione, ad regna Aſiæ Europæq; invadenda, occupandaque, veluti injuriis obnoxia, ratus, pulſo Ariobarzane, Cappadocum Rege, Populi Romani ſocio, primas belli cauſas movit: quem Sulla prætor ex Senatuſconſulto, profligato armis Gordio, Mithridatis duce, in regnum reſtituit. Eſtq; hoc bellum à Cneo Pompejo terminatum, anno V.C. DCXC. hoc eſt, anno, quam cœperat XXXII.

De hac laniena cum encomio Mithridatis, ita ſcribit C. Vell. Paterculus: Per ea tempora Mithridates Ponticus Rex, vir neque ſilendus, neque dicendus ſine cura, bello acerrimus, virtute eximius, aliquando fortuna, ſemper animo maximus, conſiliis dux, miles manu, odio in Romanos Hannibal, occupata Aſia, necatiſque in ea omnibus civibus Romanis, quos quidem eadem die atque hora, redditis civitatibus literis, ingenti cum pollicitatione præmiorum, interimi juſſerat. Quo tempore neq; fortitudine adverſus Mithridatem, neque fide in Romanos quiſquam Rhodiis par fuit &c. Atque hæc impræſentiarum ſufficiant impiorum iſtorum & crudelium ex inſidiis vel etiam nonnunquam ſub ſpecie amicitiæ ac neceſſitudinis arctiſſimæ perpetratarum lanienarum ex antiquis pariter ac recentibus hiſtoricis collecta exempla. *Hiſt. lib. 2.*

Caput XC.

De Templariis, & hujus Ordinis excidio.

De interitu hujus Ordinis, & quo pacto radicitus, uno eodemque tempore exciſus & deletus ſit, antea quoque, quod diverſi auctores diverſa, de cruenta hac & atroci laniena, memoriæ tradiderunt, prolixe indicavimus. Quemadmodum autem, quod illa eradicatio vel exterminatio improviſa quidem certo evenerit, non amplius ambigitur: ita, utrum ſontes vel inſontes perierint, & quæ maleficia & atrocia delicta, quæ illis imputata cognovimus, vera necne fuerint, in tanta varietate opinionum,

num dubitatur. Quæ diverſitas mihi occaſionem & materiam [illegible] ulterius inſiſtendi, & quid hiſtorici defendendo & accuſando [illegible] pſerint, congerendi, non quod meum judicium, utrum [illegible] ctum ſit, interponendum duxi. Id enim lectori cuique [illegible]

Syntagm. Iuris univ. lib. 15. c. 3. Cæterum, poſtquam Petrus Gregorius Tholoſanus multa atrocia ſcelera ex hiſtoriis Templariorum refert: tandem tamen ita concludit: Quidam erga Gallos male affecti comminiſcuntur per calumniam, & ex [illegible] tu Regis Gallorum, ſublatos milites Templarios. Narrat Albericus de Roſate, ſe audiviſſe à quodam [illegible] & teſtium in eos [illegible] contra juſtitiam illos punitos, hacque de re monitum Clementem V. reſpondiſſe: ETSI VIA IUSTITIÆ ordo ille deſtrui non poſſit, [illegible] expedientiæ, ne ſcandalizetur carus filius noſter Rex [illegible] In Chronico Hermanni legitur, a Papa Clemente V. [illegible] Galliæ, crimine hæreſeos [illegible] inſimulatos, &c. Iacobus Meierus quoque notat, quo tempore iſte ordo abolitus ſit, qui per omnem [illegible] comprehenſi, horrendis ſuppliciis necabantur, [illegible] a Pulchro Rege ac Galliæ nobilitate, quæ pretibus Pontificem [illegible] mum ad hoc adegerunt, ſpe ducti, ut Itali tradunt [illegible] eorumque poſſeſſionem (quas per omnem Galliam [illegible] bant) conſecuturum. Multa, (inquit Antonius) etiam [illegible] cebantur, ſed utrum vere, non ſatis conſtat. De hac re A[illegible] zerus, quæ obſervavit, ita ſcribit: Clemens 22. Martii [illegible] vato conſiſtorio annihilavit ordinem Templariorum, quorum bona & reditus Hoſpitalariis D. Ioannis ([illegible]) eamque inſulam paulo ante occupaverant) [illegible] univerſum orbem hic ordo deletus & extirpatus eſt. [illegible] Templarios, petitur Philippi Regis [illegible] valde divites, quorum poſſeſſiones ut [illegible] men hæreſeos ipſis impoſuiſſe. Huc reſpexit Claudius [illegible]

Lib. 4 epiſtolis [illegible] quæ ab [illegible] gratia [illegible] pendandus. [illegible]

[illegible]

[illegible]ducitur, quam zelo justitiæ. Quemadmodum creditum & ſcriptum [illegible] de Rege Philippo [illegible], dum deſtrueret ordinem Templariorum. Fama enim fuit, cum [illegible] cupiditate, ut eorum opibus potiri poſſet, id feciſſe, & miſello [illegible] inſontes, neque commiſiſſe aliquid dignum pœna. In contraria opinione fuit Nauclerus, dum ſcribit: Anno 1310. Hoſpitalarij S. Joannis Inſulam Rhodi capiunt; Sequẽti anno caſſatus fuit ordo Templariorum, qui in ſua prophana profeſſione abnegabant Chriſtum, exſpuebant ſuper crucem, & adorabant Diabolum ſub ſpecie Catti, ſicut plures eorum confeſſi fuerant. Gulielmus Paradinus autem, licet multo ſit prolixior in cumulandis criminibus, eiſque enormiſſimis, quæ huic ordini imputata fuere, multa atrociora, quam olim Romæ in Bacchanalibus, tamen ſub finem ipſemet ea in dubium vocare & excuſare videtur. *Volum. 2.* *In Chron. Sabaudiæ lib. 2. c. 16.*

Poſtremo adſcribenda duxi ea, quæ Nicolaus Serrarius in vita Petri Archiepiſcopi Moguntini, de Templariis inſeruit. Idem D. Petrus, inquit, provinciale habuit concilium, in quo ſtatutorum provincialium ex antiquioribus ſynodis compendium collegit, cujus vix paucula ſuperſunt, & Romani Pontificis juſſu tractata eſt Templariorum cauſſa. Comparuit autem in Synodo (quemadmodum refert * [illegible]) Hugo comes Sylveſtris & Rheni, qui morabatur in Grumbach, prope Manderſheim, cum XX. fratribus, ſub habitu Ordinis [illegible] [illegible] vocati, ſed ultro & ſubito [illegible] omnibus attonitis. Archiepiſcopus viros [illegible] ac violentiam timens, placide [illegible]. Commendator [illegible], & ſi quid [illegible] in medium afferendum, [illegible] Qui [illegible] & libera voce exorſus, ſe ſuoſque confratres intellexiſſe, hanc Synodum [illegible] Ordinis delendi gratia [illegible] congregatam, ex commiſſione Romani Pontificis [illegible] & plus quam Ethnica [illegible] [illegible], quæ in privato deſignarent, quod ipſis [illegible] graviſſimum & intolerabile maxime quod non ordinariis [illegible], nec convicti eodem [illegible] entur. Quare coram iſta Patrum congregatione ſe appellare & provocare ad futurum Pontificem, ejuſque univerſum Clerum: publice quoque proteſtari, eos qui propter talia flagitia alibi igni traditi eſſent & combuſti, conſtanter pernegaſſe, ſe quicquam eorum deſignaſſe, atque in ea confeſſione tormenta & mortem perpeſſos imo Dei Opt. Max. ſingulari judicio & miraculo eorum innocentiam comprobatam; quod albæ chlamydes ac rubricatæ cruces igni nõ potuerint aboleri. Archiepiſcop⁹ his auditis, ne tumultus ſuboriretur proteſtationem eorum admiſit, ſeque cum Romano Pontifice acturum reſpondit, ut quieti eſſe poſſint, atque ita ad propria [illegible]. Poſtea vero Petrus aliam commiſſionem obtinuit, juxta quam procedens, *Mogun. rerum l. 5* **id est, Mannheim [illegible] Latine*

In Catalogo gloriæ mundi part. 9. obſerv. 5 prædictos cenſuit abſolvendos. Actum anno 1311. Calendis Julij, ut Nauclerus ex quodam Jacobo Moguntino tradit. Hæc Serrarius. De militibus templariis Chaſſanæi eſt hæc ſententia. Hi circa annum Domini MCXVII. ſub Pontifice Gelaſio II. Hieroſolymis initium ſumpſerant, *ut refert Polydorus & Philip. Bergomenſis in ſupplem Chron. li. 12.* Hi quia in parte ædium templi habitabant, Templariorum nomen inde habuerunt. Hi primum devotionis gratia non longe à ſepulchro Domini habitantes, Chriſtianos peregrinos hoſpitiorum charitate ſuſcipiebant, atque eos per ſacra loca & templa armati ducebant & comitabantur, ut omnem terram ſanctam tuto viſerent, & inde ſine adverſariorum moleſtia reducebant. Fuerunt hujus charitatis officii auctores viri pietate inſignes novem numero, quorum principes Hugonem, Paganum & Gautredum de S. Aldemaro extitiſſe ferunt. Vtebantur atque incedebant mantellis albis cum cruce rubea, duravitque hæc religio ferme 200 annos, & maximas [illegible] & oppida quam plurima ubique gentium ſuo tempore poſſedit. Verum tamen convicti demum impietatis, quod qui Hieroſolymis agebant, [illegible] racenos defeciſſent, eſſentque in fœda vita propter rerum abundantiam, a Chriſtianis comprehenſi tanquam infideles & hæretici Pontificatu Clementis V. exterminati ſunt. Et etiam quia apud Gallos ſtabant, cum ubique ignominioſe nimium vitam ducerent è Philippo Francorum Rege Pont Rom. concedente. Quibus omnibus deletis eorum bona opulentiſſima partim militibus Rhodianis, imo major pars, partim novis religionibus attributa & conſignata ſunt. Et iſtis Templariis privilegium conceſſum erat, ut excommunicati per ſuum Priorem, qui ſacerdos erat, abſolverentur, ut in cap. canonica de ſentent. excom. extra. Hactenus Chaſſanæus. Ex his diverſis iudiciis auctorum ſumat quiſque ſibi, quod veritati hiſtoriæ conſonum ſit, & æſtimet utrum univerſus ordo Templariorum non ſolum tam atrocem mortem & ſupplicium, ſed etiam confiſcationem & ablationem omnium bonorum, commeritus, ſed potius venia & commiſeratione dignus fuerit.

Caput XCI

Commendatio privatæ vitæ.

[illegible] DVlcedo [illegible] ſuavitas, & ſecuritas privatæ vitæ mihi veluti [illegible] præbuit [illegible] bus meis cogitationibus & [illegible] culiare [illegible] que velut ſolatium & voluptatem [illegible] tus [illegible] gratius [illegible] ſidum [illegible] ætatis meæ ingraveſcentis illa [illegible]. Quare vim Cu-

ræ.

nec (ut ait Buchananus) ſanæ mentis, non in mediocri fortuna ſubſiſtere nolle, privatum quam in perpetuis moleſtiis, aliorum intentum regimini, ſuæ rei negligentem, totum vitæ curſum ad alienas rationes componere. Hæc reſpexit Seneca in hiſce elegantiſſimis verſiculis: *De jure Regni apud Scotos.*

Non alia magis eſt libera, & vitio carens,
Ritusque melior vita quæ priſcos colat,
Quam quæ, relictis mœnibus, ſilvas amat,
Non illum avaræ mentis inflammat furor,
Qui ſe dicavit montium inſontem jugis,
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non peſtilens invidia, non fragilis favor
Non ille regno ſervit, ac regno invidet
Vanos honores ſequitur aut fluxas opes,
Spei metusque liber, haud illum niger
Edaxque livor dente degeneri petit
Nec ſcelera, populos inter atque urbes ſita
Novit, nec omnes conſcius ſtrepitus pavet

Teſtis hic nobis Seneca: Sed rhythmi Italici ſequentes non minorem elegantiam habent:

Beato [illegible] quel cittadin felice,
Che la [illegible] della città, i travagli,
Splendori [illegible] caccie liete,
In villa [illegible] antichi,
Fra boſchi, ſelve, campi, laghi, & fonti
Procura il vitto, in terra, & vita in cielo.

Idipſum obſervavit nobilis ille Poeta Anglus Chalonerus, ubi auli- *In miſcel-* cam vitam ad privatam, eamque ruſticam, collatam vituperat, ex quo *lare-* hoſce verſus ob elegantiam hic inſerere volui:

Scilicet alma fides, probitas, candorque perennis,
Et pudor, & puræ religionis amor,
Rura colunt parvoſque lares, & otioſa receſſus
Silvarum, & fontes lene fluentis aquæ.
At bifores vitant regalia limina valvas,
Illaque Penelopes atria plena proci.
Fraus ubi & [illegible] ridentis atque ore profundum
Livor, & indignis artibus ambitio
Omnia purpureæ penetralia prætium aulæ
Prævenere, bonis [illegible] locus eſſe queat.

Ergo nec aſpectu tutum eſt divertere, porta
Egrediens plenus qua planus egreditur.

Non omittenda quoque eſt laus & votum vitæ beatæ Juſti Lipſii, qui, ſi in illo ſuo propoſito perſeveraſſet non in multorum reprehenſionem, ſicut plures hac de re libri exſtant, incidiſſet. Verſiculi ejus ſunt tales, quos primæ Centuriæ Epiſtolarum ſuarum inſeruit:

Ille eſt par ſuperis Deus
Et mortalibus altior,
Qui fati ambiguum diem
Non optat levis, aut timet
Quem non ambitio impotens,
Non ſpes ſollicitat lucri:
Quem non concutiunt metu
Regum præcipites minæ,
Non telum implacidi Jovis,
Vero ſed ſtabilis loco
Vulgi ridet inania.
Securoq́ oritur dies.
Securo cadit & dies,
Vitam ſi liceat mihi
Formare arbitriis meis,
Non faſces cupiam aut opes:
Non claris niveis equis
Captiva agmina traxerim
In ſolis habitem locis,
Hortos poſſideam, atq; agros,
Illic ad ſtrepitus aquæ
Muſarum ſtudiis fruar.
Sic cum fata mihi ultima
Pernerit Lacheſis mea,
N[illegible],
Q[illegible] La[illegible],
T[illegible]

Nec diſſimilia [illegible] philoſ[illegible] poſſem, [illegible] Hic re[illegible] [illegible] Galliæ C[illegible] Turnon[illegible] C[illegible] propter [illegible], unum [illegible] vivere [illegible] Str[illegible] monume[illegible] Centuriæ noſtr[illegible]

O[illegible]

O noſtri melior pars temporis, ô duo ſumma
Latinia menſis ex [illegible] ſcilicet ex quo
Publica jampridem tractare negotia cœpi.
His mihi ſum viſus [illegible] vivere diebus.

Idipſum ſenſit & optavit præſtantiſſimus ille Legatus Cæſareus, Augerius Busbeckius, ex Conſtantinopolitana aula Turcica reverſus, & otium honeſtum atque quietem in vita privata exoptans. Evolare, inquit, me ex aula, & domum redire geſtientem, retinent etiam privata negotia. Nam mihi quidem vita aulica uſquequaque cordi non eſt. Notæ mihi ejus ærumnæ. Falſo ſplendore multæ ejus miſeriæ obtenduntur. Fuci in ea multum, candoris parum eſt. Nulla eſt aula, quæ vacet invidia, in qua non deſideretur amicitiæ fides, ubi voluntatum mutatio & ſubita ruina metuenda non ſit. Nam Principes & ipſi homines ſunt. Vidi, qui centum amicis ſtipatus regiam adierat, irato Rege, vix cum uno comite domum redire. Aula vero bona non novit, niſi fuco: Vmbris, fama, ſpecie, fallaciis, errore populari dicitur: Vt eos fortunatos ducere non dubitem, quibus illa cito, & cum parvo incommodo defungi datum ſit. Optabile eſt, ſibi poſſe vivere & Muſis, & cum paucis, & non fallacibus amicis, in agelli angulo conſeneſcere. Aut nullo eſt in hac terreſtri caligine, ut ea demum vera vita, eſt N[illegible] ſola nobili [illegible], quam vir bonus, ut non abſurde boni viri inter aulicos [illegible] videantur, qui aſinum pinxerunt inter [illegible] loquor. Nam me non fugit, multas atque illas [illegible], viris [illegible] generis præſtantiſſimis, tanquam [illegible] illuſtrari. Vtilis [illegible] ſolitudo, & ſtudiorũ nutrix quies, turba & ſtrepitu aulico potior, &c. Hæc cum ſint memorabilia, & ad [illegible] in vita [illegible], & [illegible] gerenda, utilia, ex ſummi illius viri monitione huc inſerere volui. Sunt enim ejus epiſtolæ quatuor; plenæ rerum magnarum, & ad publica & privata negotia recte adminiſtranda admodum utiles. Neque Lector cupidus diſcendi ab iis legendis ſatur abire poteſt: quod ſane mihi accidit. Nam licet ter quaterve eas perlegerim, ſemper tamen me cupiditas plura cognoſcendi, ad eas retraxit. Dolendum autem eſt, non abſque jactura Reipublicæ inſigni hunc tam excellentem virum & bis Legatum Cæſareum, ad Turcicum Imperatorem, cumque, re bene geſta, incolumem, ſuperatis multis periculis, & quidem feliciter, tandem proficiſcentem Dieppam ad Regem Galliarum nunc regnantem in ſylva quadam à latronum manipulo ſpoliatum, & crudeliter occiſum eſſe, qui digniſſimus certe fuerat, & longiori vita, & feliciori exitu. *Epiſt. 4.*

Poſtremo, ut ne hoc omittam, Liviana ſimilitudo eſt perelegans, ubi *Lib. 34*

dicit; *Scitote, teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, tutam* [illegible] *eſſe, ubi exſerit partes aliquas, quodcunq; nudavit,* [illegible]

Quoniam autem præſtantiſſimus ille Busbequius in ſuperiore loco vitæ aulicæ conditionem breviter attingit: placet ea occaſione ad [illegible] hujus finem quaſi appendere tabellam vitæ aulicæ, ingenioſe depictam a Luciano in libro de mercede conductis. Græcam ἔκφρασιν ejus [illegible], qui volet, ex fonte ipſo petat. Nobis hic Latina interpretatio [illegible] erit, quæ talis eſt:

Libet mihi (*inquit Lucianus*) CEBETIS illius exemplo imaginem quandam hujus vitæ (aulicæ) tibi depingere, ut eam contemplatus, ſcire queas, num ex uſu tuo ſit eam adire. Equidem magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrhaſium, vel Aëtionem, vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verum quoniam fieri [illegible] poteſt, ut aliquem artificem tam egregium atque abſolutum nanciſcamur, [illegible] tenuem quandam pro meo virili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur veſtibulum ſublime atque inauratum, neque id humi ſitum in ſolo, verum procul a terra in edito collis faſtigio: præterea inacceſſum ferme & abruptum, lubricoque aditu, ita ut plerunque, qui ſe jam ad ſummum [illegible] verticem penetraſſe ſperant, lapſo pede præcipitati cervicem confringant. Intus autem Plutus ſedeat, totus (ſicuti videtur) aureus, magnopere [illegible] formoſus, atque amabilis. Porro amator ubi vix tandem [illegible] ad fores acceſſit, obſtupeſcat, oculis in aurum defixis: deinde Spes, quæ & ipſa ſpecioſo vultu eſt, ac verſicoloribus amicta, manu prehenſum intro ducat, mire jam ipſo ingreſſu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore Spes uſque illum antecedat, [illegible] atque: tum aliæ mulieres illum excipientes, [illegible] Fallacia Servituſque tradant labori. At is [illegible] tandem Senectæ tradat jam morbi [illegible] commutato, [illegible] Contumelia arreptum illum ad Deſperationem pertrahat. & hic quidem tempore Spes avolans evaneſcat. Tum ille non per aureum illud [illegible], per quod ingreſſus fuerat, ſed per poſticum quoddam, & occultum exitum extrudatur, nudus, ventricoſus, pallidus, [illegible] læva quidem pudenda occultans: dextra [illegible] ſeipſum ſtrangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo fruſtra lachrymans, & miſerum [illegible] etiam conficiens. Atque hic quidem eſto picturæ finis. [illegible] opus, ipſe diligenter conſideratis ſingulis [illegible], num [illegible] ſit, ut in hanc imaginem per aureas [illegible] fores ingreſſus, per [illegible] ſimiles [illegible] turpiter [illegible]. Quicquid [illegible] ſapientis illius, qui dixit: [illegible] *culpa non eſſe* [illegible]

Hactenus Lucianus [illegible] a tabula vitæ aulicæ, depicta ad imitationem Cebetis.

CAPUT

CAPUT XCII.

Reges, Principes, & alios heroes, nonnunquam privatam vitam & quietam potius, quam ſplendidam, expetiiſſe.

QUomodo privati otium honeſtum & quietem plus quàm aulicos honores, & vitam ſplendidam expetiverint, illamque præ hac commodiorem & ſecuriorem exiſtimarint, aliàs à me prolixè judicatum, & pluribus exemplis illuſtratum eſt. Hæc autem cupiditas privatæ & mediocris vitæ non ſolum ad inferiores, ſed etiam ad magnates & ſupremos Principes ſe extendere, eosque felices exiſtimaſſe, ſi illa ipſis, cum ob moleſtiam gubernandi, tum ob pericula à militibus propriis & externis imminentia, contigerit, ad priora ſequentia, auctarij loco, adjungenda duxi. Igitur P. Cornelius Tacitus [illegible] paucis verbis multa monet, dicens: Fluxam per diſcordias militum fidem & periculum ex ſingulis, &c. Quod obſervans Hannibal Scotus, ubi in ſuis commentariis interpretando addit: Eſt enim per diſcordias militum fides, periculum ex ſingulis. Aurangius Princeps [illegible] temporibus, à ſuis hoſtibus incolumis, deinde ſingularis militis [illegible] peremptus: & hic caſus evitari poteſt. Dummodo enim quis in [illegible] non vivere poteſt quemvis magnum Monarcham [illegible], ſed rariſſima ſunt exempla. Tale Pauſaniæ erga Philippum, C[illegible] erga Solimannum, Timariotti erga Mahumetem, primum Vitelrem, & nonnulla alia, quæ in multis ſeculis evenerunt, &c. Huc pertinet inſolitum & audax facinus Monachi Dominicani, qui non ita pridem Henricum III. Galliæ Regem, alioquin fautorem magnum monaſtici ordinis, in cubiculo ſuo, ſimulato zelo, perfricta fronte, & inſigni audacia & exemplo Regibus & Principibus admodum periculoſo, cultello, ut dicitur, veneno infecto, quem in manica abſconderat, lethali vulnere, ex inſidiis, occidit. Rectè itaque Seneca: Quod regnum eſt, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? Nec magnis iſta intervallis diviſa: ſed horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua. Hoc movit Henricum Stephanum, ut peculiarem librum evulgarit, cujus titulus eſt: CAVETE VOBIS PRINCIPES. Non ſ[illegible]ſtra itaque Quintus Curtius monet: Regum exitum ſi reputaverimus, plures à ſuis, quam ab hoſtibus interemptos reperiemus. Cæterum cupiditas privatæ, & fuga regiæ vitæ commovit et R[illegible] Regem Arragoniæ, teſte Baptiſta Fulgoſio. Nam cum in monaſtica ſua vita, mortuo ejus fratre,

In li. 2. hiſt.

Lib. 9.

In Collect. de relig. & cult., l. 1.

Arrago-

Aragonum regnum vocaret, petentibus Arragoniis, Pontifex monacho conceſſit, ut regnum religione ſolutus acciperet: Ducta igitur uxore, et qua filiam Viracam ſuſcepit, neq; conjugalis caritas, neque regni cupido, validiſſima duo in rebus humanis vincula eum retinuere, quo minus ad Eccleſiaſticam humilitatem, quam in monaſterio expertus erat, reverteretur. Quæ res cauſa fuit, ut à populis Raimundo, Parcinonis Comiti, nupta puella, duo regna, Arragonicum, Cathalonicumque ſimul jungerentur, &c. Induxit forte Raimirus ille præceptum Hermæ (qui dicitur fuiſſe diſcipulus Pauli Apoſtoli) in mentem, quod eſt tale: ABSTINE te à multis negotiis, & nihil delinques. Quicunque enim multa negotia agunt, multa delinquunt: quia conſtricti ſunt circa negotia ſua, & non ſerviunt Deo. Nam quomodo poteſt homo, qui non ſervit Deo, aliquid petere & accipere à Deo? Qui enim ſerviunt Deo, petunt & accipiunt ſua deſideria. Quod ſi unum negotium tractat aliquis, poterit ſervire Deo: Quoniam non alienatur animus ejus à Domino, ſed pura mente ſerviet Deo, &c

In Libello paſtoris nuncii pœnitentiæ, ſimil. 4.

Has cogitationes, de quieta vita, etiam habuit Ptolomæus Philadelphus, teſte Athenæo, qui cum podagra infeſtaretur, atque aliis etiam fere regni nomine occupatus eſſet, conſpiciens in prato otioſos & ludentes, ſine ulla cura, Ægyptios, & in arena projectos, in hunc modum exclamavit. ὦ τάλας ἐγώ τι μηδὲ τέτων ἕνα γενέσθαι, O miſerum me, qui non unus de horum numero factus ſum. Quo dicto innuere voluit, privatorum hominum vitam eſſe multo optimam ac quietiſſimam. Huc referri non incommode, tanquam exemplum recentius, poſſunt ea, quæ de Friderico Imperatore III. vel rectius, ut puto, IV hujus nominis, in hiſtoriis Auſtriacis Conradi Decij opera non ita pridem editis, leguntur. Cum enim gravi morbo Linzii laborare cœpiſſet, quem nimio melonum eſu accerſitum eſſe, nonnulli prodidere, alterum illi crus ſphacelo affectum, per eoſdem dies ex Medicorum conſilio reſectum erat. Id quum inſpexiſſet, quæſiviſſe fuerunt, quid inter Cæſarem & quemvis ruſticum intereſſet? Mox vero ſubjeciſſe ruſticum ſanum ægroto Cæſare longe eſſe feliciorem. Non multo poſt rebus ex ultima voluntate conſtitutis, obiit 14 Cal. Septemb. anno ætatis octavo & ſeptuageſimo, poſt ſuſceptam Imperij curam, tertio & quinquageſimo, quo Cæſarum nemo poſt Auguſtum diutius imperavit. Fridericum hunc rectius IV. hujus nominis appellari conſentientia Cuſpiniani, Lazij, Gerardi de Roo (cujus Annales rerum Auſtriacarum nuper opera Conradi Decij, ut dixi etiam, editi ſunt) & aliorum probatorum hiſtoricorum, paulo ante innuebam. Nam Fridericus Pulcher Auſtriacus III. & in Cæſarem electus, & poſtquam in prælio captus à Lu-

Lib. 12.

Lib. 10.

dovico Bavaro, certis conditionibus dimiſſus eſſet, hoc nomen ex tranſa-ctione inter illos facta, uſque ad mortem retinuit, ita ut in literis alter alterum Cæſarem appellaret, & nomen ſuum ſcribens, præponeret. Animadverterunt ſane optimi Imperatores, quam grave periculum & onus ſit, recte imperare & gubernare: ideoq; vitam privatorum & ruſticorum felicem duxerunt, ſicut ex Vopiſco quoq; patet, ubi ſcribit: Diocletianum, *In Aureliani vita.* reſignato Imperio, ſæpenumero dicere ſolitum: *Nihil difficilius eſſe, quam bene imperare.* Nam quatuor vel quinque viri ſe colligunt, atq; unum conſilium capiunt, ad Imperatorem decipiendum, dicunt, quid probandum ſit: Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit, cogiturque hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur, facit judices, quos fieri non oportebat: amovet à Repub. quos retinere debeat. Quid multa? Bonus, cautus, & optimus venditur Imperator. Eandem difficultatem recte imperandi obiicit Benevenutus de Rambaldis in ſuo Auguſtali (quem librum non recte *In fine.* Franciſ. Petrarchæ adſcripſit Albertus de Eyb Eques Francus & utriusque *In Margarita Poetic. par. 2. l. 12.* Iuris Doctor ſuo tempore diſertiſſimus (Wenceslao, Caroli IV. filio, his ſce verbis: Wenceslaus, vivente patre electus eſt Imperator, & adhuc regnat: Hic juvenis robuſtus venator, quid acturus ſit, ignoro, tamen minatur, ſe venturum in Italiam. Sed ne venias, precamur te, ſi non vincis laude parentem tuum, quanquam aliud de te ſperamus. Nam præſentia Cæſaris Julij vix ſufficeret, ad compeſcenda mala, quibus miſera laceratur Italia, temporibus tuis. Sic imperium orbis rotulum verſat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus Romanum Imperium, præfiguratum in tibiis ferreis, cui nihil olim deerat, niſi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil poſſideat, niſi modicum Occidentis. Hæc ille. Si quis autem plura hac de re ſcire deſiderat, is legat eundem Petrarcham *Dialogo 95.* de remedio utriuſque fortunæ. Utilis quoque eſt cautio & ſimilitudo elegans de ratione recte gubernandi, A. Gellii, vel, ut nonnulli recentiores *L. 13. c. 26.* volunt: Agellij: Vita hominum inquit, qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuisque volunt eſſe uſui, negotia periculaq; improviſo multa prope quotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda perinde eſſe oportet animo ſemper prompto atque intento, ut ſunt athletarum, qui Pancratiaſtæ vocantur. Nam ſicut illi ad certandum vocati, proiectis alte brachiis, conſiſtunt, caputque & os ſuum, manibus oppoſitis quaſi vallo præmuniunt, membraque eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad facienda parata, ita animus atque mens viri prudentis, adverſus vim & petulantias injuriarum, omni in loco atq; tempore proſpiciens, debet eſſe erecta, ardua, ſepta, ſolida, expedita, nunquam conniyens, nuſquam aciem ſuam flectens, conſilia cogitationesque, con-

[illegible]um dubitatur. Quæ diverſitas [illegible] occaſionem & materiam præbuit, ulterius inſiſte[illegible] & quid hiſtorici defendendo & accuſando [illegible] ſcripſerint, cognoſcendi, [illegible] quod meum judicium, utrum [illegible] ſtatum ſit interponendum [illegible]. Idem in lectori cuique liberum relinquo.

[illegible]m *[illegible] vni-* *[illegible]er. lib. 15 c. 5.* Cæterum, poſtquam Petrus Gregorius Tholoſanus multa [illegible] exhibuiſſet Templariorum [illegible]: tandem tamen ita concludit: Quidam erga Gallos male affecti comminiſcuntur per calumniam, & ex [illegible] Regis Gallorum, ſublatos milites Templarios. Narrat Albericus de Roſate, ſe audiviſſe a quodam cauſæ & teſtium in eos examinatore, contra juſtitiam illos punitos, hacque de re monitum Clementem V. reſpondiſſe: ETSI VIA IUSTITIÆ ordo ille deſtrui non poſſit, fiat tamen via expedientiæ, ne ſcandalizetur carus filius noſter Rex Galliæ. Et in Chro-

[illegible] *[illegible],* nico Hermanni legitur, a Papa Clemente V. in favorem Regis Galliæ, crimine hæreſeos: [illegible] falſo inſimulatos, &c. Iacobus Meyerus quoque notat, quo tempore iſte ordo abolitus ſit, [illegible] per omnem fere Europam comprehenſi, horrendis ſuppliciis necabantur, orto inquit, [illegible] à Pulchro Rege, ac Gallica nobilitate, quæ precibus Pontificem Maximum ad hoc adegerint, [illegible], ut [illegible] tradunt ſcriptores, ſe ditatum iri, [illegible] poſſeſſionem (quas per omnem Galliam plurimas habebant) conſecuturum. Multa, (inquit Antoninus) etiam Templariis obii-

[illegible] *[illegible]* *[illegible]* ciebantur, ſed utrum vere, non ſatis conſtat. De hac re Abraham Bucholtzerus, quæ obſervavit, ita ſcribit: Clemens 22. Martii anno 1312. in privato conſiſtorio annihilavit ordinem Templariorum, quorum bona & reditus Hoſpitalariis D. Ioannis ([illegible] vocabantur equites Rhodii, eamque inſulam paulo ante occupaverant) attribuit. [illegible] itaque per univerſum orbem hic ordo deletus & extirpatus eſt. [illegible] addit Templarios, petente Philippo Rege Franciæ, [illegible] valde divites, [illegible] poſſeſſione ut Philippus [illegible] hæreſeos ipſis impoſuiſſe. Huc [illegible] Ptolomæus in ſuis

Lib. 4. epiſtolis, Tuſca lingua [illegible], quæ ab omnibus propter linguæ elegantiam [illegible] ſunt [illegible] apponendas. [illegible] *l'ordine de Templari* [illegible] Hæc in [illegible] [illegible], ita in Latinam [illegible] Philippum [illegible] principem [illegible] ſævitiſſe [illegible] ſuſpectum, ut credatur, quod hæc [illegible]

nos

[illegible] ducatur, quam zelo juſtitiæ. Quemadmodum creditum & ſcriptum ſunt de Rege Philippo [illegible], dum deſtrueret ordinem Templariorum. Fama enim fuit, cum luxu, cupiditate, ut eorum opibus potiri poſſet, id feciſſe, & miſellos iſtos [illegible]ontes, neque commiſiſſe aliquid dignum pœna. In contraria opinione fuit Naucierus, dum ſcribit: Anno 1310. Hoſpitalarij S. Joannis inſulam Rhodi capiunt. Sequēti anno caſſatus fuit ordo Templariorum, qui in ſua prophana profeſſione abnegabant Chriſtum, conſpuebant ſuper crucem, & adorabant Diabolum ſub ſpecie Catti, ſicut plures eorum confeſſi fuerant. Gulielmus Paradinus autem, licet multo ſit prolixior in cumulandis criminibus, eiſque enormiſſimis, quæ huic ordini imputata fuere, multa atrociora, quam olim Romæ in Bacchanalibus, tamen ſub finem ipſemet ea in dubium vocare & excuſare videtur.

Volum.2.

In Chron. Sabaudiæ lib.2.c.16.

Poſtremo adſcribenda duxi ea, quæ Nicolaus Serrarius in vita Petri Archiepiſcopi Moguntini, de Templariis inſeruit. Idem D. Petrus, inquit, provinciale habuit concilium, in quo ſtatutorum provincialium ex antiquioribus ſynodis compendium collegit, cujus vix paucula ſuperſunt, & Romani Pontificis juſſu tractata eſt Templariorum cauſſa. Comparuit autem in Synodo (quemadmodum [illegible] * M. S. L.) Hugo comes Sylveſtris & Rheni, qui [illegible] in Grumbach, prope Meiſenheim, cum XX. fratribus, ſub habitu Ordinis, probe armatis [illegible] vocati, ſed ultro & ſubito [illegible], omnibus [illegible] Archiepiſcopus viros conſpexerit ac violentiam timeat, placide jubet. Commendator ut ſedeat, & ſiquid habeat [illegible] afferendum, ut depromat. Qui [illegible] & libera voce exorſus, ſe [illegible] confratres intellexiſſe, hanc Synodum [illegible] Ordinis delendi gratia potiſſimum congregatam, ex commiſſione Romani Pontificis. Enormia enim quædam ſcelera, & plusquam [illegible] [illegible], quæ in privato deſignarent, quod ipſis [illegible] graviſſimum & intolerabile: maxime quod non ordinarie auditi, nec convicti condem[illegible]entur. Quare coram illa Patrum congregatione ſe appellare & provocare ad futurum Pontificem, ejuſque univerſum Clerum: publice quoque proteſtari, eos qui propter talia flagitia alibi igni traditi eſſent & combuſti, conſtanter pernegaſſe, ſe quicquam eorum deſignaſſe, atque in ea confeſſione tormenta & mortem perpeſſos, imo Dei Opt. Max. ſingulari judicio & miraculo eorum innocentiam comprobatam, quod albæ chlamydes ac rubricatæ cruces igni nō potuerint abſumi. Archiepiſcop⁹ his auditis, ne [illegible]tus ſuboriretur, proteſtationem eorum admiſit, ſeque cum Romano Pontifice acturum reſpondit, ut quieti eſſe poſſint, atque ita ad propria [illegible]. Poſtea vero Petrus aliam commiſſionem obtinuit, juxta quam proceſſus.

Mogun rerum li.5

id eſt, Manuſcriptus Latinus

In Catalogo gloria mundi part. 9. obſerv. 5.

prædictos cenſuit abſolvendos. Actum anno 1311. Calendis Julij, ut Nauclerus ex quodam Jacobo Moguntino tradit. Hæc Serrarius. De militibus templariis Chaſſanæi eſt hæc ſententia. Hi circa annum Domini MCXVII. ſub Pontifice Gelaſio II. Hieroſolymis initium ſumpſerunt, *ut refert Polydorus & Philip. Bergomenſis in ſupplem. Chron. li. 12.* Hi quia in parte ædium templi habitabant. Templariorum nomen inde habuerunt. Hi primum devotionis gratia non longe à ſepulchro Domini habitantes, Chriſtianos peregrinos hoſpitio cum charitate ſuſcipiebant, atque eos per ſacra loca & templa armati ducebant & comitabantur, ut omnem terram ſanctam tuto viſerent, & inde ſine adverſariorum moleſtia reducebant. Fuerunt hujus charitatis officii auctores viri pietate inſignes novem numero, quorum principes Hugonem, Paganum & Gaufredum de S. Alexandro extitiſſe ferunt. Vtebantur atque incedebant mantelis albis cum cruce rubea, duravitque hæc religio fere annos, & maximas facultates & oppida quam plurima ubique gentium ſuo tempore poſſedit. Veruntamen convicti demum impietatis, quod qui Hieroſolymis agebant, ad Saracenos defeciſſent, eſſentque in fœda vita propter rerum abundantiam a Chriſtianis comprehenſi tanquam infideles & hæretici Pontificatu Clementis V. exterminati ſunt. Et etiam quia apud Gallos ſtabant, cum ubique ignominioſe nimium vitam ducerent è Philippo Francorum Rege Pont Rom. concedente. Quibus omnibus deletis eorum bona opulentiſſima partim militibus Rhodianis, imo major pars, partim novis religionibus attributa & conſignata ſunt. Et iſtis Templariis privilegium conceſſum erat, ut excommunicati per ſuum Priorem, qui ſacerdos erat, abſolverentur, ut in cap. canonica de ſentent. excom. extra. Hactenus Chaſſanæus. Ex his diverſis judiciis auctorum ſumat quiſque ſibi, quod veritati hiſtoriæ conſonum ſit, & æſtimet utrum univerſus ordo Templariorum non ſolum tam atrocem mortem & ſupplicium, ſed etiam confiſcationem & ablationem omnium bonorum, commeritus, ſed potius venia & commiſeratione dignus fuerit.

Caput XCI

Commendatio privatæ vitæ.

Cap 32. & 38. cent. 1. & 41. cent. 2.

DVlcedo, cupiditas, ſuavitas, & ſecuritas privatæ vitæ mihi veluti calcar præbuit, ut prioribus meis cogitationibus & meditationibus peculiare caput adjicerem, inde que velut ſolatium & voluptatem ſummam tis illius percipere mihilque mihi gratius contingere poſſet, quam ut reſiduum tempus ætatis meæ ingraveſcentis illa frui poſſem. Quis enim (ut

recte (inquit Buchananus) ſanæ mentis, non in mediocri fortuna ſubſiſtere malle privatus quam in perpetuis moleſtiis, aliorum intentus negotiis, ſuæ rei negligens, totum vitæ curſum ad alienas rationes componere. Hoc reſpexit Seneca in hiſce elegantiſſimis verſiculis: *De jure Regni apud Scotos.*

Non alia magis eſt libera, & vitio carens,
Ritusq; melior vita quæ priſcos colat:
Quam quæ, relictis mœnibus, ſylvas amat,
Non illum avara mentis inflammat furor,
Qui ſe dicavit montium inſontem jugis,
Non aura populi, & vulgus invidum bonis,
Non peſtilens invidia, non fragilis favor.
Non ille regno ſervit, ac regno invidet.
Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes,
Spei metusq. liber: haud illum niger
Edaxq; livor dente degenere petit
Nec ſcelera, populos, inter atque urbes ſita
Novit, nec omnes conſcius ſtrepitus pavet

Pulcherrime Seneca: Sed rhythmi Italici ſequentes non minorem elegantiam habent:

Ben ſi può dir quel cittadin felice,
Che ſa ſchifar della città, i travagli,
Splendendo in vaghi ſtudii & caccie liete,
In villa i giorni, & à quella de gli antichi,
Fra boſchi, ſelve, campi, laghi, & fonti
Procura il vitto, in terra, & vita in cielo.

Idipſum obſervavit nobiliſſimus ille Poeta Anglus Chalonerus, ubi aulicam vitam ad privatam, eamque ruſticam, collatam vituperat, ex quo hoſce verſus ob elegantiam huc inſerere volui: *In miſcellaneis*

Scilicet alma fides, probitas, candorq; perennis,
Et pudor, & puræ relligionis amor,
Rura colunt, parvosq; lares, tacitosq; receſſus
Sylvarum, & fontes lene fluentis aquæ.
At bifores vitant regalia limina valvas,
Illaq; Penelopes atria plena procis
Fraus ubi & inſidiæ, ridenti atque ore profundum
Livor, & indignis artibus ambitio.
Omnia purpureæ penetralia protinus aulæ
Prævenere, bonis ne locus eſſe queat.

Ergo nec aſpectu tutum eſt divertere, porta
Egrediens plenus qua planus egreditur.

Non omittenda quoque eſt laus & votum vitæ beatæ Juſti Lipſii, qui, ſi in illo ſuo propoſito perſeveraſſet non in multorum reprehenſionem, ſicut plures hac de re libri exſtant, incidiſſet. Verſiculi ejus ſunt tales, quos primæ Centuriæ Epiſtolarum ſuarum inſeruit:

Ille eſt par ſuperis Deis,
Et mortalibus altior,
Qui fati ambiguum diem
Non optat levis, aut timet
Quem non ambitio impotens,
Non ſpes ſollicitat lucri:
Quem non concutiunt metu
Regum præcipites minæ,
Non telum implacidi Iovis,
Vero ſed ſtabilis loco
Vulgi ridet inania.
Securoq́; oritur dies
Securo cadit & dies,
Vitam ſi liceat mihi
Formare arbitris meis,
Non faſces cupiam aut opes:
Non clarus niveis equis
Captiva agmina traxerim.
In ſolis habitem locis,
Hortos poſſideam, atq; agros
Illic ad ſtrepitus aquæ
Muſarum ſtudiis fruar.
Sic cum fata mihi ultima
Perneret Lacheſis mea,
Non ulli gravis, aut malus,
Qualis Largius hic meus,
Tranquillus moriar ſenex

Nec diſſimilia iſtis etiam ex Boethii Conſolatione philoſ. depromere poſſem, quæ malo lectorem ipſo fonte petere. Huc reſpexit olim Magnus ille Galliæ Cancellarius Hoſpitalius ad Turnonium Cardinalem, quum propter ferias judicias illi conceſſum fuiſſet, unum atque alterum menſem ruri vivere, imitatus illum eſt Similem Præfectum (cujus inſcriptionem monumenti primæ Centuriæ noſtræ inſeruimus) hiſce verſiculis:

O noſtri

O noſtri melior pars temporis, ô duo ſumma
Lætitiæ menſes exacti, ſcilicet ex quo
Publica jampridem tractare negotia cœpi:
His mihi ſum viſus ſolis vixiſſe diebus.

Idipſum ſentit & optavit præſtantiſſimus ille Legatus Cæſareus, Augerius Busbeckius, ex Conſtantinopolitana aula Turcica reverſus, & otium honeſtum atque quietem in vita privata exoptans. Evolare, inquit, me ex aula, & domum redire geſtientem, retinent etiam privata negotia. Nam mihi quidem vita aulica uſquequaque cordi non eſt. Notæ mihi ejus ærumnæ. Falſo ſplendore multæ ejus miſeriæ obtenduntur. Fuci in ea multum, candoris parum eſt. Nulla eſt aula, quæ vacet invidia, in qua non deſideretur amicitiæ fides, ubi voluntatum mutatio & ſubita ruina metuenda non ſit. Nam Principes & ipſi homines ſunt. Vidi, qui centum amicis ſtipatus regiam adierat, irato Rege, vix cum uno comite domum redire. Aula vero bona non novit, niſi ſero: Vmbris, fama, ſpecie, fallaciis, errore populari dicitur: Vt eos fortunatos ducere non dubitem, quibus illa cito, & cum parvo incommodo defungi datum ſit. Optabile eſt, ſibi poſſe vivere & Muſis, & cum paucis, & non fallacibus amicis, in agelli angulo conſeneſcere. Aut nullo eſt in hoc terreſtri exilio, ut ea demum vera vita, eſt. Nimirum quum ſæpe pluris fiat in aula nobilis ſcurra, quam vir bonus, ut non abſurde boni viri inter aulicos ſpecimen oculis ſubieciſſe videantur, qui aſinum pinxerunt inter ſimias. De communibus aulis loquor. Nam me non fugit, multas atq; hanc præcipue, viris in omni laudis genere præſtantiſſimis, tanquam rariſſimis luminibus illuſtrari. Vtut ſit, mihi ſolitudo, & ſtudiorũ nutrix quies, turba & ſtrepitu aulico potior, &c. Hæc cum ſint memorabilia, & ad multa in vita noſtra regenda, & recte gerenda, vtilia, ex ſummi illius viri monitione huc inſerere volui. Sunt enim ejus epiſtolæ quatuor; plenæ rerum magnarum, & ad publica & privata negotia recte adminiſtranda admodum utiles. Neque Lector cupidus diſcendi ab iis legendis ſatur abire poteſt: quod ſane mihi accidit. Nam licet ter quaterve eas perlegerim, ſemper tamen me cupiditas plura cognoſcendi, ad eas retrahit. Dolendum autem eſt, non abſque jactura Reipubl. inſigni hunc tam excellentem virum & bis Legatum Cæſareum, ad Turcicum Imperatorem, eumque, re bene geſta, incolumem, ſuperatis multis periculis, & quidem feliciter, tandem proficiſcentem Dieppam, ad Regem Galliarum nunc regnantem in ſylva quadam à latronum manipulo ſpoliatum, & crudeliter occiſum eſſe, qui digniſſimus certe fuerat, & longiori vita, & feliciori exitu. *Epiſt. 4.*

Poſtremo, ut ne hoc omittam, Liviana ſimilitudo eſt perelegans, ubi dicit: *Lib. 34*

dicit; *Scitote, teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, tutari ad omnes ictus eſſe, ubi exſerit partes aliquas, quodcunq; nudavit, obnoxium atq; vulnerabile habere.*

Quoniam autem præſtantiſſimus ille Busbecquius in ſuperiore loco vitæ aulicæ conditionem breviter attingit: placet ea occaſione ad capitis hujus finem quaſi appendere tabellam vitæ aulicæ, ingenioſe depictam a Luciano in libro de mercede conductis. Græcam ἐκφάσιν ejus picturæ, qui volet, ex fonte ipſo petat. Nobis hic Latina interpretatio ſufficere poterit, quæ talis eſt:

Libet mihi (*inquit Lucianus*) Cebetis illius exemplo imaginem quandam hujus vitæ (aulicæ) tibi depingere, ut eam contemplatus, ſcire queas, num ex uſu tuo ſit eam adire. Equidem magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrhaſium, vel Aetionem, vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verum quoniam fieri non poteſt, ut aliquem artificem tam egregium atque abſolutum nanciſcamur, in præſentia tenuem quandam pro meo virili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur veſtibulum ſublime atque inauratum, neque id humi ſitum in ſolo, verum procul a terra in edito collis faſtigio præterea inacceſſum ferme & abruptum, lubricoque aditu, ita ut plerunque, qui ſe jam ad ſummum uſq; verticem penetraſſe ſperant, lapſo pede præcipitati cervicem frangant. Intus autem Plutus ſedeat, totus (ſicuti videtur) aureus, majorem in modum formoſus, atque amabilis. Porro amator ubi vix tandem conſcendit, jamque ad fores acceſſit, obſtupeſcat, oculis in aurum defixis: deinde ſpes, quæ & ipſa ſpecioſo vultu eſt, ac verſicoloribus amicta, manu prehenſum introducat, mire jam ipſo ingreſſu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore Spes uſque illum antecedat, ducatque: tum aliæ mulieres illum excipientes, puta Fallacia Servituſque tradant labori. At is miſerum perpetuo defatigatum tandem Senectæ tradat jam morbidum, colore que commutato. Poſtremo Contumelia arreptum illum ad Deſperationem pertrahat: & hoc quidem tempore Spes avolans evanescat. Tum ille non per aureum illud atrium, per quod ingreſſus fuerat, ſed per poſticum quoddam, & occultum exitum extrudatur, nudus, ventricoſus, pallidus, ſenex: læva quidem pudenda occultans: dextra vero ſeipſum ſtrangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo fruſtra lachrymans, & miſerum his etiam conficiens. Atque hic quidem eſto picturæ finis. Cæterum tu, Timocles optime, ipſe diligenter conſideratis ſingulis expende, num ea ſe tua ſit, ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingreſſus, per illas longe diſſimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris ſapientis illius, qui dixit. *Deum in culpa non eſſe, verum qui ſua ſponte delegerit.*

Hactenus Luciani tabula vitæ aulicæ, depicta ad imitationem Cebetis,

CAPUT XCII.

Reges, Principes, & alios heroes, nonnunquam privatam vitam & quietam potius, quam ſplendidam, expetiiſſe.

QUomodo privati otium honeſtum & quietem plus quam aulicos honores, & vitam ſplendidam expetiverint, illamque præ hac commodiorem & ſecuriorem exiſtimarint, aliàs à me prolixe judicatum, & pluribus exemplis illuſtratum eſt. Hæc autem cupiditas privatæ & mediocris vitæ non ſolum ad inferiores, ſed etiam ad magnates & ſupremos Principes ſe extendere, eosque felices exiſtimaſſe, ſi illa ipſis, cum ob moleſtiam gubernandi, tum ob pericula à militibus propriis & exteris imminentia, contigerit, ad priora ſequentia, auctarij loco, adjungenda duxi. Igitur P. Cornelius Tacitus non fruſtra paucis verbis multa monet, dicens: Fluxam per diſcordias militum fidem, & periculum ex ſingulis, &c. Quod obſervavit Hannibal Scotus, ubi in ſuis commentariis interpretando addit: Eſt fluxa per diſcordias militum fides, periculum ex ſingulis. Aurantius Princeps dominentum dedit noſtris temporibus, à ſuis hoſtibus incolumis, deinde ſingularis militis audacia peremptus: & hic caſus evitari poteſt. Dummodo enim quis in animum inducat, ſe velle non vivere, poteſt quemvis magnum Monarcham interficere, ſed rariſſima ſunt exempla. Tale Pauſaniæ erga Philippum: Cimeriotti cujuſdam erga Solimannum: Timariotti erga Mahumetem, primum Viſirem, & nonnulla alia, quæ in multis ſeculis evenerunt, &c. Huc pertinet inſolitum & audax facinus Monachi Dominicani, qui non ita pridem Henricum III. Galliæ Regem, alioquin fautorem magnum monaſtici ordinis, in cubiculo ſuo, ſimulato zelo, perfricta fronte, & inſigni audacia & exemplo. Regibus & Principibus admodum periculoſo, cultello, ut dicitur, veneno infecto, quem in manica abſconderat, lethali vulnere, ex inſidiis, occidit. Recte itaque Seneca: Quod regnum eſt, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? Nec magnis iſta intervallis diviſa: ſed horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua. Hoc movit Henricum Stephanum, ut peculiarem librum evulgarit, cujus titulus eſt: CAVETE VOBIS PRINCIPES. Non ſruſtra itaque Quintus Curtius monet: Regum exitum ſi reputaverimus, plures a ſuis, quam ab hoſtibus interemtos reperiemus. Cæterum cupiditas privatæ, & fuga regiæ vitæ cõmovit et Ramirum Regem Arragoniæ, teſte Baptiſta Fulgoſio. Nam cum in monaſtica ſua vita, mortuo ejus fratre, Arrago-

In li.2. hiſt.

Lib.9.

In Collect. de relig. & cult, l.1.

dovico Bavaro, certis conditionibus dimiſſus eſſet, hoc nomen ex tranſactione inter illos facta, uſque ad mortem retinuit, ita ut in literis alter alterum Cæſarem appellaret, & nomen ſuum ſcribens, præponeret. Animadverterunt ſane optimi Imperatores, quam grave periculum & onus ſit, recte imperare & gubernare: ideoq; vitam privatorum & ruſticorum felicem duxerunt, ſicut ex Vopiſco quoq; patet, ubi ſcribit: Diocletianum, reſignato Imperio, ſæpenumero dicere ſolitum: *Nihil difficilius eſſe, quam bene imperare.* Nam quatuor vel quinque viri ſe colligunt, atq; unum conſilium capiunt, ad Imperatorem decipiendum, dicunt, quid probandum ſit: Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit, cogiturque hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur, facit judices, quos fieri non oportebat: amovet à Repub. quos retinere debeat. Quid multa? Bonus, cautus, & optimus venditur Imperator. Eandem difficultatem recte imperandi obiicit Benevenutus de Rambaldis in ſuo Auguſtali (quem librum non recte Franciſ. Petrarchæ adſcripſit Albertus de Eyb Eques Francus & utriusque Iuris Doctor ſuo tempore diſertiſſimus (Wenceslao, Caroli IV. filio, his ſce verbis: Wenceslaus, vivente patre electus eſt Imperator, & adhuc regnat: Hic juvenis robuſtus venator, quid acturus ſit, ignoro, tamen minatur, ſe venturum in Italiam. Sed ne venias, precamur te, ſi non vincis laude parentem tuum, quanquam aliud de te ſperamus. Nam præſentia Cæſaris Julij vix ſufficeret, ad compeſcenda mala, quibus miſera laceratur Italia, temporibus tuis. Sic imperium orbis cœlum verſat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus Romanum Imperium, præfiguratum in tibiis ferreis, cui nihil olim defuit, niſi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil poſſideat, niſi modicum Occidentis. Hæc ille. Si quis autem plura hac de re ſcire deſiderat, is legat eundem Petrarcham de remedio utriuſque fortunæ. Utilis quoque eſt cautio & ſimilitudo elegans de ratione recte gubernandi, A. Gellii, vel, ut nonnulli recentiores volunt: Agellij: Vita hominum inquit, qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuisque volunt eſſe uſui, negotia periculaq; improviſo multa prope quotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda perinde eſſe oportet animo ſemper prompto atque intento, ut ſunt athletarum, qui Pancratiaſtæ vocantur. Nam ſicut illi ad certandum vocati, proiectis alte brachiis, conſiſtunt, caputque & os ſuum, manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt, membraque eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad facienda parata, ita animus atque mens viri prudentis, adverſus vim & petulantias injuriarum, omni in loco atq; tempore proſpiciens, debet eſſe erecta, ardua, ſepta, ſolida, expedita, nunquam conniyens, nuſquam aciem ſuam flectens, conſilia cogitationesque, con-

In Aureliani vita.

In fine.

In Margarita Poetic. par. 2. li. 12.

Dialogo 95.

L. 13. c. 26.

tra fortunæ verbera, contraque inſidias iniquorum, quaſi brachia & manus prætendens, ne qua in re adverſa & repentina incurſio imparatis improtectiſque oriatur. Poſſem & plura de Imperatoribus & Regibus, qui pertæſi laborioſæ & tædioſæ gubernationis, abdicato Imperio, ad privatam & quietam vitam ſeſe contulerint (inter quos præter Diocletianum fuit Lotharius & Carolus V. Cæſares) huc annectere, ſed iis in alium locum reſervatis, tantum Sertorij, qui, dimiſſo exercitu, in Inſulas Athlanticas, ut ibi privatus ſecure ac quiete vitam ſuam conſumere poſſet, ſe contuliſſet, niſi proditorie occiſus eſſet, in fine hujus capitis adiiciam monumentum, quod ad Eboram Luſitaniæ, (quæ olim Liberalitas Julia fuit) cum hac inſcriptione extat, haud ſcio, an integrum:

SERTOR. LVSIT. DVX. IN EXTREM: ORB. PLA-
GA. D. IMMORT. VOVET. ANIM. BVSTO
CORPVS. QVI. TIBI SALO. TETHI. SERVATVS
QVO. VOCO. CIRCA EBOR RO. COS. Q.
IPS. CECIDERAT. OLIM. H.EREX. S. CIRCVM.
VENTVM. DOLO. VMB. ELISIVM. DIRIGE
DIVA. D. S. TII.
AVLICVS. P.

CAPVT XCIII.

De felicitate vitæ ruſticæ rhythmi Gallici, cum interpretatione Latina, Nicolái de Clamengiis.

Combien, eſt heureuſe la vie de celuy, qui fait ſa demeure aux champs: par Philippe de Vitrac Eveſq. de Meaux,

SOus feville verd, ſur herbe delectable,
Sur ruy bruyant, & ſur claire fontaine
Trouv. y fi hce une borde portable.
La mangeoit Gontier avec dame Helene
Frais fromage laict, beurre, fromagee.
Creſme maton, prune, noix, pomme, poire
Cibor, oignon, eſcalogne froyce
Sur crouſte biſe, au gros ſel, pour mieux boire
Au groumet beurent & oiſollons harpoyent,
Pour rebaudir & le dru & la drue
Qui par amours depuis s'entrebaiſoyent
Et bou. he & nee & polie & barbue.
Quand eurent prins des doux mets de nature,

Tantoſt

Tantoſt Gontier, hache au col, au bois entre
Et dame Helene ſe mit toute ſa cure
A ce buer qui coevurſe dos & ventre
I'ovi Gontier en abattant ſon arbre
Dieu mercier de ſa vie treſſeure.
Ne ſçay, dit il, que ſoint piliers de marbre,
Pommeaux luiſans mure veſtue de peincture.
Ie n'ay paour de trahiſon tiſſue
Sous beau ſemblant, ne qu'empoiſonne ſoye
En vaiſſeau d'or. Ie n'ay la teſte nue.
Devant tyray, ne genovil qui ſe ploye,
Verge d'huiſſier jamais ne me deboute.
Car jusques là ne me prend convoitiſe,
Ambition, ne leſcherie glaute.
Labour me paiſt en ioyeuſe franchiſe:
I'aym' dame Heleine & elle moy ſans faille:
Et c'eſt aſſez: de tombe n'avons cure.
Lors dis. Helas, ſerf de cour ne vaut maille,
Mais franc Gontier vaut en or gemme pure.

IDEM LATINE PER NIC. DE Clamengiis

Ronde ſuper viridi locus eſt in gramine amœno,
Illuſtrat nitidis illum fons limpidus undis,
Et de fonte fluens placido cum murmure rivus.
Hic caſa fixa fuit geſtabilis: intus edebant
Gonterus comes, ac Helene, cum lacte butyrum.
Spumantis florem & lactis, maſſamq; coacti,
Caſeolumq; recens preſſum, & cui caſeus indit
Nomina, mixturam agreſtem: non cerea deerant
Pruna, nuces variæ, pyra ſtyptica, dulcia mala.
Non oculis cœpe infeſtum, non ſectile porrum,
Non alium in morem fricta aſcalonia, nigro
Pane ſuper, ſale cum multo, ſitis ut magis urat.
Cortice fagineo lympham de fonte biberunt.
Interea volucres mellito gutture cantus
Deſuper exercent varios, hilarantq; beatos
Convivas: hinc alterutrum grata oſcula ferre
Mutuus egit amor. Prædulcia fercula poſtquam

Naturæ quantum ſat erat, libavit uterque.
Illico Gonterus, collo pendente bipenni,
Sylvarum ſecreta petit. pinuſq; comaſq;
Ilicis, & platanos ac celſi verticis alnos
Dejecturus humi: feſtinat ſedula conjunx
Cannabeas veſtes, quas neverat ipſa, lavare.
Et dum Gonterus crebris domat ictibus ornos,
Secura de pace ſua ſic numina laudat.
Neſcio marmorea quid habent inſigne columnæ,
Fulgentesve toli, paries aut murice tinctus.
Non equidem metuo, ne me ſimulatus amator,
Proditor aut nequam fallat ſub vellere ovino:
Nec mihi cauſa ſubeſt verear cur toxica tetra
Auratis bibere in pateris, non ſæva tyranni
Me vidit facies ſe coram poplite curvo,
Crinibus aut quicquam penitus rogitare retectis
Fila mihi Lacheſis donec trahet aſpera, nunquam
Lectoris me virga coerceat: haud ea mentem
Ambitio accendit: nec tantum immenſa cupido
Sollicitat, turpive premit cultura palati:
Me labor intus alit cum libertate jocoſa.
Ipſe Helenam ſincerus amo, meq; illa viciſſim.
Hoc ſatis eſt, pompas tumuli aſpernamur inanes
Tales fundebat voces Gonterus: ut illas
Accepi, exclamo, haud ſervus valet aulicus aſſem
Æquat ſed liber gemmam Gonterus in auro.

CAPUT XCIV.

De miſeriis vitæ Tyrannorum, rhythmi Gallici, cum interpretatione Latina, verſibus heroicis Nicolai de *Camergiis.*

COMBIEN EST MISERABLE LA VIE DV Tyrann par Piere d'Alliac Eveſque de Cambray.

VN chaſte au ſ ay ſur roche eſpouvantable,
En lieu venteux, la rive perilleuſe
La vy tyran ſeant à haute table,

En grand

En grand palais, en ſale plantureuſe
En vironne de famille pompeuſe,
Pleine de fraude, d'enuie & de murmure,
V vide de foy, d'amour, de paix joyeuſe,
Serve, ſubiecte par convoiteuſe ardure
Vins & viandes avoit il ſans meſure :
Chairs & poiſſons oceins en mainte guiſe,
Erovicts & ſauſſes de diverſe teinćture,
Et entremets faicts par art à diviſe,
Le mal glouton par tous guette & adviſe
Pour appetit trouver, & quiert maniere,
Comment ſa bouche de leſcherie eſpriſe
Son ventre empliſſe, comm' bourſe pantonnière,
Mais ſac à fiene, puente cimetiere,
Sepulchre à vin, corps bouffi, craſſe panſe
Pour tous les biens en ſoy n'a lie chiere.
Car ventre ſaoul n'a en ſaveur plaiſance,
Ne le delicieu, ris, bal ne danſe.
Car tant convoite tánt quiert, & trant deſire,
Qu'en rien qu'il ayt n'a uraye ſuffiſance.
Acquirer veut ou Royaume ou Empire,
Pour avarice ſent douloreux martire,
Trahiſon doute, en nully ne ſe fie,
Cœur à felon, enflé d'orgueil & d'ire,
Triſte, penſif, plein de melancolie.
Las trop miex vaut de franc Gontier la vie,
Sobre lieſſe, & netté poureté
Que pour ſuyvir par orde gloutonnie
Cour de tyran, riche malheureté.

IDEM LATINE PER NIC. DE Clamengiis.

Rupis in horrenda ſcopulis ſedet edita turris,
Pervia nubiferis Auſtris, Boreæq; ſonanti,
Quam rapidus nimiumq; minax præterfluit amnis.
Ardua ſunt illic opulenti tecta tyranni.
Aula eſt purpureis ornata tapetibus, auro
Atria tota micant, ut Midæ credere poßis.
Hunc, dum ſublimi menſa diſcumbit, obibat

Ergo nec aſpectu tutum eſt divertere, porta
Egrediens plenius qua planus egreditur.

Non omittenda quoque eſt laus & votum vitæ beatæ Juſti Lipſii, qui, ſi in illo ſuo propoſito perſeveraſſet non in multorum reprehenſionem, ſicut plures hac de re libri exſtant, incidiſſet. Verſiculi ejus ſunt tales, quos primæ Centuriæ Epiſtolarum ſuarum inſeruit:

Ille eſt par ſuperis Deis,
Et mortalibus altior,
Qui fati ambiguum diem
Non optat levis, aut timet
Quem non ambitio impotens,
Non ſpes ſollicitat lucri:
Quem non concutiunt metu
Regum præcipites minæ,
Non telum implacidi Iovis,
Vero ſed ſtabilis loco
Vulgi ridet inania.
Securoq; oritur dies.
Securo cadit & dies,
Vitam ſi liceat mihi
Formare arbitris meis,
Non faſces cupiam aut opes:
Non claris niveis equis
Captiva agmina traxerim.
In ſolis habitem locis,
Hortos poſſideam, atq; agros
Illic ad ſtrepitus aquæ
Muſarum ſtudiis fruar.
Sic cum fata mihi ultima
Pernerit Lacheſis mea
Non ullis gravis aut malus,
Qualis Langius hic meus,
Tarquilius [illegible] at ſenex.

Nec diſſimilia iſtis etiam ex Boethii Conſolatione philoſ. depromere poſſem, quæ malo lectorem ipſo fonte petere. Huc reſpexit olim Magnus ille Galliæ Cancellarius Hoſpitalius ad Turnonium Cardinalem, qui cum propter ferias juridicas illi conceſſum fuiſſet, unum atque alterum menſem ruri vivere, imitatus autem eſt Similem Præfectum (cujus inſcriptionem monumenti primæ Centuriæ noſtræ inſeruimus) hiſce verſiculis:

O noſtri

O noſtri melior pars temporis, ô duo ſumma
Lætitia menſes exacti, ſcilicet ex quo
Publica jampridem tractare negotia cœpi.
His mihi ſum viſus ſolis vixiſſe diebus.

Idipſum ſentit & optavit præſtantiſſimus ille Legatus Cæſareus, Augerius Busbeckius, ex Conſtantinopolitana aula Turcica reverſus, & otium honeſtum atque quietem in vita privata exoptans. Evolare, inquit, me ex aula, & domum redire geſtientem, retinent etiam privata negotia. Nam mihi quidem vita aulica uſquequaque cordi non eſt. Notæ mihi ejus ærumnæ. Falſo ſplendore multæ ejus miſeriæ obtenduntur. Fuci in ea multum, candoris parum eſt. Nulla eſt aula, quæ vacet invidia, in qua non deſideretur amicitiæ fides, ubi voluntatum mutatio & ſubita ruina metuenda non ſit. Nam Principes & ipſi homines ſunt. Vidi, qui centum amicis ſtipatus regiam adierat, irato Rege, vix cum uno comite domum redire. Aula vero bona non novit, niſi ſero: Umbris, fama, ſpecie, fallaciis, errore populari dicitur: Ut eos fortunatos ducere non dubitem, quibus illa cito, & cum parvo incommodo defungi datum ſit. Optabile eſt, ſibi poſſe vivere & Muſis, & cum paucis, & non fallacibus amicis, in agelli angulo conſeneſcere. Aut nullo eſt in hoc terreſtri exilio, ut ea demum vera vita, eſt. Nimirum quum ſæpe pluris fiat in aula nobilis ſcurra, quam vir bonus, ut non abſurde boni viri inter aulicos ſpeciem oculis ſubjeciſſe videantur, qui aſinum pinxerunt inter ſimias. De communibus aulis loquor. Nam me non fugit, multas atq; has præcipue, viris in omni laudis genere præſtantiſſimis, tanquam rariſſimis luminibus illuſtrari. Utut ſit, mihi ſolitudo, & ſtudiorũ nutrix quies, turba & ſtrepitu aulico potior, &c. Hæc cum ſint memorabilia, & ad multa in vita noſtra regenda, & recte gerenda, utilia, ex ſummi illius viri monitione huc inſerere volui. Sunt enim ejus epiſtolæ quatuor; plenæ rerum magnarum, & ad publica & privata negotia recte adminiſtranda admodum utiles. Neque Lector cupidus diſcendi ab iis legendis ſatur abire poteſt: quod ſane mihi accidit. Nam licet ter quaterve eas perlegerim, ſemper tamen me cupiditas plura cognoſcendi, ad eas retrahit. Dolendum autem eſt, non abſque jactura Reipubl. inſigni hunc tam excellentem virum & bis Legatum Cæſareum, ad Turcicum Imperatorem, eumque, re bene geſta, in columem, ſuperatis multis periculis, & quidem feliciter, tandem proficiſcentem Dieppam, ad Regem Galliarum nunc regnantem in ſylva quadam à latronum manipulo ſpoliatum, & crudeliter occiſum eſſe, qui digniſſimus certe fuerat, & longiori vita, & feliciori exitu. *Epiſt. 4.*

Poſtremo, ut ne hoc omittam, Liviana ſimilitudo eſt perelegans, ubi dicit: *Lib. 34*

dicit; *Scitote, teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, tutam ad omnes ictus eſſe, ubi exſerit partes aliquas, quodcunq; nudavit, obnoxiũ atq; infirmũ habere*

Quoniam autem præſtantiſſimus ille Busbequius in ſuperiore loco vitæ aulicæ conditionem breviter attingit: placet ea occaſione ad capitis hujus finem quaſi appendere tabellam vitæ aulicæ, ingenioſe depictam a Luciano in libro de mercede conductis. Græcam ἐκϕράσιν ejus picturæ, qui volet, ex fonte ipſo petat. Nobis hic Latina interpretatio ſufficere poterit, quæ talis eſt:

Libet mihi (*inquit Lucianus*) CEBETIS illius exemplo imaginem quandam hujus vitæ (aulicæ) tibi depingere, ut eam contemplatus, ſcire queas, num ex uſu tuo ſit eam adire. Equidem magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrhaſium, vel Aetionem, vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verum quoniam fieri non poteſt, ut aliquem artificem tam egregium atque abſolutum nanciſcamur, in præſentia tenuem quandam pro meo virili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur veſtibulum ſublime atque inauratum, neque id humi ſitum in ſolo, verum procul a terra in edito collis faſtigio: præterea inacceſſum ferme & abruptum, lubricoque aditu, ita ut plerunque, qui ſe jam ad ſummum uſq; verticem penetraſſe ſperant, lapſo pede præcipitati cervicem frangant. Intus autem Plutus ſedeat, totus (ſicuti videtur) aureus, majorem in modum formoſus, atque amabilis. Porro amator ubi vix tandem conſcendit, jamque ad fores acceſſit, obſtupeſcat, oculis in aurum defixis: deinde ſpes, quæ & ipſa ſpecioſo vultu eſt, ac verſicoloribus amicta, manu prehenſum introducat, mire jam ipſo ingreſſu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore Spes uſque illum antecedat, ducatque: tum aliæ mulieres illum excipientes, puta Fallacia Servituſque tradant labori. At is miſerum penitus defatigatum tandem Senectæ tradat jam morbi ſuum, colore commutato. Poſtremo Contumelia arreptum illum ad Deſperationem pertrahat: & hoc quidem tempore Spes avolans evaneſcat. Tum ille non per aureum illud atrium, per quod ingreſſus fuerat, ſed per poſticum quoddam, & occultum exitum extrudatur, nudus, ventricoſus, pallidus, ſenex: læva quidem pudenda occultans: dextra vero ſeipſum ſtrangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo fruſtra lachrymans, & miſerum illis etiam conficiens. Atque hic quidem eſto picturæ finis. Cæterum tu, Timocles optime, ipſe diligenter conſideratis ſingulis expende, num è re tua ſit, ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingreſſus, per illas longe diſſimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris ſapientis illius, qui dixit: *Deum in culpa non eſſe, verum qui ſua ſponte delegerit.*

Hactenus Luciani a tabula vitæ aulicæ, depicta ad imitationem Cebetis,

CAPUT

Caput XCII.

Reges, Principes, & alios heroes, nonnunquam privatam vitam & quietam potius, quam ſplendidam, expetiiſſe.

QUomodo privati otium honeſtum & quietem plus quam aulicos honores, & vitam ſplendidam expetiverint, illamque præ hac commodiorem & ſecuriorem exiſtimaſſent, aliàs à me prolixe judicatum, & pluribus exemplis illuſtratum eſt. Hæc autem cupiditas privatæ & mediocris vitæ non ſolum ad inferiores, ſed etiam ad magnates & ſupremos Principes ſe extendere, eosque felices exiſtimaſſe, ſi illa ipſis, cum ob moleſtiam gubernandi, tum ob pericula à militibus propriis & exteris imminentia, contigerit, ad priora ſequentia, auctarij loco, adjungenda duxi. Igitur P. Cornelius Tacitus non fruſtra paucis verbis multa monet, dicens: Fluxam per diſcordias militum fidem & periculum ex ſingulis, &c. Quod obſervavit Hannibal Scotus, ubi in ſuis commentariis interpretando addit: Eſt fluxa per diſcordias militum fides, periculum ex ſingulis. Aurantius Princeps documentum dedit noſtris temporibus, a ſuis hoſtibus incolumis, deinde ſingularis militis audacia peremptus: & hic caſus evitari poteſt. Dummodo enim quis in animum inducat, ſe velle non vivere, poteſt quemvis magnum Monarcham interficere, ſed rariſſima ſunt exempla. Tale Pauſania erga Philippum. Cimerotti cujuſdam erga Selimannum: Timariotti erga Mahumetem, primum Veſirem, & nonnulla alia, quæ in multis ſeculis evenerunt, &c. Huc pertinet inſolitum & audax facinus Monachi Dominicani, qui non ita pridem Henricum III. Galliæ Regem, alioquin fautorem magnum monaſtici ordinis, in cubiculo ſuo, ſimulato zelo, perfricta fronte, & inſigni audacia & exemplo, Regibus & Principibus admodum periculoſo, cultello, ut dicitur, veneno infecto, quem in manica abſconderat, lethali vulnere, ex inſidiis, occidit. Recte itaque Seneca: Quod regnum eſt, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? Nec magnis iſta intervallis diviſa: ſed horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua. Hoc movit Henricum Stephanum, ut peculiarem librum evulgarit, cujus titulus eſt: CAVETE VOBIS PRINCIPES. Non fruſtra itaque Quintus Curtius monet: Regum exitum ſi reputaverimus, plures a ſuis, quam ab hoſtibus interemtos reperiemus. Cæterum cupiditas privatæ, & fuga regiæ vitæ cõmovit ẽt Ramirum Regem Arragoniæ, teſte Baptiſta Fulgoſio. Nam cum in monaſtica ſua vita, mortuo ejus fratre,

In li. 2. hiſt.

Lib. 9.

In Collect. de relig. & cult, l. 1.

Arrago-

Aragonum regnum vocaret, petentibus Arragoniis, Pontifex monacho conceſſit, ut regnum religione ſolutus acciperet: Ducta igitur uxore, ex qua filiam Viracam ſuſcepit, neq; conjugalis caritas, neque regni cupido, validiſſima duo in rebus humanis vincula eum retinuere, quo minus ad Eccleſiaſticam humilitatem, quam in monaſterio expertus erat, reverteretur. Quæ res cauſa fuit, ut à populis Raimundo, Parcinonis Comiti, nupta puella, duo regna, Arragonicum, Cathalonicumque ſimul jungerentur, &c. *In Libello paſtoris nuntii pœnitentiæ, ſimil. 4.* Induxit forte Raimirus ille præceptum Hermæ (qui dicitur fuiſſe diſcipulus Pauli Apoſtoli) in mentem, quod eſt tale: A B S T I N E te à multis negotiis, & nihil delinques. Quicunque enim multa negotia agunt, multa delinquunt: quia conſtricti ſunt circa negotia ſua, & non ſerviunt Deo. Nam quomodo poteſt homo, qui non ſervit Deo, aliquid petere & accipere à Deo? Qui enim ſerviunt Deo, petunt & accipiunt ſua deſideria. Quod ſi unum negotium tractat aliquis, poterit ſervire Deo. Quoniam non alienatur animus ejus a Domino, ſed pura mente ſervit Deo, &c.

Has cogitationes, de quieta vita, etiam habuit Ptolomæus Philadelphus, teſte Athenæo, qui cum podagra infeſtaretur, atque aliàs etiam fere regni nomine occupatus eſſet, conſpiciens in prato otiantes & ludentes, ſine ulla cura, Ægyptios, & in arena proiectos, in hunc modum exclamavit: ὦ τάλας ἐγώ τι μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι, O miſerum me, qui non *Lib. 12.* unus de horum numero factus ſum. Quo dicto innuere voluit, privatorum hominum vitam eſſe multo optimam ac quietiſſimam. Huc referri non incommode, tanquam exemplum recentius, poſſunt ea, quæ de Friderico Imperatore III. vel rectius, ut puto, IV. hujus nominis, in hiſtoriis Auſtriacis Conradi Decij opera non ita pridem editis, leguntur. Cum enim gravi morbo Linzii laborare cœpiſſet, quem nimio melonum eſu auctum eſſe, nonnulli prodidere, alterum illi crus ſphacelo affectum, per eoſdem *Lib. 10.* dies ex Medicorum conſilio reſectum erat. Id quum inſpexiſſet, quæſiviſſe fuerunt, quid inter Cæſarem & quemvis ruſticum intereſſet? Mox vero ſubieciſſe, ruſticum ſanum ægroto Cæſare longe eſſe feliciorem. Non multo poſt rebus ex ultima voluntate conſtitutis, obiit 13. Cal. Septemb. anno ætatis octavo & ſeptuageſimo, poſt ſuſceptum Imperij curam, tertio & quinquageſimo, quo Cæſarum nemo poſt Auguſtum diutius imperavit. Fridericum hunc rectius IV. hujus nominis appellari, ex ſententia Cuſpiniani, Lazij, Gerardi de Roo (cujus Annales rerum Auſtriacarum nuper, opera Conradi Decij, ut dicebam, editi ſunt) & aliorum probatorum hiſtoricorum, paulo ante innuebam. Nam Fridericus Pulcher Auſtriacus III. & in Cæſarem electus, & poſtquam in prælio captus à Ludovi-

dovico Bavaro, certis conditionibus dimiſſus eſſet, hoc nomen ex tranſa-ctione inter illos facta, uſque ad mortem retinuit, ita ut in literis alter alterum Cæſarem appellaret, & nomen ſuum ſcribens, præponeret. Animadverterunt ſane optimi Imperatores, quam grave periculum & onus ſit, recte imperare, & gubernare: ideoq; vitam privatorum & ruſticorum felicem duxerunt, ſicut ex Vopiſco quoq; patet, ubi ſcribit: Diocletianum, reſignato Imperio, ſæpenumero dicere ſolitum: *Nihil difficilius eſſe, quam bene imperare.* Nam quatuor vel quinque viri ſe colligunt, atq; unum conſilium capiunt, ad Imperatorem decipiendum, dicunt, quid probandum ſit: Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit, cogiturque hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur, facit judices, quos fieri non oportebat: amovet à Repub. quos retinere debeat. Quid multa? Bonus, cautus, & optimus venditur Imperator. Eandem difficultatem recte imperandi obiicit Benevenutus de Rambaldis in ſuo Auguſtali (quem librum non recte Franciſ. Petrarchæ adſcripſit Albertus de Eyb Eques Francus & utriusque Iuris Doctor ſuo tempore diſertiſſimus (Wenceslao, Caroli IV. filio, hiſce verbis: Wenceslaus, vivente patre electus eſt Imperator, & adhuc regnat: Hic juvenis robuſtus venator, quid acturus ſit, ignoro, tamen minatur, ſe venturum in Italiam. Sed ne venias, precamur te, ſi non vincis laude parentem tuum, quanquam aliud de te ſperamus. Nam præſentia Cæſaris Julij vix ſufficeret, ad compeſcenda mala, quibus miſera laceratur Italia, temporibus tuis. Sic imperium orbis cœlum verſat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus Romanum Imperium, præfiguratum in tibiis ferreis, cui nihil olim defuit, niſi modicum Orientis, nunc prohdolor, nihil poſſideat, niſi modicum Occidentis. Hæc ille. Si quis autem plura hac de re ſcire deſiderat, is legat eundem Petrarcham de remedio utriuſque fortunæ. Vtilis quoque eſt cautio & ſimilitudo elegans de ratione recte gubernandi, A. Gellii, vel, ut nonnulli recentiores volunt: Agellij: Vita hominum inquit, qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuisque volunt eſſe uſui, negotia periculaq; improviſo multa prope quotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda perinde eſſe oportet animo ſemper prompto atque intento, ut ſunt athletarum, qui Pancratiaſtæ vocantur. Nam ſicut illi ad certandum vocati, proiectis alte brachiis, conſiſtunt, caputque & os ſuum, manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt, membraque eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad facienda parata, ita animus atque mens viri prudentis, adverſus vim & petulantias injuriarum, omni in loco atq; tempore proſpiciens, debet eſſe erecta, ardua, ſepta, ſolida, expedita, nunquam conniyens, nuſquam aciem ſuam flectens, conſilia cogitationesque, con-

In Aureliani vita.

In fine.

In Margarita Poetic. par. 2. l. 12.

Dialogo 95.

L. 13. c. 26.

num dubitatur. Quæ diverſitas mihi occaſionem & materiam præbuit ulterius inſiſtendi, & quid hiſtorici defendendo & accuſando, de iis ſcripſerint, congerendi, non quod meum judicium, utrum recte vel ſecus factum ſit, interponendum duxi. Id enim lectori cuique liberum relinquo.

Syntagm. iuris univer. lib. 15. c. 3. Cæterum, poſtquam Petrus Gregorius Tholoſanus multa atrocia ſcelera ex hiſtoriis Templariorum refert: tandem tamen ita concludit: Quidam erga Gallos male affecti comminiſcuntur per calumniam, & ex nutu Regis Gallorum, ſublatos milites Templarios. Narrat Albericus de Roſate, ſe audiviſſe à quodam cauſæ & teſtium in eos examinatore, contra juſtitiam illos punitos, hacque de re monitum Clementem V. reſpondiſſe: ETSI VIA IUSTITIÆ ordo ille deſtrui non poſſit, fiat tamen via expedientiæ, ne ſcandalizetur carus filius noſter Rex *Galliæ*. Et in Chro-

Lib. 11. hiſt. Flandricæ, nico Hermanni legitur, a Papa Clemente V. in favorem Regis Galliæ, crimine hæreſeos: tuſſe falſo inſimulatos, &c. Iacobus Mejerus quoque notat, quo tempore iſte ordo abolitus ſit, qui per omnem fere Europam comprehenſi, horrendis ſuppliciis necabantur, ortumque, inquit, initium à Pulchro Rege ac Galliæ nobilitate, quæ precibus Pontificem Maximum ad hoc adegerunt, ſpe ducti, ut Itali tradunt ſcriptores, ſe ditatum iri, eorumque poſſeſſionem (quas per omnem Galliam plurimas habe-

In Ioanne Chronologia fol. 466. bant) conſecuturum. Multa, (inquit Antonius) etiam Templariis obiiciebantur, ſed utrum vere, non ſatis conſtat. De hac re Abraham Bucholtzerus, quæ obſervavit, ita ſcribit: Clemens 22 Martii anno 1312. in privato conſiſtorio annihilavit ordinem Templariorum, quorum bona & reditus Hoſpitalariis D. Ioannis (qui tunc vocabantur equites Rhodii, eamque inſulam paulo ante occupaverant) attribuit. Uno itaque die per univerſum orbem hic ordo deletus & extirpatus eſt. Trithemius addit Templarios, petente Philippo Rege Franciæ, extinctos eſſe, eoſque tunc fuiſſe valde divites, quorum poſſeſſiones ut Philippus ſibi acquireret, crimen falſum hæreſeos ipſis impoſuiſſe. Huc refero & Claudius Ptolomæi, in ſuis

Lib. 4. epiſtolis, Tuſca lingua conſcriptis, quæ ab omnibus propter linguæ elegantiam mire commendantur, quam [illegible] ejus verba ipſa apponenda duxi. *Finalmente dicono che un principe ches in crudeliſſimo [illegible] tra [illegible] magiſtrati [illegible] arbitra, [illegible] ſi come [illegible] publicato del Re Philippo di Francia, il quale diſtruſſo l'ordine de Templari per [illegible] ſuddetto, che gli [illegible] fatti per [illegible] per le lor ricchezze, e che i [illegible] erano innocenti, [illegible] vano [illegible] errore alcuno.* Hæc in gratiam eorum, qui non intelligunt linguam Italicam, ita in Latinam transferre volui: Poſtremo ferunt principem, qui nimium ſævit in ſuos præfectos & miniſtros, facere ſe ſuſpectum, ut credatur, quod hoc agendo potius ab ava-

tiâ ducatur, quam zelo juſtitiæ. Quemadmodum creditum & ſcriptum fuit de Rege Philippo Franciæ, dum deſtrueret ordinem Templariorum. Fama enim fuit, cum lucri cupiditate, ut eorum opibus potiri poſſet, id feciſſe, & miſellos illos fuiſſe inſontes, neque commiſiſſe aliquid dignum pœna. *Volum. 2.* In contraria opinione fuit Nauclerus, dum ſcribit: Anno 1310. Hoſpitalarij S. Joannis inſulam Rhodi capiunt: Sequenti anno caſſatus fuit ordo Templariorum, qui in ſua prophana profeſſione abnegabant Chriſtum, exſpuebant ſuper crucem, & adorabant Diabolum ſub ſpecie Catti, ſicut plures eorum confeſſi fuerant. Gulielmus Paradinus autem, licet multo ſit prolixior in cumulandis criminibus, eiſque enormiſſimis, quæ *In Chron.* huic ordini imputata fuere, multa atrociora, quam olim Romæ in Bac- *Sabaudiæ* chanalibus, tamen ſub finem ipſemet ea in dubium vocare & excuſare vi- *lib. 2. c. 16.* detur.

Poſtremo adſcribenda duxi ea, quæ Nicolaus Serrarius in vita Petri Archiepiſcopi Moguntini, de Templariis inſeruit. Idem D. Petrus, inquit, pro- *Mogun.* vinciale habuit concilium, in quo ſtatutorum provincialium ex antiquiori- *rerum li. 5.* bus ſynodis compendium colligit, cujus vix paucula ſuperſunt, & Romani Pontificis juſſu tractata eſt Templariorum cauſſa. Comparuit autem in Synodo (quemadmodum refert * M. S. L.) Hugo comes Sylveſtris & Rheni, ** id eſt,* qui morabatur in Grumbach, prope Meiſenheim, cum XX. fratribus, ſub *Manu-* habitu Ordinis, probe armatus. Hi omnes non quidem vocati, ſed ultro & *ſcriptus* ſubito in conſeſſum Patrum irrumpunt, omnibus attonitis. Archiepiſco- *Latinus.* pus viros conſiderans ac violentiam timens, placide jubet. Commendator ut ſedeat, & ſi quid habeat in medium afferendum, ut depromat. Qui clara & libera voce exorſus, ſe ſuoſque confratres intellexiſſe, hanc Synodum ſui Ordinis delendi gratia potiſſimum congregatam, ex commiſſione Romani Pontificis. Enormia enim quædam ſcelera, & plus quam Ethnica flagitia illis obijci, quæ in privato deſignarent, quod ipſis ſane eſſet graviſſimum & intolerabile: maxime quod non ordinarie auditi, nec convicti condemnarentur. Quare coram iſta Patrum congregatione ſe appellare & provocare ad futurum Pontificem, ejuſque univerſum Clerum: publicè quoque proteſtari, eos qui propter talia flagitia alibi igni traditi eſſent & combuſti, conſtanter pernegaſſe, ſe quicquam eorum deſignaſſe, atque in ea confeſſione tormenta & mortem perpeſſos, imo Dei Opt. Max. ſingulari judicio & miraculo eorum innocentiam comprobatam, quod albæ chlamydes ac rubricatæ cruces igni nõ potuerunt absumi. Archiepiscop⁹ his auditis, ne tumultus ſuborïretur proteſtationem eorum admiſit, ſeque cum Romano Pontifice acturum reſpondit, ut quieti eſſe poſſint, atque ita ad propria dimiſit. Poſtea vero Petrus aliam commiſſionem obtinuit, juxta quam procedens.

 præ-

In Catalogo gloriæ mundi part. 9. obſerv. 5.

prædictos cenſuit abſolvendos. Actum anno 1311. Calendis Julij, ut Nauclerus ex quodam Jacobo Moguntino tradit. Hæc Serrarius. De militibus templariis Chaſſanæi eſt hæc ſententia. Hi circa annum Domini MCXVII. ſub Pontifice Gelaſio II. Hieroſolymis initium ſumpſerunt, *ut refert Polydorus & Philip. Bergomenſis in ſupplem. Chron. li. 12.* Hi quia in parte ædium templi habitabant. Templariorum nomen inde habuerunt. Hi primum devotionis gratia non longe à ſepulchro Domini habitantes, Chriſtianos peregrinos hoſpitio cum charitate ſuſcipiebant, atque eos per ſacra loca & templa armati ducebant & comitabantur, ut omnem terram ſanctam tuto viſerent, & inde ſine adverſariorum moleſtia reducebant Fuerunt hujus caritatis officii auctores viri pietate inſignes novem numero, quorum principes Hugonem, Paganum & Gaufredum de S. Alexandro extitiſſe ferunt. Vtebantur atque incedebant mantelis albis cum cruce rubea, duravitque hæc religio ferme 200. annos, & maximas facultates & oppida quam plurima ubique gentium ſuo tempore poſſedit. Veruntamen convicti demum impietatis, quod qui Hieroſolymis agebant, ad Saracenos defeciſſent, eſſentque in fœda vita propter rerum abundantiam a Chriſtianis comprehenſi tanquam infideles & hæretici Pontificatu Clementis V. exterminati ſunt. Et etiam quia apud Gallos ſtabant, cum ubique ignominioſe nimium vitam ducerent è Philippo Francorum Rege Pont Rom. concedente. Quibus omnibus deletis eorum bona opulentiſſima partim militibus Rhodianis, imo major pars, partim novis religionibus attributa & conſignata ſunt. Et iſtis Templariis privilegium conceſſum erat, ut excommunicati per ſuum Priorem, qui ſacerdos erat, abſolverentur, ut in cap. canonica de ſentent. excom. extra. Hactenus Chaſſanæus. Ex his diverſis judiciis auctorum ſumat quiſque ſibi, quod veritati hiſtoriæ conſonum ſit, & æſtimet utrum univerſus ordo Templariorum non ſolum tam atrocem mortem & ſupplicium, ſed etiam confiſcationem & ablationem omnium bonorum, commeritus, ſed potius venia & commiſeratione dignus fuerit.

Caput XCI

Commendatio privatæ vitæ.

Cap 32 & 39. cent. 1. & 41. cent. 2.

DVlcedo, cupiditas, ſuavitas, & ſecuritas privatæ vitæ mihi veluti ca[illegible] car præbuit, ut [illegible]oribus meis cogitationibus & meditationibus peculiare aput aliquid rem, indeque veluti ſolatium & voluptatem [illegible]tis inſtar, perciperent nihilque mihi gratius contingere poſſet, quam ut reſiduum tempus ætatis meæ ingraveſcentis illa frui poſſem. Quis enim (ut

sc

recte (inquit Buchananus) ſanæ mentis, non in mediocri fortuna ſubſiſtere malle privatus quam in perpetuis moleſtiis, aliorum intentus negotiis, ſuæ rei negligens, totum vitæ curſum ad alienas rationes componere; Huc reſpexit Seneca in hiſce elegantiſſimis verſiculis: *De jure Regni apud Scotos.*

Non alia magis eſt libera, & vitio carens,
Ritusq́ melior vita, quæ priſcos colat,
Quam quæ, relictis mœnibus, ſilvas amat,
Non illum amara mentis inflammat furor,
Qui ſe dicavit montium inſontem jugis,
Non aura populi, & vulgus invidum bonis,
Non peſtilens invidia, non fragilis favor.
Non ille regno ſervit, ac regno invidet
Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes,
Spei metusq́ liber: haud illum niger
Edaxq́ livor dente degenere petit
Nec ſcelera, populos, inter atque urbes ſita
Novit, nec omnes conſcius ſtrepitus pavet

Pulcherrime Seneca: Sed rhythmi Italici ſequentes non minorem elegantiam habent:

Ben ſi puo dir quel cittadin felice,
Che ſa ſchifar della citta, i travagli,
Splendendo in vagi ſtudii & caccie liete,
In villa i giorni, & a queſti de gli antichi,
Fra boſchi, ſelve, campi, laghi, & fonti
Procura il vitto, in terra, & vita in cielo.

Idipſum obſervavit nobiliſſimus Poeta Anglus Chalonerus, ubi aulicam vitam ad privatam, eamque ruſticam, collatam vituperat, ex quo hoſce verſus ob elegantiam huc inſerere volui: *In miſcellaneis.*

Scilicet alma fides, probitas, candorq́ perennis
Et pudor, & puræ religionis amor,
Rura colunt, parvosq́ lares, tacitosq́ receſſus
Sylvarum, & fontes lene fluentis aquæ.
At bifores vitant regalia limina valvas,
Illaq́ Penelopes atria plena procis
Fraus ubi & inſidiæ, ridens & atque ore profundus
Livor, & indignis artibus ambitio.
Omnia purpureæ penetralia protinus aulæ
Praevenere, bonis ne locus eſſe queat.

Ergo nec aſpectu tutum eſt divertere, porta
Egrediens plenius qua planus egreditur.

Non omittenda quoque eſt laus & votum vitæ beatæ Juſti Lipſii, qui, ſi in illo ſuo propoſito perſeveraſſet non in multorum reprehenſionem, ſicut plures hac de re libri exſtant, incidiſſet. Verſiculi ejus ſunt tales, quos primæ Centuriæ Epiſtolarum ſuarum inſeruit:

Ille eſt par ſuperis Deis,
Et mortalibus altior,
Qui fati ambiguum diem
Non optat levis, aut timet.
Quem non ambitio impotens,
Non ſpes ſollicitat lucri.
Quem non concutiunt metu
Regum præcipites minæ,
Non telum implacidi Iovis,
Vero ſed ſtabilis loco
Vulgi ridet inania.
Securo oritur dies.
Securo cadit & dies,
Vitam ſi liceat mihi
Formare arbitris meis,
Non faſces cupiam aut opes:
Non claris niveis equis
Captiva agmina traxerim
In ſolis habitem locis,
Hortos poſſideam, atq; agros
Illic ad ſtrepitus aquæ
Muſarum ſtudiis fruar.
Sic cum fata mihi ultima
Perneverit Lacheſis mea
Non ulli gravis aut malus,
Qualis Languius hic meus,
Tranquillus moriar ſenex

Nec diſſimilia iſtis etiam ex Boethii Conſolatione philoſ. depromere poſſem, quæ malo lectorem ex ipſo fonte petere. Huc reſpexit olim Magnus ille Galliæ Cancellarius Hoſpitalius ad Turnonium Cardinalem, quum propter ferias juridicas illi conceſſum fuiſſet, unum atque alterum menſem ruri vivere: imitatus autem eſt Similem Præfectum (cujus inſcriptionem monumenti primæ Centuriæ noſtræ inſeruimus) hiſce verſiculis.

O noſtri

O noſtri melior pars temporis, ò duo ſumma
Lætitia menſes exacti, ſcilicet ex quo
Publica jampridem tractare negotia cœpi.
His mihi ſum viſus ſolis vixiſſe diebus.

Idipſum ſentit & optavit præſtantiſſimus ille Legatus Cæſareus, Augerius Busbeckius, ex Conſtantinopolitana aula Turcica reverſus, & otium honeſtum atque quietem in vita privata exoptans. Evolare, inquit, me ex aula, & domum redire geſtientem, retinent etiam privata negotia. Nam mihi quidem vita aulica uſquequaque cordi non eſt. Notæ mihi ejus ærumnæ. Falſo ſplendore multæ ejus miſeriæ obtenduntur. Fuci in ea multum, candoris parum eſt. Nulla eſt aula, quæ vacet invidia, in qua non deſideretur amicitiæ fides, ubi voluntatum mutatio & ſubita ruina metuenda non ſit. Nam Principes & ipſi homines ſunt. Vidi, qui centum amicis ſtipatus regiam adierat, irato Rege, vix cum uno comite domum redire. Aula vero bona non novit, niſi ſero: Vmbris, fama, ſpecie, fallaciis, errore populari dicitur: Vt eos fortunatos ducere non dubitem, quibus illa cito, & cum parvo incommodo defungi datum ſit. Optabile eſt, ſibi poſſe vivere & Muſis, & cum paucis, & non fallacibus amicis, in agelli angulo conſeneſcere. Aut nullo eſt in hoc terreſtri exilio, ut ea demum vera vita, eſt. Nimirum quum ſæpe plus is fiat in aula nobilis ſcurra, quam vir bonus, ut non abſurde boni viri inter aulicos ſpecie oculis ſibi eſſe videantur, qui aſinum pinxerunt inter ſimias. De communibus aulis loquor. Nam me non fugit, multas atq; has præcipue, viris in omni laudis genere præſtantiſſimis, tanquam rariſſimis luminibus illuſtrari. Vtut ſit, mihi ſolitudo, & ſtudiorũ nutrix quies, turba & ſtrepitu aulico potior, &c. Hæc cum ſint memorabilia, & ad multa in vita noſtra regenda, & recte gerenda, vtilia, ex ſummi illius viri monitione huc inſerere volui Sunt enim ejus epiſtolæ quatuor; plenæ rerum magnarum, & ad publica & privata negotia recte adminiſtranda admodum utiles. Neque Lector cupidus diſcendi ab iis legendis ſatur abire poteſt: quod ſane mihi accidit. Nam licet ter quaterve eas perlegerim, ſemper tamen me cupiditas plura cognoſcendi, ad eas retrahit. Dolendum autem eſt, non abſque jactura Reipubl. inſigni hunc tam excellentem virum & bis Legatum Cæſareum, ad Turcicum Imperatorem, eumque, re bene geſta, incolumem, ſuperatis multis periculis, & quidem feliciter, tandem proficiſcentem Dieppam, ad Regem Galliarum nunc regnantem in ſylva quadam à latronum manipulo ſpoliatum, & crudeliter occiſum eſſe, qui digniſſimus certe fuerat, & longiori vita, & feliciori exitu. *Epiſt. 4.*

Poſtremo, ut ne hoc omittam, Liviana ſimilitudo eſt perelegans, ubi dicit: *Lib. 34*

 dicit:

dicit; *Scitote, teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, tutam ad omnes illam eſſe, ubi exſerit partes aliquas, quodcunq; nudavit, obnoxiũ atq; [illegible] habere*

Quoniam autem præſtantiſſimus ille Busbequius in ſuperiore loco vitæ aulicæ conditionem breviter attingit: placet ea occaſione ad capitis hujus finem quaſi appendere tabellam vitæ aulicæ, ingenioſe depictam a Luciano in libro de mercede conductis. Græcam ἔκφρασιν ejus picturæ, qui volet, ex fonte ipſo petat. Nobis hic Latina interpretatio ſufficere poterit, quæ talis eſt:

Libet mihi (*inquit Lucianus*) Cebetis illius exemplo imaginem quandam hujus vitæ (aulicæ) tibi depingere, ut eam contemplatus, ſcire queas, num ex uſu tuo ſit eam adire. Equidem magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrhaſium, vel Aetionem, vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verum quoniam fieri non poteſt, ut aliquem artificem tam egregium atque abſolutum nanciſcamur, in præſentia tenuem quandam pro meo virili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur veſtibulum ſublime atque inauratum, neque id humi ſitum in ſolo, verum procul a terra in edito collis faſtigio, præterea inacceſſum ferme & abruptum, lubricoque aditu, ita ut plerunque, qui ſe jam ad ſummum uſq; verticem penetraſſe ſperant, lapſo pede præcipitati cervicem frangant. Intus autem Plutus ſedeat, totus (ſicuti videtur) aureus, majorem in modum formoſus, atque amabilis. Porro amator ille vix tandem conſcendit, jamque ad fores acceſſit, obſtupeſcat, oculis in aurum defixis: deinde Spes, quæ & ipſa ſpecioſo vultu eſt, ac verſicoloribus amicta, manu prehenſum introducat, mire jam ipſo ingreſſu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore Spes uſque illum antecedat, ducat que: tum aliæ mulieres illum excipientes, puta Fallacia Servituſque tradant labori. At is multum penitus defatigatum tandem Senectæ tradat jam morbi ſum, coloreque commutato. Poſtremo Contumelia arreptum illum ad Deſperationem pertrahat & hoc quidem tempore Spes avolans evaneſcat. Tum ille non per aureum illud atrium, per quod ingreſſus fuerat, ſed per poſticum quoddam, & occultum exitum extrudatur, nudus, ventricoſus, pallidus, ſenex, læva quidem pudenda occultans: dextra vero ſeipſum ſtrangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo fruſtra lachrymans, & miſerum his etiam conficiens. Atque hic quidem eſto picturæ finis. Cæterum tu Timocles optime, ipſe diligenter conſideratis ſingulis expende, num e re tua ſit, ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingreſſus, per illas longe diſſimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris ſapientis illius, qui dixit: *Deum in culpa non eſſe, verum qui ſua ſponte delegerit.*

Hactenus Luciani tabula vitæ aulicæ, depicta ad imitationem Cebetis,

Capvt

Caput XCII.

Reges, Principes, & alios heroes, nonnunquam privatam vitam & quietam potius, quam ſplendidam, expetiiſſe.

QUomodo privati otium honeſtum & quietem plus quam aulicos honores, & vitam ſplendidam expetiverint, illamque præ hac commodiorem & ſecuriorem exiſtimarint, aliàs à me prolixe judicatum, & pluribus exemplis illuſtratum eſt. Hæc autem cupiditas privatæ & mediocris vitæ non ſolum ad inferiores, ſed etiam ad magnates & ſupremos Principes ſe extendere, eosque felices exiſtimaſſe, ſi illa ipſis, cum ob moleſtiam gubernandi, tum ob pericula à militibus propriis & exteris imminentia, contigerit, ad priora ſequentia, auctarij loco, adjungenda duxi. Igitur P. *In li.2. hiſt.* Cornelius Tacitus non fruſtra paucis verbis multa monet, dicens: Fluxam per diſcordias militum fidem & periculum ex ſingulis, &c. Quod obſervavit Hannibal Scotus, ubi in ſuis commentariis interpretando addit: Eſt fluxa per diſcordias militum fides, periculum ex ſingulis. Aurantius Princeps documentum dedit noſtris temporibus, à ſuis hoſtibus incolumis, deinde ſingularis militis audacia peremptus: & hic caſus evitari poteſt. Dummodo enim quis in animum induxerit, ſe velle non vivere, poteſt quemvis magnum Monarcham interficere, ſed rariſſima ſunt exempla. Tale Pauſaniæ erga Philippum Cimeriotti cujuſdam erga Solimannum: Timariotti erga Mahumetem, primum Vitcirem, & nonnulla alia, quæ in multis ſeculis evenerunt, &c. Huc pertinet inſolitum & audax facinus Monachi Dominicani, qui non ita pridem Henricum III. Galliæ Regem, alioquin fautorem magnum monaſtici ordinis, in cubiculo ſuo, ſimulato zelo, perfricta fronte, & inſigni audacia & exemplo. Regibus & Principibus admodum periculoſo, cultello, ut dicitur, veneno infecto, quem in manica abſconderat, lethali vulnere, ex inſidiis, occidit. Recte itaque Seneca: Quod regnum eſt, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? Nec magnis iſta intervallis diviſa: ſed horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua. Hoc movit Henricum Stephanum, ut peculiarem librum evulgarit, cujus titulus eſt: CAVETE VOBIS PRINCIPES. *Lib.9.* Non fruſtra itaque Quintus Curtius monet: Regum exitum ſi reputaverimus, plures a ſuis, quam ab hoſtibus interemtos reperiemus. Cæterum cupiditas privatæ, & fuga regiæ vitæ commovit etiam Ramirum Regem Arragoniæ, *In Collect. de relig. & cult, l.1.* teſte Baptiſta Fulgoſio Nam cum in monaſtica ſua vita, mortuo ejus fratre,

Arrago-

dovico Bavaro, certis conditionibus dimiſſus eſſet, hoc nomen ex tranſactione inter illos facta, uſque ad mortem retinuit, ita ut in literis alter alterum Cæſarem appellaret, & nomen ſuum ſcribens, præponeret. Animadverterunt ſane optimi Imperatores, quam grave periculum & onus ſit, recte imperare, & gubernare: ideoq; vitam privatorum & ruſticorum felicem duxerunt, ſicut ex Vopiſco quoq; patet, ubi ſcribit: Diocletianum, reſignato Imperio, ſæpenumero dicere ſolitum: *Nihil difficilius eſſe, quam bene imperare.* Nam quatuor vel quinque viri ſe colligunt, atq; unum conſilium capiunt, ad Imperatorem decipiendum, dicunt, quid probandum ſit: Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit, cogiturque hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur, facit judices, quos fieri non oportebat: amovet à Repub. quos retinere debeat. Quid multa? Bonus, cautus, & optimus venditur Imperator. Eandem difficultatem recte imperandi obiicit Benevenutus de Rambaldis in ſuo Auguſtali (quem librum non recte Franciſ. Petrarchæ adſcripſit Albertus de Eyb Eques Francus & utriusque Iuris Doctor ſuo tempore diſertiſſimus (Wenceslao, Caroli IV. filio, hiſce verbis: Wenceslaus, vivente patre electus eſt Imperator, & adhuc regnat: Hic juvenis robuſtus venator, quid acturus ſit, ignoro, tamen minatur, ſe venturum in Italiam. Sed ne venias, precamur te, ſi non vincis laude parentem tuum, quanquam aliud de te ſperamus. Nam præſentia Cæſaris Julij vix ſufficeret, ad compeſcenda mala, quibus miſera laceratur Italia, temporibus tuis. Sic imperium orbis cœlum verſat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus Romanum Imperium, præfiguratum in tibiis ferreis, cui nihil olim defuit, niſi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil poſſideat, niſi modicum Occidentis. Hæc ille. Si quis autem plura hac de re ſcire deſiderat, is legat eundem Petrarcham de remedio utriuſque fortunæ. Vtilis quoque eſt cautio & ſimilitudo elegans de ratione recte gubernandi, A. Gellii, vel, ut nonnulli recentiores volunt: Agellij: Vita hominum inquit, qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuisque volunt eſſe uſui, negotia periculaq; improviſo multa prope quotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda perinde eſſe oportet animo ſemper prompto atque intento, ut ſunt athletarum, qui Pancratiaſtæ vocantur. Nam ſicut illi ad certandum vocati, projectis alte brachiis, conſiſtunt, caputque & os ſuum, manibus oppoſitis quaſi vallo præmuniunt, membraque eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad facienda parata, ita animus atque mens viri prudentis, adverſus vim & petulantias injuriarum, omni in loco atq; tempore proſpiciens, debet eſſe erecta, ardua, ſepta, ſolida, expedita, nunquam conniyens, nuſquam aciem ſuam flectens, conſilia cogitationesque, con-

In Aureliani vita.

In fine.

In Margarita Poetic. par. 2. lt. 12.

Dialogo 95.

Li. 13. c. 26.

tra fortunæ verbera, contraque inſidias iniquorum, quaſi brachia & manus prætendens, ne qua in re adverſa & repentina incurſio imparatis improtectiſque oriatur. Poſſem & plura de Imperatoribus & Regibus, qui pertæſi laborioſæ & tædioſæ gubernationis, abdicato Imperio, ad privatam & quietam vitam ſeſe contulerint (inter quos præter Diocletianum fuit Lotharius & Carolus V. Cæſares) huc annectere, ſed iis in alium locum reſervatis, tantum Sertorij, qui, dimiſſo exercitu, in Inſulas Athlanticas, ut ibi privatus ſecure ac quiete vitam ſuam conſumere poſſet, ſe contuliſſet, niſi proditorie occiſus eſſet, in fine hujus capitis adiiciam monumentum, quod ad Eboram Luſitaniæ, (quæ olim Liberalitas Julia fuit) cum hac inſcriptione extat, haud ſcio, an integrum:

SERTOR. LVSIT. DVX. IN EXTREM: ORB. PLA-
GA. D. IMMORT. VOVET. ANIM. BVSTO
CORPVS. QVI. TIBI SALO. TETHI. SERVATVS
QVO. VOCO. CIRCA EBOR. RO. COS. Q.
IPS. CECIDERAT. OLIM. H.EREX. S. CIRCVM.
VENTVM. DOLO. VMB. ELISIVM. DIRIGE
DIVA. D. S. TII.
AVLICVS. P.

CAPVT XCIII.

De felicitate vitæ ruſticæ rhythmi Gallici, cum interpretatione Latina, Nicolai de Clamengiis.

Combien, eſt heureuſe la vie de celuy, qui fait ſa demeure aux champs: par Philippe de Vitrac Eveſq. de Meaux,

SOus feville verd, ſur herbe delectable,
Sur ruy bruyant, & ſur claire fontaine
Trouv. y fi hee une borde portable.
La mangeoit Gontier avec dame Helene
Frais fromage laict, beurre, fromagee
Creſme maton, prune, noix, pomme, poire
Cibor, oignon, eſcalogne froyce
Sur crouſte biſe, au gros ſel, pour mieux boire
Au groumet beurent & oiſollons harpoyent,
Pour rebaudir & ledru & la drue.
Qui par amours depuis s'entrebaiſoyent
Et bouche & nee & polie & barbue.
Quand eurent prins des doux mets de nature,

Tantoſt

Tantoſt Gontier, hache au col, au bois entre
Et dame Helene ſe mit toute ſa cure
A ce buer qui coevurſe dos & ventre
I'ovi Gontier en abattant ſon arbre
Dieu mercier de ſa vie treſſeure.
Ne ſcay, dit il, que ſoint piliers de marbre,
Pommeaux luiſans mure veſtue de peincture.
Ie n'ay paour de trahiſon tiſſue
Sous beau ſemblant, ne qu'empoiſonne ſoye
En vaiſſeau d'or. Ie n'ay la teſte nue.
Devant tyray, ne genovil qui ſe ploye,
Verge d'huiſſier jamais ne me deboute.
Car jusques là ne me prend convoitiſe,
Ambition, ne leſcherie glaute.
Labour me paiſt en ioyeuſe franchiſe:
I'aym' dame Heleine & elle moy ſans faille:
Et c'eſt aſſez: de tombe n'avons cure.
Lors dis, Helas, ſerf de cour ne vaut maille,
Mais franc Gonuer vaut en orgemme pure.

IDEM LATINE PER NIC. DE Clamengiis

FRonde ſuper viridi locus eſt in gramine amœne,
Illuſtrat nitidis illum fons limpidus undis,
Et de fonte fluens placido cum murmure rivus.
Hic caſa fixa fuit geſtabilis: intus edebant
Gonterus comes, ac Helene, cum lacte butyrum,
Spumantis florem & lactis, maſſamq; coacti,
Caſeolumq; recens preſſum, & cui caſeus indit
Nomina, mixtaram agreſtem: non cerea deerant
Pruna, nuces variæ, pyra ſtyptica, dulcia mala.
Non oculis cæpe infeſtum, non ſectile porrum,
Non alium in morem fricta aſcalonia, nigro
Pane ſuper, ſale cum multo, ſitis ut magis urat.
Cortice fagineo lympham de fonte biberunt.
Interea volucres mellito gutture cantus
Deſuper exercent varios, hilarantq; beatos
Convivas: hinc alterutrum grata oſcula ferre
Mutuus egit amor. Prædulcia fercula poſtquam

En grand palais, en ſale plantureuſe
En vironne de famille pompeuſe,
Pleine de fraude, d'enuie & de murmure,
V vide de foy, d'amour, de paix joyeuſe,
Serve, ſubiecte par convoiteuſe ardure
Vins & viandes avoit il ſans meſure :
Chairs & poiſſons occins en mainte guiſe,
Erovicts & ſauſſes de diverſe teincture,
Et entremets faicts par art à diviſe,
Le mal glouton par tous guette & adviſe
Pour appetit trouver, & quiert maniere,
Comment ſa bouche de leſcherie eſpriſe
Son ventre empliſſe, comm' bourſe pantonniere,
Mais ſac à fiene, puenté cimetiere,
Sepulchre à vin, corps bouffi, craſſe panſe
Pour tous ſes biens en ſoyn' á lie chiere.
Car ventre ſaoul n' a en ſaveur plaiſance,
Ne le delite ieu, ris, bal ne danſe.
Car tant convoite tant quiert, & trant deſire,
Qu'en rien qu'il ayt n' a uraye ſuffiſance.
Acquirer veut ou Royaume ou Empire,
Pour avarice ſent douloreux martire,
Trahiſon doute, en nully ne ſe fie,
Cœur á felon, enflé d' orgueil & d'ire,
Triſté, penſif, plein de melancolie.
Las trop miex vaut de franc Gontier la vie,
Sobre lieſſe, & netté poureté
Que pour ſuyvir par orde gloutonnie
Cour de tyran, riche malheureté.

IDEM LATINE PER NIC. DE Clamengiis.

Rupis in horrenda ſcopulis ſedet edita turris,
Pervia nubiferis Auſtris, Boreaq; ſonanti,
Quam rapidus nimiumq; minax præterfluit amnis.
Ardua ſunt illic opulenti tecta tyranni.
Aula eſt purpureis ornata tapetibus; auro
Atria tota micant, ut Midæ credere poßis.
Hunc, dum ſublimi menſa diſcumbit, obibat

Turba miniſtra, procax, livoris plena veneno,
Plena dolis; ac inſidiis & murmure cæco.
Nulla fides illis, non pax, aut fœdus amoris:
Preſſa gravi, ſed colla jugo, majora parandi
Ambitione: adeo cupidis nil parta videntur.
Vina dapeſq́; aderant numero ſine, quod vehit aer,
Quodq́; creat pelagus, quod tellus, ſiſtitur illic.
Quæq́; ſuo condita modo pulmenta, colore
Salſamenta ſimul vario fucata nitebant.
Vndique perluſtrat, veſtigat cuncta guloſus,
Vt ſibi quid ſapiat de tanta mole ciborum:
Exquiritq́; vias, quibus ora accenſa furenti
Ingluviem, ventremq́; avidum, ſeu dira charybdis
Expleat: at ſaccus fœtus, ſentinaque putris,
Corpus craſſitie turgens, immane ſepulchrum
Bacchi, inter lautas epulas hilareſcere neſcit,
Nubila ſemper ei frons eſt, ac lumina torva.
Nil perdix, aut pavo ſapit, faſtidit olorem.
Quid mireris? adhuc heſterna obſonia ructat.
Non juvat hunc plauſus, luſusve decensve chorea.
Nempe ſitim rabidam, non, quod fert Lydia, ſedet
Aurum, quotque Tagus voluit, quotque Hermus arenas
Nil ſatis eſt: cupit imperio regnove potiri:
Torquetur curis mordacibus æſtuat inter
Spem dubiumque metum: non ulli fidit amico.
Nam neque amat pure quemquam, nec amatur ab ullo
Proditione petiſemper timet, atque venenis.
Fellea corda gerit faſtu inflammatus & ira:
Anxius & triſtis ſemper, nec mente quietus.
Eheu Gonteri quanto præſtantior eſt ſors,
Splendida pauperies, frenataq́; gaudia, tuta
Libertas, quam infame gula per dedecus, aulam
Divitis infauſtam ſectari velle tyrannis,

CAPUT

CAPVT XCV.

Votum rhythmicis Gallicis pias complectens ſententias.

SEigneur mon Dieu, mon pere pytoyable,
Octroye moy ce deſir immutable,
De te vouloir, te cercher, te trouver,
En te trouvant te cherir d'un grand zele;
Te cheriſſant te demeurer fidele
Fidele eſtant ja mais ne varier.
Donne à mon cœur le don de repentance,
A mon eſprit de ſalut cognoiſſance,
Et à mes yeux une ſource de pleurs,
Donne à mes mains l'au mosne charitable
Eſteins en moy la flamme inſatiable
Et de la chai les cruelles chaleurs:
Dedans mon cœur, allume, embraſe, enflamme
De ton amour la vive & ſainćte flamme,
Chaſſe de moy l'eſprit preſomptueux:
Octroye moy le treſſor amiable
D'humilité, vertu tres deſiderable,
Romps le deſpit fier & tumultueux,
Muni mon cœur de forte patience,
Repurge le de toute outrecuidance.
D'orde rancune, & de mauvais vouloir:
Vien le remplir une douce penſee,
La vive foy i'y ſente redreſſee,
La charite l'humilité, l'eſpoir:
La vanite d'autour de moy recule,
En mon eſprit l'inconſtance ſoit nulle
Tout changement de moy ſoit reietté:
Ma bouche ſoit de friandiſe exempte,
De peu de mets l'eſtomac ſe contente,
Gueri mes yeux da folle avidité:
Chaſſe de moy l'orgueil, & injurie,
Detraction, moqueuſe flatterie,
Retire moy loing de tous curieux.
Ne permers pas, que i'aime vaine gloire,

Ny que de tout i'oſe me faire croire,
Ny que ie ſois ami des vicieux
Mon ame ſoit par toy ſi bien appriſe,
Que l'indigent ja mais ie ne meſpriſe,
Que ie ne face au foible oppreſſion.
Que ie ne ſois aveugle d'avarice,
Que part ie n'aye à quel conque injuſtice,
Ains du chetif i'aye compaſſion.
Retranche en moy le deſir de mal faire,
Vouloit inique, obſtine, temeraire,
Vile pareſſe, & molle oiſivete,
Aveuglement de cœur & de penſee,
Barbares mœurs, vie mal compaſſee.
Et le malheur d'un eſprit hebeté,
A celle fin que loing de moy ſe treuve
De maints pechez l'abominable preuve.
La reſiſtance au bon & ſainct conſeil,
A trop parler une langue effrenee,
De la droiture un'ame deſtournee,
Vn cœur reveſche & aux pauures cruel.
Que ie ne ſois arme de calomnie
Contre l'honneur d'une innocente vie,
Ny trop piteux ny trop ſevere aux miens,
Ny non châlant au deu de mon office,
Ny trop enclin à ſupporter le vice,
Ny trop chagrin envers ceux qui ſont tiens.
O Eternel, humblement ie te prie,
Que pieté dans moy reprene vie,
Se accompaignant d'humble compaſſion:
Que l'affligé doucement ie conſole
Par ſaincts effects & par bonne parole,
Et le foulé i'oſte de oppreſſion;
Qu'à l'indigent & pauure ie ſubviene,
Le ſoulageant de la puiſſance miene,
Et qu'au foulé ie ſerve de ſupport.
Au diſetteux ma dedte ie remette,
A mes haineux toute offenſe à moy faite,
A l'ennemi i'offre paix & accord.
Que pour le mal le bien ie face & rende

Que

Que deſdaigner aucun ie ne pretende,
Ains à chaſcun defere honneur,
I'adhere aux bons, les ſuperbes i'evite,
I'aime vertu, le vice ie deſpite,
Que ie t'invoque en joye & en douleur:
Qu'en mon bon heur je ſuyue l'attrempance,
Qu'en dur ennuy i'adhere a l'eſperance,
Ie parle peu, je marche rondement
Que pour un rien periſſable je tiene
Toute chevance & vigneur terrienne,
Ayant mon cœur au ciel entierement.

Hæc veteris poetæ carmina ad excitandas pias cogitationes in peculiare caput inſerere volui. Anguſtia autem temporis obſtitit, quo minus hoc pium votum transferri paribus Jambis in Latinam linguam nunc potuerit: ſed quod omiſſum hic eſt, alio tempore commodiore complebitur: Interim hanc amici cujusdam noſtri extemporalem verſionem de verbo ad verbum expreſſam boni conſule.

DOMINE *mi Deus, mi Pater miſericors,*
Da mihi ut te deſiderem inceſſanter,
Te velim, te quæram, te inveniam,
Te inventum amem magno zelo,
Tibi amato perſeverem fidelis,
Inq; fide tua numquam variem.
Da cordi meo donum pœnitentiæ,
Animo meo ſalutis cognitionem,
Et oculis meis ſcaturiginem lachrymarum,
Da manibus meis eleemoſynam benignam,
Extingue in me flammam inſatiabilem,
Et carnis crudeles ignes,
In corde meo alluce, accende, inflamma
Amoris tui vivam & ſanctam flammam,
Tolle à me ſpiritum præſumptuoſum:
Largire mihi theſaurum amicabilem
Humilitatis, virtutem deſiderabiliſſimam,
Contunde iram ferocem & tumultuantem,
Muni cor meum propugnaculo patientiæ,
Repurga illud ab omni arrogantia,
Ab impuro odio, & prava concupiſcentia.

dicit; *Scitote, teſtudinem, ubi collecta in ſuum tegmen eſt, tutam ad omnes iſtus eſſe, ubi exſerit partes aliquas, quodcunq; nudavit, obnoxiũ atq; inermũ habere*

Quoniam autem præſtantiſſimus ille Busbecquius in ſuperiore loco vitæ aulicæ conditionem breviter attingit: placet ea occaſione ad capitis hujus finem quaſi appendere tabellam vitæ aulicæ, ingenioſe depictam a Luciano in libro de mercede conductis. Græcam ἔκφρασιν ejus picturæ, qui volet, ex fonte ipſo petat. Nobis hic Latina interpretatio ſufficere poterit, quæ talis eſt:

Libet mihi (*inquit Lucianus*) CEBETIS illius exemplo imaginem quandam hujus vitæ (aulicæ) tibi depingere, ut eam contemplatus, ſcire queas, num ex uſu tuo ſit eam adire. Equidem magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrhaſium, vel Aëtionem, vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verum quoniam fieri non poteſt, ut aliquem artificem tam egregium atque abſolutum nanciſcamur, in præſentia tenuem quandam pro meo virili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur veſtibulum ſublime atque inauratum, neque id humi ſitum in ſolo, verum procul a terra in edito collis faſtigio præterea inacceſſum ferme & abruptum, lubricoque aditu, ita ut plerunque, qui ſe jam ad ſummum uſq; verticem penetraſſe ſperant, lapſo pede præcipitati cervicem frangant. Intus autem Plutus ſedeat, totus (ſicuti videtur) aureus, majorem in modum formoſus, atque amabilis. Porro amator ubi vix tandem conſcendit, jamque ad fores acceſſit, obſtupeſcat, oculis in aurum defixis: deinde Spes, quæ & ipſa ſpecioſo vultu eſt, ac verſicoloribus amicta, manu prenenſum introducat, mire jam ipſo ingreſſu attonitum. Atq; ab eo quidem tempore Spes uſque illum antecedat, dux atque: tum aliæ mulieres illum excipientes, puta Fallacia Servituſque tradant labori. At is miſerum penitus defatigatum tandem Senectæ tradat jam morbidum, coloreque commutato. Poſtremo Contumelia arreptum illum ad Deſperationem pertrahat. & hoc quidem tempore Spes avolans evaneſcat. Tum ille non per aureum illud atrium, per quod ingreſſus fuerat, ſed per poſticum quoddam, & occultum exitum extrudatur, nudus, ventricoſus, pallidus, ſenex: læva quidem pudenda occultans: dextra vero ſeipſum ſtrangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo fruſtra lachrymans, & miſerum illum his etiam conficiens. Atque hic quidem eſto picturæ finis. Cæterum tu, Timocles optime, ipſe diligenter conſiderans ſingulis expende, num e re tua ſit, ut in hanc imaginem per aureas illas fores ingreſſus, per illas longe diſſimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris ſapientis illius, qui dixit: *Deum in culpa non eſſe, verum qui ſua ſponte delegerit.*

Hactenus Luciani tabula vitæ aulicæ, depicta ad imitationem Cebetis.

CAPUT

Caput XCII.

Reges, Principes, & alios heroes, nonnunquam privatam vitam & quietam potius, quam ſplendidam, expetiiſſe.

QUomodo privati otium honeſtum & quietem plus quam aulicos honores, & vitam ſplendidam expetiverint, illamque præ hac commodiorem & ſecuriorem exiſtimarint, aliàs à me prolixe judicatum, & pluribus exemplis illuſtratum eſt. Hæc autem cupiditas privatæ & mediocris vitæ non ſolum ad inferiores, ſed etiam ad magnates & ſupremos Principes ſe extendere, eosque felices exiſtimaſſe, ſi illa ipſis, cum ob moleſtiam gubernandi, tum ob pericula à militibus propriis & exteris imminentia, contigerit, ad priora ſequentia auctarij loco, adjungenda duxi. Igitur P. Cornelius Tacitus non fruſtra paucis verbis multa monet, dicens: Fluxam per diſcordias militum fidem & periculum ex ſingulis, &c. Quod obſervavit Hannibal Scotus, ubi in ſuis commentariis interpretando addit: Eſt fluxa per diſcordias militum fides, periculum ex ſingulis. Aurantius Princeps documentum dedit noſtris temporibus, à ſuis hoſtibus incolumis, deinde ſingularis militis audacia peremptus: & hic caſus evitari poteſt. Dummodo enim quis in animum inducat, ſe velle non vivere, poteſt quemvis magnum Monarcham interficere, ſed rariſſima ſunt exempla. Tale Pauſaniæ erga Philippum. Cimericti cujuſdam erga Solimannum. Timariotti erga Mahumetem, primum Viſirem, & nonnulla alia, quæ in multis ſeculis evenerunt, &c. Huc pertinet inſolitum & audax facinus Monachi Dominicani, qui non ita pridem Henricum III. Galliæ Regem, alioquin fautorem magnum monaſtici ordinis, in cubiculo ſuo, ſimulato zelo, perfricta fronte, & inſigni audacia & exemplo Regibus & Principibus admodum periculoſo, cultello, ut dicitur, veneno infecto, quem in manica abſconderat, lethali vulnere, ex inſidiis, occidit. Recte itaque Seneca: Quod regnum eſt, cui non parata ſit ruina & proculcatio, & dominus & carnifex? Nec magnis iſta intervallis diviſa: ſed horæ momentum intereſt inter ſolium & aliena genua. Hoc movit Henricum Stephanum, ut peculiarem librum evulgarit, cujus titulus eſt: Cavete vobis Principes. Non fruſtra itaque Quintus Curtius monet: Regum exitum ſi reputaverimus, plures a ſuis, quam ab hoſtibus interemtos reperiemus. Cæterum cupiditas privatæ, & fuga regiæ vitæ cõmovit & Ramirum Regem Arragoniæ, teſte Baptiſta Fulgoſio Nam cum in monaſtica ſua vita, mortuo ejus fratre, Arrago-

In li.2. hiſt.

Lib.9.

In Collect. de relig. & cult, l.1.

dovico Bavaro, certis conditionibus dimiſſus eſſet, hoc nomen ex tranſa-ctione inter illos facta, uſque ad mortem retinuit, ita ut in literis alter al-terum Cæſarem appellaret, & nomen ſuum ſcribens, præponeret. Animadverterunt ſane optimi Imperatores, quam grave periculum & onus ſit, recte imperare, & gubernare: ideoq; vitam privatorum & ruſticorum felicem duxerunt, ſicut ex Vopiſco quoq; patet, ubi ſcribit: Diocletianum, reſignato Imperio, ſæpenumero dicere ſolitum: *Nihil difficilius eſſe, quam bene imperare.* Nam quatuor vel quinque viri ſe colligunt, atq; unum conſilium capiunt, ad Imperatorem decipiendum, dicunt, quid probandum ſit: Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit, cogiturque hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur, facit judices, quos fieri non oportebat: amovet à Repub. quos retinere debeat. Quid multa? Bonus, cautus, & optimus venditur Imperator. Eandem difficultatem recte imperandi obiicit Benevenutus de Rambaldis in ſuo Auguſtali (quem librum non recte Franciſ. Petrarchæ adſcripſit Albertus de Eyb Eques Francus & utriusque Iuris Doctor ſuo tempore diſertiſſimus (Wenceslao, Caroli IV. filio, hiſce verbis: Wenceslaus, vivente patre electus eſt Imperator, & adhuc regnat: Hic juvenis robuſtus venator, quid acturus ſit, ignoro, tamen minatur, ſe venturum in Italiam. Sed ne venias, precamur te, ſi non vincis laude parentem tuum, quanquam aliud de te ſperamus. Nam præſentia Cæſaris Julij vix ſufficeret, ad compeſcenda mala, quibus miſera laceratur Italia, temporibus tuis. Sic imperium orbis cœlum verſat, ut illud quondam potens ac venerandum gentibus & Regibus Romanum Imperium, præfiguratum in tibiis ferreis, cui nihil olim defuit, niſi modicum Orientis, nunc proh dolor, nihil poſſideat, niſi modicum Occidentis. Hæc ille. Si quis autem plura hac de re ſcire deſiderat, is legat eundem Petrarcham de remedio utriuſque fortunæ. Utilis quoque eſt cautio & ſimilitudo elegans de ratione recte gubernandi, A. Gellii, vel, ut nonnulli recentiores volunt: Agellij: Vita hominum inquit, qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuisque volunt eſſe uſui, negotia periculaq; improviſo multa prope quotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda perinde eſſe oportet animo ſemper prompto atque intento, ut ſunt athletarum, qui Pancratiaſtæ vocantur. Nam ſicut illi ad certandum vocati, proiectis alte brachiis, conſiſtunt, caputque & os ſuum, manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt, membraque eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad facienda parata, ita animus atque mens viri prudentis, adverſus vim & petulantias injuriarum, omni in loco atq; tempore proſpiciens, debet eſſe erecta, ardua, ſepta, ſolida, expedita, nunquam conniyens, nuſquam aciem ſuam flectens, conſilia cogitationesque, con-

In Aureliani vita.

In fine.

In Margarita Poetic. par. 2. li. 12.

Dialogo 95.

L. 13. c. 26.

tra fortunæ verbera, contraque inſidias iniquorum, quaſi brachia & manus prætendens, ne qua in re adverſa & repentina incurſio imparatis improtectiſque oriatur. Poſſem & plura de Imperatoribus & Regibus, qui pertæſi laborioſæ & tædioſæ gubernationis, abdicato Imperio, ad privatam & quietam vitam ſeſe contulerint (inter quos præter Diocletianum fuit Lotharius & Carolus V. Cæſares) huc annectere, ſed iis in alium locum reſervatis, tantum Sertorij, qui, dimiſſo exercitu, in Inſulas Athlanticas, ut ibi privatus ſecure ac quiete vitam ſuam conſumere poſſet, ſe contuliſſet, niſi proditorie occiſus eſſet, in fine hujus capitis adiiciam monumentum, quod ad Eboram Luſitaniæ, (quæ olim Liberalitas Julia fuit) cum hac inſcriptione extat, haud ſcio, an integrum:

SERTOR. LVSIT. DVX. IN EXTREM: ORB. PLA-
GA. D. IMMORT. VOVET. ANIM. BVSTO
CORPVS. QVI. TIBI SALO. TETHI. SERVATVS
QVO. VOCO. CIRCA EBOR. RO. COS. Q.
IPS. CECIDERAT. OLIM. H.EREX. S. CIRCVM.
VENTVM. DOLO. VMB. ELISIVM. DIRIGE
DIVA. D. S. TII.
AVLICVS. P.

CAPVT XCIII.

De felicitate vitæ ruſticæ rhythmi Gallici, cum interpretatione Latina, Nicolai de Clamengiis.

Combien, eſt heureuſe la vie de celuy, qui fait ſa demeure aux champs: par Philippe de Vitrac Eveſq. de Meaux.

SOus feville verd, ſur herbe delectable,
Sur ruy bruyant, & ſur claire fontaine
Trouv. y fi hee une borde portable.
La mangeoit Gontier avec dame Helene
Frais fromage laict, beurre, fromagee.
Creſme, maton, prune, noix, pomme, poire
Cibor, oignon, eſcalogne fr yee
Sur crouſte biſe, au gros ſel, pour mieux boire
Au groumet beurent & oiſollons harpoyent,
Pour rebaudir & le dru & la drue.
Qui par amours depuis s'entrebaiſoyent
Et bouche & nee & polie & barbue.
Quand eurent prins des doux mets de nature,

Tantoſt

Tantoſt Gontier, hache au col, au bois entre
Et dame Helene ſe mit toute ſa cure
A ce buer qui coevurſe dos & ventre
I'ovi Gontier en abattant ſon arbre
Dieu mercier de ſa vie treſſeure.
Ne ſçay, dit il, que ſoint piliers de marbre,
Pommeaux luiſans mure veſtue de peincture.
Ie n'ay paour de trahiſon tiſſue
Sous beau ſemblant, ne qu'empoiſonne ſoye
En vaiſſeau d'or. Ie n'ay la teſte nue.
Devant tyray, ne genovil qui ſe ploye,
Verge d'huiſſier jamais ne me deboute.
Car jusques là ne me prend convoitiſe,
Ambition, ne leſcherie glaute.
Labour me paiſt en ioyeuſe franchiſe:
I'aym' dame Heleine & elle moy ſans faille:
Et c'eſt aſſez: de tombe n'avons cure.
Lors dis, Helas, ſerf de court ne vaut maille,
Mais franc Gontier vaut en orgemme pure.

IDEM LATINE PER NIC. DE Clamengiis

FRonde ſuper viridi locus eſt in gramine amœne,
Illuſtrat nitidis illum fons limpidus undis,
Et de fonte fluens placido cum murmure rivus.
Hic caſa fixa fuit geſtabilis: intus edebant
Gonterius comes, ac Helene, cum lacte butyrum,
Spumantis florem & lactis, maſſamq; coacti,
Caſeolumq; recens preſſum, & cui caſeus indit
Nomina, mixturam agreſtem: non cerea deerant
Pruna, nuces variæ, pyra ſtyptica, dulcia mala.
Non oculis cœpe infeſtum, non ſectile porrum,
Non alium in morem fricta aſcalonia, nigro
Pane ſuper, ſale cum multo, ſitis ut magis urat.
Cortice fagineo lympham de fonte biberunt.
Interea volucres mellito gutture cantus
Deſuper exercent varios, hilarantq; beatos
Convivas: hinc alterutrum grata oſcula ferre
Mutuus egit amor. Prædulcia fercula poſtquam

En grand palais, en ſale plantureuſe
En vironne de famille pompeuſe,
Pleine de fraude, d'enuie & de murmure,
Vuide de foy, d'amour, de paix joyeuſe,
Serve, ſubiecte par convoiteuſe ardure
Vins & viandes avoit il ſans meſure :
Chairs & poiſſons occins en mainte guiſe,
Erovicts & ſauſſes de diverſe teincture,
Et entremets faicts par art à diviſe,
Le mal glouton par tous guette & adviſe
Pour appetit trouver, & quiert maniere,
Comment ſa bouche de leſcherie eſpriſe
Son ventre empliſſe, comm' bourſe pantonniere,
Mais ſac à fiene, puente cimetiere,
Sepulchre à vin, corps bouffi, craſſe panſe
Pour tous ſes biens en ſoyn' à lie chiere.
Car ventre ſaoul n'a en ſaveur plaiſance,
Ne le delitcieu, ris, bal ne danſe.
Car tant convoite tant quiert, & trant deſire,
Qu'en rien qu'il ayt n'a uraye ſuffiſance.
Acquirer veut ou Royaume ou Empire,
Pour avarice ſent douloreux martire,
Trahiſon doute, en nully ne ſe fie,
Cœur à felon, enflé d'orgueil & d'ire,
Triſte, penſif, plein de melancolie.
Las trop miex vaut de franc Gontier la vie,
Sobre lieſſe, & netté poureté
Que pour ſuyvir par orde gloutonnie
Cour de tyran, riche malheureté.

IDEM LATINE PER NIC. DE Clamengiis.

Rupis in horrenda ſcopulis ſedet edita turris,
Pervia nubiferis Auſtris, Boreaq; ſonanti,
Quam rapidus nimiumq; minax praterfluit amnis.
Ardua ſunt illic opulenti tecta tyranni.
Aula eſt purpureis ornata tapetibus, auro
Atria tota micant, ut Mida credere poßis.
Hunc, dum ſublimi menſa diſcumbit, obibat

Turba miniſtra, procax, livoris plena veneno,
Plena dolis; ac inſidiis & murmure cæco.
Nulla fides illis, non pax, aut fœdus amoris:
Preſſa gravi, ſed colla jugo, majora parandi
Ambitione: adeo cupidis nil parta videntur.
Vina dapeſq; aderant numero ſine, quod vehit aer,
Quodq; creat pelagus, quod tellus, ſiſtitur illic.
Quæq; ſuo condita modo pulmenta, colore
Salſamenta ſimul vario fucata nitebant.
Vndique perluſtrat, veſtigat cuncta guloſus,
Vt ſibi quid ſapiat de tanta mole ciborum:
Exquiritq; vias, quibus ora accenſa furenti
Ingluviem, ventremq; avidum, ſeu dira charybdis
Expleat: at ſaccus fœtus, ſentinaque putris,
Corpus craßitie turgens, immane ſepulchrum
Bacchi, inter lautas epulas hilareſcere neſcit,
Nubila ſemper ei frons eſt, ac lumina torva.
Nil perdix, aut pavo ſapit, faſtidit olorem.
Quid mireris? adhuc heſterna obſonia ructat.
Non juvat hunc plauſus, luſusve decensve chorea.
Nempe ſitim rabidam, non, quod fert Lydia, ſedet
Aurum, quotque Tagus volvit, quotque Hermus arenas
Nil ſatis eſt: cupit imperio regnove potiri:
Torquetur curis mordacibus æſtuat inter
Spem dubiumque metum: non ulli fidit amico.
Nam neque amat pure quemquam, nec amatur ab ullo
Proditione petiſ ſemper timet, atque venenis.
Fellea corda gerit faſtu inflammatus & ira:
Anxius & triſtis ſemper, nec mente quietus.
Eheu Gonteri quanto praſtantior eſt ſors,
Splendida paupertes, frenataq; gaudia, tuta
Libertas, quam infame gula per dedecus, aulam
Divitiis infauſtam ſectari velle tyrannis,

CAPUT XCV.

Votum rhythmicis Gallicis pias complectens ſententias.

SEigneur mon Dieu, mon pere pytoyable,
Octroye moy ce deſir immutable,
De te vouloir, te cercher, te trouver,
En te trouvant te cherir d'un grand zele;
Te cheriſſant te demeurer fidele
Fidele eſtant ja mais ne varier.
Donne á mon cœur le don de repentance.
A mon eſprit de ſalut cognoiſſance,
Et à mes yeux une ſource de pleurs,
Donne à mes mains l'au mosne charitable
Eſteins en moy la flamme inſatiable
Et de la chai les cruelles chaleurs:
Dedans mon cœur, allume, embraſe, enflamme
De ton amour la vive & ſaincte flamme,
Chaſſe de moy l'eſprit preſomptueux:
Octroye moy le treſſor amiable
D'humilité, vertu tres deſiderable,
Romps le deſpit fier & tumultueux,
Muni mon cœur de forte patience,
Repurge le de toute outrecuidance.
D'orde rancune, & de mauvais vouloir:
Vien le remplir une douce penſee,
La vive foy i'y ſente redreſſee,
La charite l'humilité, l'eſpoir:
La vanite d'autour de moy recule,
En mon eſprit l'inconſtance ſoit nulle
Tout changement de moy ſoit reietté:
Ma bouche ſoit de friandiſe exempte,
De peu de mets l'eſtomac ſe contente,
Gueri mes yeux da folle avidité:
Chaſſe de moy l'orgueil, & injurie,
Detraction, moquerie flatterie,
Retire moy loing de tous curieux.
Ne permets pas, que i'aime vaine gloire,

Que desdaigner aucun ie ne pretende,
Ains à chaſcun defere honneur,
I'adhere aux bons, les ſuperbes i' evite,
I'aime vertu, le vice ie deſpite,
Que ie t'invoque en joye & en douleur:
Qu' en mon bon heur je ſuyue l'attrempance,
Qu' en dur ennuy i' adhere a l'eſperance,
Ie parle peu, je marche rondement
Que pour un rien periſſable je tiene
Toute chevance & vigueur terrienne,
Ayant mon cœur au ciel entierement.

Hæc veteris poetæ carmina ad excitandas pias cogitationes in peculiare caput inſerere volui. Anguſtia autem temporis obſtitit, quo minus hoc pium votum transferri paribus Jambis in Latinam linguam nunc potuerit: ſed quod omiſſum hic eſt, alio tempore commodiore complebitur: Interim hanc amici cujusdam noſtri extemporalem verſionem de verbo ad verbum expreſſam boni conſule.

DOMINE mi Deus, mi Pater miſericors,
Da mihi ut te deſiderem inceſſanter,
Te velim, te quæram, te inveniam,
Te inventum amem magno zelo,
Tibi amato perſeverem fidelis,
Inq; fide tua numquam variem.
Da cordi meo donum pœnitentiæ,
Animo meo ſalutis cognitionem,
Et oculis meis ſcaturiginem lachrymarum,
Da manibus meis eleemoſynam benignam,
Extingue in me flammam inſatiabilem,
Et carnis crudeles ignes,
In corde meo alluce, accende, inflamma
Amoris tui vivam & ſanctam flammam,
Tolle à me ſpiritum præſumptuoſum:
Largire mihi theſaurum amicabilem
Humilitatis, virtutem deſiderabiliſſimam,
Contunde iram ferocem & tumultuantem,
Muni cor meum propugnaculo patientiæ,
Repurga illud ab omni arrogantia,
Ab impuro odio, & prava concupiſcentia.

Veni, & imple illud hac ſuavi cogitatione,
Vt vivam fidem ſentiam in me compoſitam,
Charitatem, humilitatem, ſpem firmam.
Vanitatem undique a me repelle,
Neq; in animo meo inconſtantia hæreat ulla,
Omnis mutabilitas procul à me faceſſat:
Os meum fiat guloſitatis expers,
Pauco cibo ſtomachus ſe contentet,
Sana oculos meos à ſtulta aviditate:
Aufer à me faſtum injurioſum,
Detractionem, cavillatoriam adulationem,
Abduc me longè ab omnibus curioſis.
Non permittas, ut diligam vanam gloriam,
Neve ut velim mihi ſoli credier,
Neque fiam amicus vitioſorum.
Animus meus ita à te ſit formatus,
Ne egenos unquam contemnam,
Neque infirmos opprimam:
Ne fiam cæcus avaritia,
Neve ullâ me contaminem injuſtitiâ,
Sed pauperum & afflictorum miſerear.
Amputa in me omne deſiderium malefaciendi,
Voluntatem iniquam, obſtinatam, temerariam,
Vilem pigritiam, & mollem otioſitatem,
Occæcationem cordis & mentis,
Barbaros mores, vitam male diſciplinatam,
Et ingenij hebetis infortunium.
Adeo ut longè elongetur à me
Peccatorum abominabilis probatio,
Et bonorum ſanctorumq; conſiliorum repudiatio:
Ad multiloquium lingua effrenis,
A recto tramite declinans anima,
Cor aſperum & pauperibus crudele.
Ne ſumam arma calumniarum
Adverſus honorem vitæ innocentis:
Ne nimis indulgens exiſtam, neq; nimis ſeverus in meos:
Ne ſiam negligens in debito mei officij,
Ne nimium proclivis ad ferendum vitia,
Neque nimium anxius in eos qui ſunt tui.

O æter-

O æterne Deus, ego te humiliter precor,
Vt pietatem in me redintegres,
Comitatam humili commiſeratione:
Quo afflictum dulciter conſoler
Rebus piis & honeſtis ſermonibus,
Et circumventum liberem ab oppreßione.
Quo egeno & pauperi ſubveniam,
Eum ſublevans in quantum facere poſſum,
Et oppreſſo ut feram ſuppetias,
Inopi debitum meum remittam,
Odientibus me omnem offenſam condonem,
Inimicis offeram pacem & concordiam:
Vt pro malo bonum & faciam & reddam,
Nec quemquam dedignari præſumam,
Sed unicuique ſuum deferam honorem:
Vt adhæream bonis, & ſuperbos evitem,
Diligam virtutem, & vitia exſecrer,
Vt te invocem cum gaudio & dolore:
Vt res ſecundas feram temperanter,
In adverſis autem ſpe non confundar:
Vt loquar pauca, ambulam aperte:
Vt pro rebus perituris teneam
Omnia bona & ſubſtantias terrenas,
Habens cor meum ſurſum in cœlis theſaurizans.

CAPUT XCVI.

De coma, capillis & barba, nec non & calvitie: quodq; ſubditi in Principis ſui exemplum ſequaces ſint.

EXTAT Caroli Magni conſtitutio talis: Adiutores conſpirationum ſinguli eorum alter ab altero flagellentur, & nares ſibi invicem præcidant. Vbi vero nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, & CAPILLOS SIBI INVICEM DETONDEANT. Eodem modo in Novella quadam Conſtitut. Leonis ſtatuitur, quod ij, qui ſuppetias in crimine raptus attulerint, naſo mutilentur, verberentur, & CVTE TENVS TONDEANTVR. Non ſolum igitur ex his conſtitutionibus conſtat, quam accuratam curam comarum & barbarum veteres heroes & nobiles habuerint: ſed etiam aliàs in peculiari capite multa memorabilia congeſſimus tam de obſervantia capillorũ, quã de cauſa, quod illi certis de cauſis neglе-

C.9. de cõſpirationibus Adde Bart. Schobingerũ in Addit ad Ioac. Vadiani, li.1. de Monaſt. & Colleg. German. p.139. t.3. Alam. ſc. Nov. 35.

Cap.40. cent.2. neglecti, & valetudinis cauſa deciſi ſint. Demonſtravimus quoque, quod ſubditi plerunque tonſuram Regum imitati, & quod antea honorificum & ornamentum eorum fuit, ut Regibus & Principibus gratificarentur neglectum ſit. Ad reliqua igitur exempla antea adducta, Henrici VIII Regis Angliæ adjungam. Is enim cum circa annum Chriſti 1521. primum comam depoſuiſſet, mox ejus exemplo reliqui Angli commoti, omnes tondebantur, cum antea illi omnes comati conſpiciebantur. Cæterum licet hæc Ovidiana ſententia de coma vel capillis, utrique ſexui adſcripta ſit:

Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus,
Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput:

Tamen mulieribus hæc turpitudo potiſſimum adſcribitur, quod ex Apu-
Li.18.c.10. leio Cælius exaggerando ita obſervavit; Mulierem videlicet venuſtiſſimam, ſi capillitio nudetur, etſi illa cœlo deiecta, mari edita, fluctib. educata, & ipſa Venus & omni gratiarũ choro ſtipata, atq; toto Cupidinum populo comitata, & baltheo ſuo cincta, cinamoma fragrans, & balſamo rorans, ſi calvè proceſſerit, placere non poterit, ne Vulcano quidem ſuo. Calvities ſane olim etiam & poſtea, tanquam deformis, in virili ſexu habita fuit, ſicut id ſacræ literæ teſtantur. Eliſæus enim Propheta, ob calvitiem (quamvis non impune) à pueris male feriatis deriſus fuit. Sicut Agathocles, Siciliæ tyrannus, cum caput ei paulatim defluentibus capillis denudaretur, pudore ductus, myrtea corona crinem obtexit, quæ quaſi velum erat & tegmen calvitiei, ſicut Ælianus ſcriptum reliquit. Eodem
Li.11.Var. hiſtor. modo C. Julius Cæſar calvitij deformitatem iniquiſſime ferre ſolitus fuit, obtrectatorum jocis obnoxiam ſæpe expertus: ideoque & deficientem capillum revocare à vertice aſſueverat: & ex omnibus decretis ſibi, à Senatu populoque, honoribus, non aliud aut recepit, aut uſurpavit libentius, quam jus laureæ coronæ perpetuo geſtandæ. Coactus certe fuit, milites in Gallico triumpho jocabundos ita vociferantes audire: Vxores veſtras ſervate, cives: vobis mœchum adduximus calvum, ſicut Suetonius & Dio obſervarunt. Sic quoque Domitianus Imperator ſævitia Neronem ſuperans, quia calvus erat, maledictis populi, Nero calvus appellabatur. Cuſpinianus præterea ubi Caroli II. Imperatoris cognomento Calvi (ejus, ad quem exſtat Ecloga de Calvis Hugebaldi Elnonenſis monachi) vitam deſcribit, & ego, inquit ex eorum numero ſum, & lata calva ſæpe quibusdam riſum moveo puellis, quibus admodum placui adoleſcens comatus: Sed non inconveniens huic capiti erit, ut audiamus quam ſuaviter & ironice contra Antiochenſes Julianus Cæſar cum ſua barba & capillis, quos more veteri Germanorum & Gallo-

rum

rum, prolixos geſtare ſolebat, ludat, & iocetur, eamque defendat: econtra vero eorum mollitiem taxet in ſuo Græco libro, cui titulum μισοπώγων, ſive Antiochienſem fecit. Et primum, inquit à perſona ordiar. Huic enim, quod, ut arbitror, natura non multum pulchritudinis ac venuſtatis dediſſet, ipſe moroſitate quadam & acerbitate animi, longam iſtam barbam addidit, quaſi pœnas ab ea exigens, nulla quidem alia de cauſa, niſi quod natura elegantior non fuiſſet. Ideo diſcurrentes in ea pediculos perfero, tanquam feras aliquas in ſylva: nequelarge edendi aut bibendi mihi poteſtas eſt: cavendum enim eſſe arbitror, ne imprudens pilos una cum pane devorem. Nam de dandis accipiendisve oſculis nihil laboro. Tametſi ad cætera hoc habere videtur incommodi barba, quod non ſinit pura puris, eoque, ut opinor, ſuavioribus labris labra adjungere. At vos funes etiam ex ea necti oportere dicitis. Equidem id vobis perlibenti animo concedendum, modo pilos poſſitis extrahere, neque eorum aſperitas veſtras molles & delicatas manus offendat. Neque vero quiſpiam exiſtimet, me maledicto iſto gravius commoveri. Ipſe enim cauſam præbeo, qui hircorum ſimilem barbam gero, cum poſſem etiam lævem glabramque efficere, qualem habent formoſi pueri, mulieresque omnes, in quibus naturâ ineſt amabilis decor, & venuſtas. Nam vos in ſenectute etiam veſtros liberos imitamini, & pro iſta veſtra delicatiſſima vita, & ſimplicibus fortaſſe moribus, ſtudioſe eam glabram facitis, & virum, non ut ego ex genis, ſed ex fronte oſtenditis. Sed enim ego hac prolixitate barbæ non contentus, caput habeo præterea ſqualidum: rarò tondeor, rarò ungues ſeco: digitos etiam ex coma fere nigros habeo. Quod ſi etiam arcana vultis noſſe, pectus eſt mihi horridum atque hirſutum, ut leonibus, ferarum regibus: neque unquam leve illud feci, tanta eſt animi mei aſperitas atque abiectio. Neque enim partem corporis ullam levem mollemve effeci. Dicerem vero vobis, ſi qua mihi eſſet verruca, ut Cimoni nunc nihil aliud dicam. Non enim ſatis mihi fuit, corpus habere ejuſmodi, ſed etiam præterea vivo perauſteram & difficilem, &c. Hæc veluti ludicra & faceta, lectu quidem iucunda ſunt; at mordentia & bilioſa. Quæ utrum tantæ Imperatoriæ majeſtati & gravitati conveniant, nec ne, aliis judicandum relinquo. Sed ingenium Juliano quale fuerit, vel ex Nazianzeni deſcriptione novimus.

Venio ad alia huic noſtræ materiæ magis convenientia. Cranzius ſentit, circa annum Chriſti 1481. Germanos Principes capillos cœpiſſe ſibi ſuisque tondere. Et invicem literas miſiſſe, incluſis forcipibus cum mandatis. Erant, inquit, qui capillos ſerio tutarentur. Sed iis vel vigilantibus per vim jocumve, vel dormientibus inſidiabantur cæteri, militaribus *Li. 3. Vandalic. c. 23.*

 viris

viris indecorum arbitrari, ſi, ut puellæ, comas alerent. Inſtitutum vero Franciſci I. hujus nominis, Regis Galliarum, callidum fuit, cum, ut pecunias à ſacrificulis facilius extorquere poſſet, barbas Eccleſiaſticis omnibus abradi juſſit, qui ingenti pecunia barbas redemerunt, & exſtat pro ſacerdotum barbis Pierij & Valeriani oratio, &c. Cæterum non ſolum apud Reges & Principes Chriſtianos auctoritas tanta fuit, ut ſubditi (quemadmodum antea dixi) illis in moribus, & aliis exemplis morigeri fuerint: ſed etiam apud gentiles ſimilia exſtant. Scribit enim Diodorus Siculus, Æthiopibus morem fuiſſe, ut ſi quādo Rex aliqua corporis parte ex quavis cauſa debilitaretur, domeſtici omnes ſponte ſua eandem partem debilitarent. Turpe enim exiſtimabant, Rege claudo, non omnes ejus amicos claudos eſſe, cum veræ ſit amicitiæ, ex rebus adverſis amicorum dolere, lætari ſecundis. Ob hanc ſequelam & imitationem innatam huc ſpectat pulchra ſimilitudo apud Plutarchum: Reges, inquit, ſi Muſicam ament, multos efficiunt Muſicos, ſi literas, literatos: ſi athletas, exercitationibus corporis deditos, ita vir, ſi corporis cultui ſtudet, uxorem ornandi corporis ſtudioſam reddit: ſi voluptatibus indulget, libidinoſam & meretriciam: ſi honeſtatem, & pulchras res ſectatur, temperantem & modeſtam, &c. Ad ſummam, experientia teſtatur, eſſe verum id, quod Galli, licet ſuccincte, attamen emphatice, in proverbio dicere ſolent:

De conjug. precept.

Les ſuiets, & les provinces.
Suivent les moeurs de leurs princes.

Lib. 5. Lararania. fol. 334.

Eodem modo in cantionibus ſpiritualibus Gallicis hæc leguntur:

Le peuple d'une province
Forme ſes moeurs ſur ſon Prince
Quand prompt à mal il le void,
A malfaire il s'eſuertue:
Iamais la verge tortue
Ne peut faire l'ombre droit.

Huc pertinet exemplum Veſpaſiani Imperatoris, qui propter ſobriam rationem vivendi, à ſe introductam, appellatur à Tacito auctor ſobrietatis, atque addit egregiam doctrinam: Obſequium, inquit inde in Principem, & æmulandi amor validior, quam pœna ex legibus & metus. Et alibi: Legati tribunique ex moribus Imperatorum ſeveritatem æmulantur, vel tempeſtivis conviviis gaudent, &c. Idipſum non ignoravit ſapientiſſimus Plato: Is enim in Siciliam, quæ cum ſuo Rege ægra erat, ſe non contulit, ut febres, catharros, & alios morbos curaret, ſed ut ebrietatem, laſciviam, & alia vitia animi, ſuis utilibus & ſapientibus præceptis compeſceret. Sed hanc materiam ſtudioſus Lector prolixius explicatam inve-

inveniet in peculiari capite, cujus titulus eſt: Subditos plerunque imitari Principum mores. *Centur. 1 Cap. 66.*

Poſtremò Ambroſiana capillorum commendatio memorabilis eſt, Comam, inquit, eſſe reverendam in ſenibus, venerandã in ſacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adoleſcentibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arboris comam, arbor ingrata eſt: tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flacceſcit. Et contra elegans inprimis Eumolpi apud Petronium exſtat in calvos elegidarion: *Hexaem. lib. 6.* *In Satyr.*

Quod ſolum formæ decus eſt, cecidère capilli,
Vernanteſq; comas triſtis adedit hyems.
Nunc umbrâ nudata ſuâ jam tempora mœrent,
Areaq; attritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura Deum, quæ prima dediſti
Ætati noſtræ gaudia, prima rapis.

Et perpetuò ſenibus ob oculos tenendum eſt hoc, quod apud eundem ſequitur diſtichon:

Ut mortem citius credas,
Scito jam capitis periſſe partem;

CAPUT XCVII.

De venenatis inſectis, & animalibus noxiis, & de ſymphoniacis inſtrumentis, eorumq; vi & efficacia in commovendis hominum animis.

ETSI in calidioribus Aſiæ & Africæ locis maxime deſertis, magna multitudo venenatorum & inſectorum ſit, ita ut neq; armenta, neque homines tuti & ſecuri ab iis vivere & manere poſſint, ſed morſibus venenatis ſæpenumero lædantur, & interficiantur: tamen in Germania noſtra, beneficio divino, à tali peſte abſque periculo verſamur. Non caremus ſane prorſus venenatis vermibus & inſectis, veluti ſerpentibus, anguibus, cœculis, bufonibus, araneis, muſtelis, gliribus, & aliis ſimilibus animalibus, quæ vim intoxicandi & nocendi habent, at raro auditur, quod homines animaliaque bruta necare ſoleant, tum quod remedia in promptu ſint, tum quod virus tam præſens non ſit, ſicut in aliis calidis locis. Excepto, (meo judicio) morſu canis rabidi, & ictu crabronum, quos nos Hornesse vocamus, de quibus antea quædam dixi, & deinceps commodior locus erit plura dicendi. Ea autem, quæ in peculiari capite, de Tarantula & Phalangiis diſſeruimus, tam peculiaria & mira ſunt, ut prolixiorem explicationem mereantur, & quidem ideo magis *Cap. 18. centur. 2.*

operæ

operæ pretium exiſtimo, quod receptum ſit, naturam nullum venenum produxiſſe, quinetiam remedium vel antidoton aliquod ſalutare eidem oppoſuerit, ſed contra hanc peſtem tale nihil adhuc inventum eſt, niſi adhibito muſico inſtrumento, huic inſecto convenienti, ſaltatio & commotio, quæ tamen ſolummodo in robuſtioribus complexionibus locum habeat, ut potius vires aliquo modo conſervet, quam prorſus hoc malum, reſtituta priſtina ſanitate, pellat. Hæc mira naturæ proprietas animalculi, ad diverſa muſica inſtrumenta, tale Italicum proverbium, ad multa accommodandum, peperit: *Ogni un ha la ſua tarantula*: innuens, diverſos homines diverſos affectus & impreſſiones habere. Cæterum ſi qui exacte ſcire cupit, de generibus Phalangiorum, & eorum formam atque virus, is legat Andream Matthiolum, ubi quoque obiter Tarantulæ mentionem facit, ſed in libro anteriori multo prolixior eſt, ubi quoque muſicam remedium contra venenum ipſarum tradit, & exempla recenſet. Tanta autem pernicies in iſto inſecto eſſe, dicitur, ut non ſolum morſu, ſed tactu quoq; inficere hominem dicitur. His peſtilentibus phalangiis Inſula Creta (licet alioquin nec noctuæ, affirmante id Plinio, nec lupus, nec vulpes, neque aper, neque herinacei ibi reperiantur, neq; importata aliunde ibi vivere poſſint) nō caret, cum nulla alia noxia vel malefica animalia ferat. Nam Phalangium araneum in illa frequens & admodum notum eſt, ſuis morſibus nulla arte, præter frequentem ſaltum, ut diximus, ex Symphoniacis inſtrumentis, aliquo modo curabile. Ex hoc autem ſimilitudo orta eſt: Quemadmodum Creta nullum habet venenatum animal præter Phalangium: ita non eſt Reſpublica vel aula, quæ careat invidia. Hujus noxij inſecti formam, luſtra, & foveas exacte, eleganter & artificioſe deſcribit, vel potius depingit, ut artifex in pictoria arte facile delineationem ad vivum inde effingere poſſit, Petrus Bellonius. Cretenſes, inquit, Phalangia appellare norūt, Spalangi, inſecta parva, admodum pernicioſa, araneo paulo majora, octo pedibus prædita, utrinq; quatuor, ſinguli pedes ſeu crura quatuor articulis conſtāt, binosq; ungues habent incurvos: bina utrinque crura anteriora illis data ſunt ad progrediendum: bina poſteriora ad retrocedendum: obliqua in terra foramina inhabitant, binos pedes alta, quæ retrocedentes ingredi ſolent, cibum ita attrahentes: aditum ſuorum foraminum ſtramine muniunt, ne obturentur, ſed aperta maneant. Corpore ſunt ſuperiore parte, cinereo, binis rubentibus maculis, anteriore dorſi parte, inſignito: reſupinata autem nigris maculis notata, conſpiciuntur, qua ſinguli pedes corpori inhærent, venter flavet. Si quis vero ſcire cupit, qua parte noxij, os intueatur, & binos exiles nigros aculeos deprehendet, iis ſimiles,

In lib. 6. Dioſcoridis, c. 42. & in l. 2. c. 53.

Obſer. lib. c. 12. Adde Vlyſſē Aldroandum in libb. de [illegible]is.

quos

quos Scolopendra obtinet, quibus mordent, atq; cibum retinent: telas, araneorum more, texunt, muſcisque & papilionibus veſcuntur: circiter ſexaginta ova ponunt, & pectori adhærentia fovere ſolent, pulloſq; excluſos, ventri inhærentes, geſtant, donec adoleſcant. Piloſo ſunt corpore: quoniam autem magnitudine differunt, foramina, pro corporum magnitudine, excavant. Variare vero inter ſe pro inſularum diverſitate, obſervavimus.

Exagitantur præterea mirifice incolæ in aliis quoque locis, ſicut ex Nicolai Monardi libro ita obſervavit & tranſtulit ex lingua Hiſpanica in Latinam vir eximius Carolus Cluſius. In Comitatu Vrgæ, Indiæ Occidentalis, totus ille tractus multis animalibus valdè noxiis abundat, præſertim vero iis, quæ Eſcuercos nuncupantur, & in agris inter arbores atque herbas latitant, plagam, cui remedium adferre nequeat, eſſe cenſebant. *De lapide Bezoar. & herba Scorzonera.* Ruſtici enim neque arva colere, neque meſſes ſecare, neque alias operas in agro neceſſarias exercere quibant, quin crudeliter ab his animalibus offenderentur; Quoniam eorum venenum adeo noxium eſt, ut quæcunque corporis pars morſu apprehenſa fuerit, illico intumeſcat, magniſq; doloribus & venenoſis ſymptomatibus afficiatur, inflammatioq; ad cor ſubeat, ut niſi ſubito ſuccurratur, facile demorſi extinguantur. Id autem ejus regionis incolas maxime premebat, quod nullum remedium adverſus illud malum reperirent. Nam neque Theriaca, neque alia medicamenta uſurpata quicquam auxilij præſtant, &c. Quomodo autem tandem Mauritanus quidam captivus, licet invitus, herbam, quæ mox præſens remedium huic malo adferret, & ideo Scorzoneræ nomen inditum oſtenderit, atque formam hujus noxij inſecti vel ſerpentis deſcripſerit, ibi Lector plura cognoſcendi cupidus memorabilia, inprimis autem antidotum contra intoxicatas ſagittas Canibalorum, quæ ſalutaris planta in eodem loco, ubi venenum creſcit, in additionibus Cluſij ibidem reperiet. Vt autem ad alteram partem hujus capitis accedamus, de vi Muſices & Symphoniæ pauca delibemus, quomodo animos hominum diverſis modulis, vel mites, vel feros efficere ſoleat. Jonici enim & Lydij incredibilem vim ad molliendos animos habere putant, unde Ariſtoteles ac Plato pueros & fœminas ab iis abſtinere, & Doriis modis exercere voluerunt, quem primum tonum vocant, ut miſta modeſtiæ gravitate, quæ hujus moduli propria eſt, imbuerentur. Quod eleganter obſervavit Bodinus. Ex quo, & aliis, qui talia notarunt, commodiore loco peculiare caput contexam. *Lib. de Repub. c. 2.* Tantum nunc addam pauca de Pythagora. Ferunt enim, cum aliquando in ebrios & procaces incidiſſet, quos tibicen ſua modulatione ex ſtultis inſanos faceret, cum juſſiſſe, ut

Eee muta-

mutata harmonia Phrygia, Doriam & gravem modulationem occineret, quo facto, eos mox reſipuiſſet, ut abjectis corollis, verecundia ſuffuſi, modeſti domum reverterentur. Ob hanc efficaciam & diverſitatem Muſices, diſcipulos ſuos aſſuefecit, cum mane evigilaſſent, ut animos lyra excitarent, quo eſſent ad agendum erectiores, & cum ſomnum peterent, ad eandem prius lenirent mentes, ut ſi quid ægritudinis inhæſiſſet, ſuavi concentu diſcuteretur. Mentionem quoq; fecimus, & rationem addidimus, quare Saulus, exagitatus à Dæmone, citharæ Davidis pulſu mitior factus fuerit; Quod videlicet illa mitigatio & efficacia non tam muſicis inſtrumentis, quam pij, & ad regnum deſtinati & inaugurati adoleſcentis Davidis. ſacris precibus & modulationibus adſcribenda ſit. In eadem

De ſacra Philoſoph. cap.28. ſententia, cum aliqua tamen diſtinctione, eſt Franciſcus Valeſius. Si vero, inquit, Saul non humore agitabatur melancholico, ſed Dæmone, quæ cauſa eſſe poſſit, ut citharæ pulſatione juvaretur? & lenius eam exagitationem ferret? An Dæmon miteſcit Muſica? Hanc ob dubitationem plurimi nihil hic cenſent fuiſſe naturali, ſed divina vi effectum, ut, pulſante Davide cytharam, abigeretur Dæmon, non tam ob ſoni numeros, quam ob divinos hymnos, quos ille cantando recitabat. Itaque divinis Pſalmis, ut exorciſmis, abegit Dæmonem. Ego quidem hoc non nego, neque dubito, illa ratione vim verbi Dei, & Davidicæ Prophetiæ, ſignificatam eſſe: nihilominus cenſeo, naturalem quoq; cauſam cum divina illa conjunctam eſſe, atq; admirandum illum effectum in utramq; referendum fuiſſe, &c.

Idipſum pulchra & pia ſimilitudine & diſtinctione confirmat etiam

In Medi tat.c.13.l.4. nu.53. Joannes Pincierus Philoſophus & Medicus eximius: Sicut dubium non eſt, inquit, Diabolum ab omni harmonia, quæ repræſentandis Pſalmis, in laudem Dei compoſitis, applicatur, abhorrere: qualis Muſica illa Davidis ſine dubio fuit, qua Spiritum illum Saulo moleſtum, fugere, Regemq́ue miſſum facere adigebat, ut videre eſt libro 1 Regum, cap. 16. Ita eundem muſicos concentus, quatenus ad luxuriam & laſciviam anſam præbent, audientem, in ſinu gaudere, admodum veriſimile eſt. Ubi ita concludit contra eos, qui campanarum ſono Diabolum fugare ſe poſſe credunt, ſi ut veriſimile eſt, campanarum ſonum Diabolo ingratum eſſe, quoties ſtatis horis homines ad pias conciones & preces ſacras convocat: ita quoties turba, veri cultus Dei neſcia, ad ſacra idololatrica, cujuscunque generis, per eundem invitatur, id Diabolo auditu apprime eſſe jucundum, non eſt abſurdum reputare. Quod vero ad ſcientiam Muſi-

Cent.1.c. 16. ces ipſam attinet, antea ex doctrina parentis mei optimi dixi, quomodo & in quibus terminis juventus in ea diſcenda permanere debeat; quod

etiam

etiam Stephanus Guazzus obſervavit, ubi allegat, quomodo Philippus Macedoniæ Rex, Alexandrum filium ſuum reprehenderit, Erubeſcendum ipſi, quod tam bene cantaret. Id quod non tam in Muſicæ vituperium eum dixiſſe arbitror, (ait Guazzus) quam quod Alexander huic ſtudio nimium intentus, quaſi Muſicam profiteri videretur, & minus curare oſtenderet, quæ ſibi quam maxime convenirent. Quod congruit cum civis illius exemplo, qui à Domitiano Imperatore Conſiliariorum ordini exemtus fuit, quod nimis perite & concinne ſaltaret. Id quoque vitio datum fuiſſe accepimus, Regi Scotorum Iacobo I. De eo enim ita ſcribit Buchananus: In Muſicis curioſius erat inſtructus, quam Regem vel deceat, vel expediat. Nullum enim organum erat, ad pſallendi uſum comparatum, quo non ille tam ſcite modulabatur, ut cum ſummis illius ætatis magiſtris contenderet. Sed hæc fortaſſe ſtudiorum flores verius, quam fructus quiſquam exiſtimabit, quæque vitam magis ornent, quam inſtruant, & ad res gerendas confirment, &c. Recte itaque in laudem veræ tempeſtivæq; Muſices verſus Eobani Heſſi, in fine hujus capitis adſcribendos cenſeo: *De civil. converſ. lib. 2.* *Rerũ Scotic. lib. 10.*

Quem non blanda juvant varij modulamina cantus,
Huic jecur & renes ægraq; corda ſtupent.
Nam nihil humanas tanta dulcedine mentes
Afficit, ac medicæ nobile vocis opus.
Tange lyram digitis, animi dolor omnis abibit:
Dulciſonum reficit triſtia corda melos.

Non omittenda eſt laus Cliniæ, quam Ælianus ita refert: Clinias moribus fuit honeſtiſſimus, ſapientiæ ſtudio Pythagoræus. Is ſi quando in iram delapſus eſſet, atque ad iracundiam ſe præcipitem ferri ſenſiſſet, confeſtim, priuſquam prorſus invaderetur ab ira, & eluceſceret in ipſo mentis affectus, chordis adaptatis cytharam pulſavit. Interrogantibus autem, ob quam cauſam id faceret? Quoniam, inquit, mitigor animo. Videtur autem mihi Achilles etiam in Iliade cum accinit cytharæ, veterumque res geſtas cantando ſibiipſi in memoriam accerſit, furorem & indignationem ſopire. Etenim cum eſſet Muſicus, ex ſpoliis hoſti ereptis, primò arripuit cytharam. Poſtremò non male ſcripſit ille, quicunque Muſicam de ſeipſa verſibus loquentem finxit: *Lib. 14. ca. 123. mihi fol. 409.*

Vinco, flecto, rego, cantu, dulcedine plectro,
Dira, cruenta, feros, tartara, monſtra, viros:
Languentes relevo, moribundos excito, mœſtos
Erigo, pallentes munio, vinco Deos.

 CAPUT

CAPUT XCVIII.

De lachrymis, & quod diverſis ex cauſis oriantur & profluant.

Cap.29. centur 2. Ca.26.centur.2.

IN duobus capitibus antea prolixe de lachrymis diſputavimus, & unde eæ oriantur, noſtras rationes adduximus, videlicet vel ex dolore, gaudio, vindictæ cupiditate, aliisve affectibus. Nunc vero cum tempora & viciſſitudines rerum in eo ſtatu ſint, ut ſi aliquis in politicis & eccleſiaſticis rebus oculos mentis diligenter in mundo circumagat, & conſideret, in quod ſeculum turbidum, vanum, incertum, & plenum periculoſæ mutationis inciderit, multo majores habebit & inveniet occaſiones, magnam vim lachrymarum, metu malorum imminentium, effundendi, quam felicia & proſpera tempora, quæ animum gaudio afficiunt, ſperandi & exſpectandi. Hoc me movit, ut tertium hoc caput de lachrymis, prioribus adiicerem. Diximus antea ipſam doloris magnitudinem, & exemplis illuſtravimus, ſæpenumero lachrymas cohibere & ſupprimere, ad quod ratio, ad priores antea adductas, ex naturali accidente adduci poteſt; quod lachrymæ plerunque fluere ſoleant ex dolore, qui dolor eſt in corde, & ſpiritus in corde afficit ſpiritum animalem, qui eſt in cerebro, & afficit ipſum cerebrum. Sed quando eſt affectus nimis magnus, ſubito exſiccatur ſuccus in cerebro: quando vero eſt mediocris dolor, tunc afficitur cerebrum, & fluunt lachrymæ. Alia ratio eſt in ſagis, quarũ aliquæ tam pertinaces ſunt, ut etiam in ſummis cruciatibus ne unam lachrymam effundant, aut eliciatur, cum nonnulli ſentiant, nimium dolorem eas cohibere, ſed aliud impedimentum ſubeſſe, quod veluti naturam earum, alioquin ad fletum & ejulatum pronam, cohibeat. Non nego adeſſe nonnunquam præſtigias, & Satanæ ludibria, ſed abſque iis etiam id, quod dixi, fieri poteſt, ſicut ex potentiſſimi Regis Angliæ Dæmonologia, ratio meo judicio egregie & efficax adducitur, ubi ita legimus: Quid, quod ex oculis ſagarum, ne lachrymulam quidem ullã, quocunq; modo eas torqueas, excruciesque prius quam pœnitentes ſint, profundere poſſint? Eo non obſtante, quod ſexus fœmininus in partem contrariam per ſe ipſe, occaſione qualicunque, vel etiam leviſſima, ipſi oblata & data, ad lachrymandum proniſſimus ſit. Quid? quod ſexus idem occaſionem lachrymandi ad inſtar aliquot crocodilorum ſibi finxerit, norit ipſe. Itaq; quod flere non poſſint, antequam pœnitere eas maleficij cœperit, id inde eſt, quod Deus permittere nõ velit, ut ſcelus earum per pervicaciam maneat indetectum, & ita deinceps impunitum. Alia cauſa lachrymarum fuit, quæ

qua inſontes fœminæ mortem ſibi adſciverunt. Ita enim ſcribit Tacitus de illa atroci laniena Tiberij. Ne fœminæ quidem exſortes periculi, quæ occupandæ Reipublicæ argui non poterant, ob lachrymas incuſabantur: necataq; eſt anus Vicia Fuſij Gemini mater, quod filij necẽ fleviſſet, &c. *Annal.l.6.*

Sed ad alias cauſas diverſas lachrymarum veniamus. In hiſtoria Gerardi de Roo legimus, nonnullos affirmare, Fridericum Imperatorem, renuntiata filij Maximiliani electione in Regem Romanorum, largiter illachrymaſſe. Id varie, inquit, pro ſuo quiſque judicio, interpretabuntur; crediderim ego, ex gaudio illud factum: niſi quis Imperij molem, multaq; in eo adverſa, illum conſideraſſe putet, & ſunt plerunque viri boni ad fletum procliviores. Huc pertinet, quod duobus Cæſaribus & Regibus acciderit, & in quam claſſem lachrymæ eorum referendæ ſint. Sigiſmundus Cæſar enim, cum moribundus Alberto genero nuper deſignato, Imperium & regna, Hungaricum & Bohemicum reſignaret, eumq; hæredem & ſucceſſorem deſignaret & inſtitueret, in lachrymas vehementes erupit, De hoc vero quum Rex Bohemiæ & Hungariæ antea declaratus, inſuper Imperium Romanum ab electoribus delatum eſſet, idem Auctor ita ſcribit: Albertus ſeorſim à conſilio digreſſus, magnam lachrymarum vim profudiſſe, tandem in conſilium reverſus, electionem ratam habuiſſe dicitur. Sane B. Auguſtini lachrymandi duplex ratio eſt conſideranda. Ferunt enim, cum cum à Vandalis Hippone circumſeſſa eſſet, ubi is erat Epiſcopus, cum vixiſſet annos 76. ibi mortuum eſſe, anno 430. Paulo autem ante obitum, converſum ad parietem, diu lachrymas fudiſſe. Quarum à nonnullis duæ cauſæ recenſentur. Una, quod doluerit, ſe non egiſſe majorem pœnitentiam de peccatis ſuis: Altera, quod deploraverit publicas calamitates, quum vidit barbaras gentes, & propagari errores per totum orbem terrarum. Sed qualis obſecro fuit riſus Hannibalis, ob intempeſtivas lachrymulas & gemitus Carthaginenſium: Quum enim adeſſet dies, quo primam penſionem exigebant à Pœnis Romani, & totus populus ad tributi mentionem ingemuiſſet, Annibalem effuſe riſiſſe, Livius & alij ſcribunt. Riſus certe externus, ex animo lachrymis pleno, & ſumma perturbatione ortus. Qua de re vero increpatus ab Haſdrubale, negavit eum riſum fuiſſe gaudentis, ſed aliorum feras & inanes lachrymas deridentis, quæ nunc in leviore malo manare debuerint, quo tempore Romani claſſes arma & ampliſſimarum victoriarum ſpolia Pœnis detraherent, ac leges victis imponerent. Alioquin legimus in hiſtoriis, magnos & egregios viros & heroas à riſu alieniores fuiſſe, inter quos fuiſſe Carolum Magnum & Carolum V. Cæſarem, Imperatores potentiſſimos; uterque enim raro ridere, & id moderate, non effuſe, & quidem magna cum gra- *Hiſt. Auſt. lib. 10.*

 vitate,

phaſin peculiarem habet, ſignificat enim affectum, cum ingenti & profunda miſericordia. Lætitiam etiam CHRISTI, in Evangeliſta Luca, cum ejus juſſu Apoſtoli emiſſi prædicaverunt Evangelium, de remiſſione peccatorum & hac prædicatione multos ad fidem Chriſtianam adduxerant, explicat Melanchthon. Vt autem de lachrymis piis hominum hoc caput abſolvamus, operæ pretium exiſtimavi, ad confirmationem paulo ante allegatorum, Nathanis Chytræi pias admonitiones, poſtremo loco hîc inſerere. Quæ ſunt tales. Quid jam de lachrymis inter precandum effuſis & precationis ipſius verba interrumpentibus dicemus? quæ cum animæ vulneratæ quidam quaſi ſanguis ſint, non poſſunt non inſtar ſacrificij iucundiſſimi odoris, apud Deum pretioſæ eſſe, quæ etiam Pſalmo 56. à Deo numerari, & in utrem certum colligi dicuntur, ut ſciamus, lachrymas pie profuſas, licet inſtar alterius cujuſpiam rei vilis in terram cadant; & pedibus conterantur: tamen non prorſus perditas, & à Deo oblivioni traditas eſſe, ſed certe futurum, ut earum utilitatem & fructum brevi cernamus quam ubertimum, &c. Et ea quæ ſequuntur. Vnde idem autor ita precatur:

Cap. 10. *Super Dominic. 13. poſt Trinit.* *Viat. extremis itineris fol. mihi 29.*

Reprime cœleſtes, quos dudum depluis, imbres,
Elice & è noſtris lachrymulas oculis.
Lachrymulas animi afflicti, mentisque cruorem,
Queis deploremus crimina noſtra tibi.
Hic fuerit melior nobisq́; ſalubrior imber,
Qui citò cœleſtes te duce, ſiſtet aquas.

Proſecuritate frugũ, fol. 301.

Et alibi idem Auctor:

Mihi fol. 166.

Flagitio turpis lachrymæ ſunt balnea cordis,
Eſt animæ ſanguis lachryma vera pia,
Balnea lachrymulas iſtas adhibe ergo frequenter,
Expers qui amiſſi criminis eſſe cupis.

Mureti poſtremo diſtinctionem lachrymarum, & de vero uſu earum adjicere operæ pretium duxi:

Here, ſi querelis, ejulatu, fletibus
Medicina fieret mentibus mortalium,
Auro paranda lacruma contra forent:
Nunc hæc ad minuenda mala non magis valent,
Quam nænia Præficæ, ad excitandos mortuos.

RES TVRBIDÆ CONSILIVM NON FLETVM EXPETVNT.

CAPVT

CAPVT XCIX.

Pium eſſe, mortuos honorifice ſepelire.

A Multis reprehenditur, & quidem recte, nonnullorum crudelitas & belluina ſævitia, qui non ſolum non ſatiati occiſione hominum fuere, ſed etiam in mortuos & cadavera mirum in modum ſævierunt, ſicut antea plura exempla recenſuimus. Juvat autem hîc reſumere idem argumentum. Cum igitur nobilis quidam cum ſuis ſervis & comitibus in ſylva quadam ex inſidiis à nonnullis non ita pridem globulis tormentariis abſque omni rationabili cauſa miſere interfecti & ſpoliati eſſent, & dubium incideret, utrum cadavera, ne feris prædæ eſſent, mox auferri, & honeſte ſepeliri deberent: ſentientibus aliquibus, exſpectandum eſſe, donec Dominus, qui merum Imperium illis in locis prætenderet, hoc curari luberet, cum tamen ipſo non ignorante, hæ cædes factæ eſſent; mitior tandem & humanior opinio prævaluit, ita ut ultimum officium humanitatis cæſis abſque mora præſtitum fuerit, & honorificè terræ mandati ſint, conſtitutis etiam publicis monumentis, tam in loco homicidij, quam ſepulchri. Quæ diverſitas opinionum me movit, ut diligentius hac de re cogitarem & inquirerem. Congeſſi vero tunc temporis nonnullas rationes & exempla, quomodo gentilibus cura ſepulturæ occiſorum, quamvis illi hoſtes fuiſſent, curæ fuerit, eamque favorabilem & piam judicarint, quæ deinde in peculiare caput redegimus. Viſum autem mihi fuit operæ pretium, prioribus præterea alia memorabilia, nunc auctarij loco adiicere. Et primo occurrit mihi Germanici pietas, quæ mirum in modum ab hiſtoricis commendata & laudata fuit. Is enim compoſitis rebus in Germania, poſtpoſitis aliis rebus & negotiis, curavit fieri inferias & funebria Romanis tribus legionibus, in prælio cæſis ab Harminio, quibus præfuerat Quintilius Varus. Quæ clades contigit Anno Chriſti XI. qui fuit annus urbis conditæ 761. ad Luppiam amnem, in Weſtphalia non procul à Padeborna, in ſaltu Teutoburgenſi, ſicut plerique hiſtorici fide digni computant, & pro vero habent, atq; poſteritati in perpetuam memoriam fortitudinis Germanicæ gentis, tradiderunt. Cæterum, ne mortuorum inſontium cadavera detineantur, ludibrio exponantur, neve vexentur, Præſidis provinciæ officium eſt (alia res eſt de ſceleratis, in quorum cadavera pœna ſtatuta eſt, quanquam de his etiam diſputari ſciam, an non debeant poſt ſumptum de ipſis ſupplicium, concedi petentibus ad ſepulturam) ſicut dicit Vlpian. Nam publice intereſt, nô minus mortuos ſepeliri, quam vivos côſervari. Vnde L. Julia tenetur,

Cap. 64. centur. 2.

L. 38. de religioſ. & ſumpt. funer.

qui

qui fecerit, quo minus ſepeliatur, quo magis funus diripiatur, diſtraha- *L.qui cœ-*
tur. Ob hanc rem etiam in favorem defunctorum, etiam accuſatorum, i *ſum, de vi*
ta legibus ſtatutum eſt. Hæc enim ſunt verba legis: Si is, quem homicidij, *publ.*
ſeu cujuſvis criminis poſtulaſti reum, vita functus eſt, fruſtra ob pœnam *L.3.C.ſi*
deſertæ accuſationis convenireris, cum morte ejus crimē cum pœna ſit ex- *reus vel*
tinctum, ac per hoc tibi adempta eſt neceſſitas accuſationis, ſicut Ferdi- *accuſat.*
nandus Vaſquius hanc legem pluribus explicat & illuſtrat. Vnde regu *mortuᵒ ſit.*
lariter prohibitum eſt, ne ſententia in mortuum feratur, ſicut hoc Fran- *Illuſtr con-*
ciſcus Marcus pluribus confirmat. Eodem modo in jure noſtro cautum *troverſ. li.*
eſt, ſub pœna amittendi crediti, ne cadavera mortuorum debitorum à *3.c.96.n.7.*
creditoribus, ſpe citius conſequendi debitum ab hæredibus, inſepulta *& ſeqq.*
detineantur. Injuriam enim irrogans cadaveri, ejus hæredi quoque cen- *Deciſ.777.*
ſetur feciſſe. Quæ actio quoque defuncti conſanguineis competit. Ex- *tom.1. No-*
tenditur quoq; id contra eos, qui defunctorum imagines, & ſepulchro- *vell....*
rum ſtatuas offendunt, ut injuriarum actione conveniri poſſint, quod et- *L.1.§.quo-*
iam approbat Bartolus, ubi agit de his, qui radunt arma ex capellis. In pri- *tiens.de*
mis autem olim impium cenſebatur, viſo cadavere inſepulto, non inje- *injur. &*
ciſſe pulverem, quod in Antigone indicat Sophocles. Et Athenis Buzy- *ibi D D.*
ges eos eſt execratus, qui inhumatum cadaver neglectui habuiſſent, ad *L.ſi ſtatua.*
quod reſpicit Horatianum illud: *de inju-*

Quanquam feſtinas, non eſt mora longa, licebit, *riis. Bart.*
Injecto ter pulvere curras, &c. *in l. qui li-*

Idipſum optimo Regi Alphonſo ignotum non fuit. Cum enim Pu- *bertate. §.*
teolos obſideret, atque animi laxandi cauſa in littore exſpatiaretur, forte *ne ejus, de*
reperit ibi Genuenſis militis cadaver, è triremi hoſtium à mari ejectum. *operib.*
Quo viſo mox equo deſilit, iiſque omnibus qui prope aderant, deſilire *priv.*
juſſis, aliis negotium dat, ut terram effodiant, aliis ut nudum corpus ob-
velent: Ipſe vero crucem lingneam ſua manu fabricatam, humati ipſius
capiti affixit, ſicut Antonius Panormita memoriæ tradidit. Memorabile *Lib.1.in*
quoque eſt, quod in fundo Theodori Gazæ accidit: cum enim ejus vil- *dictis &*
licus urnam, in qua cineres mortui cujuſdam, effoderet, eamque neglige- *factis Al-*
ret, in ſomno cum minis monitus fuit, ut eam colligeret, & honeſte ſepe- *phonſi.*
liret, quod Gazæ memorabilem verſum expreſſit:

Sunt aliquid manes: lethum non omnia finit.

Cæterum cum in Pſalmo Aſaphus deplorat calamitates Hebrææ gentis, *Pſalm. 79.*
quas pertulit ab Antiocho Rege, quæ hiſtoria ſcripta eſt in libris Macha-
bæorum, querela potiſſima eſt, quod poſuerint cadavera ſervorum Dei
eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum ejus beſtiis terræ & quod effu-
derint ſanguinem eorum, tanquam aquam in circuitu Hieruſalem, &

Fff non

In Pſalterio Davidis carminice reddito.

non erat, qui ſepeliret, &c. Has querelas ita elegiacis verſibus expreſſit Widebramus, digni ut adſcribantur:

Funera ſub dio poſuere volucribus eſcam,
Corpora Sanctorum dilanianda feris.
Sanguinis effuſi Solymorum mœnia rivis,
Sicut aqua foſſis, undique cinctanatant.
Nemo trucidatos dignatus honore ſepulchri,
In mediis ſancti computruere viis.

In hiſce querelis, de crudelitate hoſtium, cadavera ſervorum Dei inſepulta proiecta fuiſſe, notant pij viri, Religionem quandam ſemper tenuiſſe hominum animos ut ne hoſtes quidem fraudarent ſepulchri honore, unde haberentur belluis ſimiles, quas delectat mortuos lacerare. Hæ certæ & atrociores querelæ Gallis frequentes fuere, in illis diuturnis bellis religionis ergo geſtis, in quibus nefas fuit reformatæ religionis homines utriusque ſexus, ſepeliri.

Obſervatum autem fuit non ſemel, ſicut qui hiſtorias de iis ſcripſerunt, notarunt, cadavera piorum hominum in foſſis & lacunis proiecta, cum deinde completo furore, poſt plures dies extraherentur, adhuc recenti cruore perfuſa, abſque tabe, Papiſtarum vero mox fœda tabe putrida, conſpecta fuiſſe, non ſine admiratione omnium, utcunque hæc ad cauſam naturalem pertrahere ſatagat Thuanus. Nam ſi naturalis cauſa id concinnavit, cur non eadem Papiſtarum, quæ Reformatorum ſors atque conditio manſit, ubi par eademque ſubfuit cauſa? Quod autem apud Hebræos cautum fuerit lege, ne inſepultum hoſtem relinquerent, & plura de ſepultura honeſta diligenter collegit Barthol. Chaſſanæus, ubi inter alia ita dicit: Apud Hebræos cautum fuit lege, ne inſepultum hoſtem relinquerent. Pyrrhus gentilis etiam Rex Epirotarum, ut Eutropius refert, quam favendum ſit ſepulturæ, licet paganus foret, oſtendit, qui cum mille octuaginta ex Romanis in bello captos teneret, ſummo honore tractavit, multosque defunctos, licet hoſtes, honorifice ſepelivit. Sic & Cæſar caput Pompeij hoſtis ſui, ut refert Valerius lib. 5. de humanitate. cap. 16 Et primus qui funerare docuit corpora in bello, fuit Hercules. Et tales pulchre commendavit Propheta eximius, 2. Regum 2. Vos benedicti à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc, cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum. Et Machabeus inimicorum interfectorum corpora ſepeliri juſſit, ut habetur 2. Machab. 10. & 12. Alexander Darij interfecti corpus matri Tumbrutini præbuit. Pauli Æmilij cadaver Hannibal hoſtis ſepelivit, ut refert Valerius lib. 5. de humanitate. Et ut etiam refert idem Valerius titu. 2. de ſomniis, quod Simonides Poeta ad littus

In Catalogo gloriæ mundi part. 2. conſid. 5.

appli-

applicans maris, corpus, quod vidit inhumatum, ſepeliri mandavit: propter quod periculum maris evaſit, ut ibi, & in ſequenti titulo, de miraculis. Conſtat etiam, quod periculum terræ evaſit. Expedit enim Reipublicæ, non minus mortuos humari, quam viventes conſervari, ſecundum Bald. in l. fin. C. de negot. geſt. prout nobis etiam exemplis gentilium traditur, ſcilicet, Cyri, Alexandri & Cæſaris Imperatorum, qui ſe ſuis mandaverunt in teſtamentis in nuda terra humari, ut refert Leonardus Aret. epiſt. 49. &c. Hactenus Chaſſanæus

Concludam autem hoc caput eleganti ſimilitudine, deſumpta ex Chytræo. Vt corvi, inquit, vultures, lupi, vulpes, & alia fœda animalia cadaveribus delectantur: ita invidi, & hypocrytæ inſectatione mortuorum. Iidem inſtar Caini pavidi ſunt, à ſtrepitu folij contremiſcunt: & etiamſi vultu & voce aliud ſimulent, & horrendum in modum in alios debacchentur: tamen meticuloſi, omnes amicos & hoſtes domeſticos & ſeavos, conſcios & ignaros ſuſpectos habent. Quare non ſunt contemnenda cadavera mortuorum, præſertim piorum, in quibus domicilium habuit Spiritus ſanctus, & mens immortalis ipſa, & ad imaginem Dei cōdita. Quo ſpectat tale vel præceptum, vel monitio Eſdræ: Mortuos ubi inveneris, ſignans commenda ſepulchro, & dabo tibi primam ſeſſionem in reſurrectione mea. *In viatico itineris extremi.* *Ca. 2. li. 4.*

Caput C.

De Leonibus, de rugitu eorum, & de niveis Leænis plura.

De heroicis virtutibus, fortitudine & magnanimitate Leonum, de morbis & terriculamentis antea multa congeſſimus, præſertim de Leænæ ſævitia & crudelitate, eamque id niveas Leænas (vulgo Schnee-löwin) tranſtulimus, de qua materia plura hoc capite diſſerere operæ pretium exiſtimavi. Non fruſtra quærit apud Bodinum Theorus, cur leonem regem beſtiarum appellant? cui reſpondet Myſtagogus: Non ideo, quia robuſtior aut agilior ſit, ſed propter excelſam animi vim & magnitudinem, à qua Hebræis fortis dicitur: Quia nec inſidiatur cuiquam, nec quicquam metuit, & beſtiis imbecillioribus parcere ſolet, &c. Vnde tradunt hiſtorici, inter quos eſt Joan. Leonius: Leones Mauritanos non lædere, niſi fuerint læſi, & fugæ, ſi poſſunt, ſe dare potius, quam ut ulciſcātur. Pueros & mulierculas eos facile perterrefacere, ac ſolis minis eos abigere. Qui vero in Africæ ferventiorib. locis reperiuntur, eos audaciſſimos & ferociſſimos eſſe, ſicut Ovetus quoq; obſervavit. Sic in regione Indiæ occi- *Cap. 22. cent. 1. c. 88. cum ſeqq. cent. 2.* *In theatro natur. li. 5.* *De rebus Africis par. 3.* *In ſum. hiſt. c. 14.*

occidentali aurifera, paucis adhuc cognita, quæ Guaiana Americæ dicitur, & ſub ipſa linea æquinoctiali, inter Braſiliam & Peru, ſita eſt, plures reperiuntur leones & tygrides, incolis innoxiæ, in exteros vero ſi non adſunt indigenæ crudeliter ſævientes, ſicut virum fide dignum, qui in illis locis cum generoſo Comite Anglo, Waldero Raleghio, anno 1594. & ſequentibus fuit, referentem audivi. Cæterum magna ſemper fuit fortitudo & magnanimitas, pugnare & interficere leonem, ſicut de Conſtantio juvene adhuc, qui poſtea Magnus appellatus fuit, ſcribit Pomponius Lætus. Quum enim Galerius Maximianus eum perdere cuperet, ut olim *Euryſtheus* Herculem, & propter eam cauſam hortaretur illum, ut cum leone in theatro pugnaret, Conſtantinus avidus gloriæ in certamen deſcendit, ac feram pertinaciſſimam vicit. Et cum ſpectatores miris laudibus eum efferrent, ſubridens Imperator, cogitabat eum majoribus periculis obiicere. Sic Coloniæ Agrippinæ Harminius Grinæus, olim ibi conſul, Leoni famelico, ut eum laceraret, ab inimicis fraudulenter obtruſus eſt, qui interritus, mox in fauces feræ pallium iniecit, & ſica eam confecit, ſicut hujus rei geſtæ perpetuum monumentum ibi publice adhuc conſpicitur, idque typis æneis expreſſum penes me habeo. Exſtat prætere a hoc factum, & mirabilis liberatio è periculo præſenti hujus fortiſſimi viri, elegiacis verſibus deſcriptum à Bernardo Mollero, in deſcriptione tractus Rhenani *Lib. 4.*

Præ cæteris autem leones formidabiles facit horribilis rugitus, quo animalia cætera ita perterrefaciunt, ut metu obſtupefacta celeriter aufugere nequeant. Unde dicit Beatus Ambroſius, Leoni tantus naturaliter ineſt terror, ut multa animantia, quæ per celeritatem poſſent ejus impetum evadere, rugientes ejus ſonitu, veluti quadam vi attonita atque icta, deficiant. Eodem modo Amos Propheta id obſervavit, ubi ita ſcribit: Leo rugit, & quis non expaveſcet? Truculentiam leonum ſalutari monitione inculcat Melanchthon, ubi dicit: Cogitate quam mirabile fuerit, quando Deus ſervavit olim ſanctos obiectos leonibus, & aliis truculentiſſimis beſtiis. Cogitate etiã quanta fides fuerit in iſtis ſanctis hominibus, commendantibus ſe Deo, ubi ſteterint inter medios leones. Rex Anglicus cum vellet experiri fortitudinem generoſiſſimi canis ſui, intromiſit eum in hortulum, in quo alebantur leones. Canis compulſus ingreſſus eſt in eum locum, venit in conſpectum unius ex leonibus: Leo jacuit ibi nec ſe commovit, ſed tantum torve intuitus eſt canem. Canis vero mox ſubito pavore extinctus concidit. Quiſque veſtrum cogitet, ſi ſtaret in tali loco ſolus, ubi leones, Pardi, aut ſimiles feræ liberæ circumeunt, quid animi ſibi futurum eſſet. Ego memini, me expaveſcere cum primum leonem viderem: cogitabam, ſi illa *In die Cõverſionis Pauli.*

beſtis

beſtia erumperet (erat enim incluſus leo) nemo noſtrum evaderet. Cogitate igitur, quantum robur fuerit in ſanctis inter leones, &c. Rugitum certe leonum & aſpectum admodum terribilem eſſe, cum meis ſodalibus. Neapoli, Florentiæ, & aliis locis expertus ſum. Etſi enim in clauſtris ſuis firmiſſimis, & quidem triplicibus cratibus eſſent concluſi, ita ut neminem lædere poſſent; tamen cum ſaltu erga nos exterius, & ſatis magno intervallo ab eis, licet iu tuto conſiſtentes, cum rugitu irruerent, nemo ex noſtris tam præſenti & firmo animo fuit, qui non recedere cogeretur. In primis autem oculi lucentes vel ſcintillantes, una cum vento ex ſaltu moto, nobis terrorem incutiebant. Et recordor, cum juvenis adhuc Tubingæ ſtudiorum cauſa degerem, leonum in arce nutritorum rugitus in oppido & in vicinia, interdum etiam ſecundo vento, Rotenburgi ad Nicrum, & ſic milliare Germanicum, non ſine formidine, præſertim canum etiam ferociſſimorum, exauditos fuiſſe. Hinc colligunt pij viri, non fruſtra Diabolum aperte ſævientem, leoni rugienti in ſacris literis adſimulatum eſſe: Draconi vel ſerpenti vero, cum occulte inſidiatur. Magis autem metuendum cum fallit, quam cum ſævit. Id certe pie ita explicat Bucholzerus: Omnibus temporibus Sathanam homines ad rebellionem impellere, ac in perniciem præcipitare ſtudere; idque gemina aggredi via. Primo quidem ſerpentem eum induere, quoties blandiendo & mentiendo mentes faſcinat, & peccatum extenuans vel excuſans, impulſione fraudulenta hominem de pietatis & virtutis throno deiicit: poſtea ſemel admiſſus, leonem agit, quoties de implacabili ira Dei horrendum rugire incipit: pœnitentiam agentibus gratiæ divinæ fores præcludit: pro melle propinato fel infundit: mendacio homicidium addit, peccato ſtipendium reddit: & violenta impulſione utens, hominem à Deo avulſum veniamque deſperantem devorat, &c. Ad ſummam, Sathan prorſus eodem modo & eadem via inceſſit, incedit, & inceſſurus eſt, licet diverſimode fallendo & nocendo. Sed ad noſtras leænas, (ſive niveas à violentia hujus ſæviſſimi animalis, ſive à liqueſcente nive ita appellatas, certe utraſque periculoſas) veniamus, & prioribus memorabiles hiſtorias, & primam quidem à Paulo Jovio eleganter cum ſitu locorum & regionis deſcriptam, addamus. Cum, inquit, Carolus V. Cæſar potentiſſimus, poſt expugnatam Romam ab ejus Ducibus formidabilis pleriſque videretur, Veneti cum Galliæ Rege Franciſco, adiunctis aliis quoque Principibus, ad inhibendum ejus felicitatis curſum, fœdus percuſſerunt, ibi Venetas cohortes, quas Piſanus una cum Valerio Vrſino ducebat, præeunte eorum equitatu à Sulmone iter Romam verſus habentes, ingenti nivoſoque ventorum turbine, exorta atrox tempeſtas,

In Chronol.

Li. 25. hiſt.

miſerabili ac inopinatæ cladis genere pene totas oppreſſit. Nondum enim plane exacta hyeme, ut in algidis & montanis evenit locis, ſerius in ver novum annus aperitur, & culmina montium prææaltæ diu inſident & occupant nives. Inter duas Apennini arctas fauces imminentium utrinque altiſſimorum montium adverſis jugis, non multum lata, verum plana vallis extenditur, ſpatio quadraginta fere ſtadiorum. Hunc locum incolæ Peligni, quinque millium planum appellant. Hæc autem eſt ejus anguſtiitineris natura, ut exorti venti quum ingruunt, contrario in ſeſe & rapidiſſimo impetu convolvantur, ſublatas nives è jugis deiiciant, & in gyros per aëra vertant, quibus media in valle iter habentes interclufo ſpiritu repente ſuffocent & perimant. Propterea explorare oportet inconſtantis cœli ſerenitatem, quæ ſubitis ſæpe momentis fallax viatores decipit, quoniam abditi introrſus ſpecus conceptum naturali terræ habitu ſpiritum ex illis inflectentium inter ſe montium anfractibus violenter expuant: certo ſemper exitio deprehenſorum, niſi intento curſu celerrime faucibus elabantur. Periere in eo turbine trecenti fere pedites, repertique ſunt rigentibus membris enecti, dormientibus plane ſimiles, quum repentinæ procellæ tempeſtas deceſſiſſet, &c.

Hiſt.lib.33. Similem tempeſtatem & nivium cadentium molem & procellam idem Jovius ſcribit, Solymannũ cum exercitu contra Thamam Perſam progredientem, in campis veteris Sultaniæ quam undiq; altiſſimi præcingunt montes, quorum juga perpetuis obſeſſa nivibus conſpiciuntur, & ad Caucaſum ſeſe extendunt, invaſiſſe. Nam certantium inter ſe ventorum eam fuiſſe rabiem, ut transverſis flatibus nivoſa montium culmina vel terentur prææaltaq; nix ſubiectis campis incideret, qua horribili procella Turcarum caſtra, everſis tabernaculis, ſternerentur, jumentaque, & ante alios magnus Camelorum numerus interiret, & ingens lixarum & ægrorum militum multitudo oppreſſa, protinus extingueretur, non parvo etiam ipſius Imperatoris periculo, quem circa eum pleraque tentoria eadem procella diſiiciente, concidiſſent. Et ea, quæ ſequuntur. Hoc periculum etiam Æneas

In deſcript. Aſiæ, c. 36. Sylvius indicare voluit: In ſummis, Inquit, Caucaſi cacuminibus viatores baculos ſecum ferunt, quos in ſummam nivem delapſi, reſpirandi cauſa exſerunt, & ut eo ſigno auxilium à tranſeuntibus conſequantur: Quapropter ſæpe effoſſi ſervantur. Simile periculum ſubiit in globis vel lexnis nivium. Pompeius Columna, quum Franciſcum Regem Galliæ redeuntem in ſuum regnum ex Italia, ut patruum Proſperum captum liberaret, ſubſecutus eſt media hyeme per Seninas alpes, ubi devoluta ingens è ſummis Alpium jugis nivium moles, permultos omnis generis mortales, & in his integram Sedunorum legionem, paucis ante illum paſſibus

oppreſ-

oppreſſerat, ſicut idem Iovius ſcriptum reliquit. Eadem, quæ antea dixi, *In vita*
ex Olao Magno obſervavit Majolus. Memorabile eſt, inquit, in Regno *Pompeij*
Sueciæ, ibi ſummo montium Dofriniorum vertice aviculam pedibus cō- *Columnæ*
moviſſe paululum, quæ nix deorſim ſenſim deſcendens, & in pilæ formam *Cent.87.*
ſeſe revolvens, ſemper aucta, in tantam creverit altitudinem, rotata uſque *cent.2.li.2.*
in imum montis, ut oppida deſtruxerit, maxima ſua mole. Huc referen- *c. 3.*
dum, quod in Gallia accidit: Nam ab altiſſimis montibus monaſterium *In dieb.ca-*
magnæ Carthuſiæ nix aliquando ruit, humū lapideſq; ſecum trahens, cel- *nicular ib.*
las, fratreſq; in eo degentes, ſua magna mole oppreſſerat, Anshelmo prio-
ratus officium exercente, ut ex vetuſto codice tradit Surius. &c. Nonne, *Tomo3.*
obſecro, ſimile olim accidit Græcis, qui Cyro duce Xenophonte contra
fratrem Artaxerxem militaverant per Armeniæ montes (quod Turcis
quoque, ſicut paulò antè dixi, magna cum ipſorum clade evenit) redeunti-
bus? In ſummo enim verſabantur periculo ob nivium moles, quibus pa-
rum abfuit, quin omnes obruerentur. Turbato enim aëre, rara nix ſenſim
è nubibus deſcendere cœpit. moxq; perflante atq; invaleſcente vento jam
denſior, aſſiduè magis ruere, ſolumq; alte conſternere, adeo ut brevi con-
tectis omnibus locis, neq; viarum calles, nec vlla prorſus regionisve ſpe-
cies aut ſitus proſpici daretur: denſitas quinetiam cadentis nivis, lucem
proſpectumq; omnem occuparet. Quo caſu exanimati milites, quid ca-
perent conſilij, prorſus incerti, ſicut refert reliquas calamitates Græcorum
ex Diodoro Siculo, Theod. Zuingerus in Theatro. Sed ut ad recentiora *Lib.14.*
veniamus, parum abfuit, quin à mole nivium Princeps Fridericus II. Pa- *Vol 2.lib.7.*
latinus Elector, cū ſua conjuge, Regina Daniæ, gynæceo & comitibus op- *fol.mihi*
preſſus fuiſſet. cum ad Cæſarem conſanguineum in Hiſpaniam proficiſce- *477.*
retur, in montibus Pyrenæis apud Biſcainos, ubi tantus ventorū turbo il-
lico ingruit, ut fere intra momentum, Principem & ſuos nive contegeret.
Ex qua magno labore erepti, & in antrum rupis pertracti, non minori pe-
riculo, deſtituti neceſſariis rebus & commeatibus ad victum, vix inde eva-
ſerunt, ita ut Principi montis tranſitus 500. coronatis Galeratam uſque *In Anna-*
conſtiterit, ſicut id pathetice & eleganter deſcribit Hubert. Thomas Leo- *lib. Fride-*
dius, qui ubique interfuit, & inter alia refert, quomodo in illis nivibus ab *rici II.li.11.*
Hiſpano nobili, cui antea Heidelbergæ, cum ibi Cæſar eſſet, de hoſpitio
proſpexerat, tam humaniter & liberaliter tractatus, & ab illo, quomodo
oculos & pedes à gelu & nivibus illæſos conſervare poſſet, edoctus fue-
rit. Oculos videlicet perpetuo nivium aſpectu facile lædi, niſi quid ante
eos nigri prætendatur: Pedum autem digitos obſtupeſcere, niſi aſſidue cor-
pus moveretur, & nunquam omnino quieſceret, calceamentaq; detrahe-
rentur. Nam ſi calceati, inquit, decumberemus, tumeſcentibus pedibus

altè

altè vincula imprimerentur, atque ita calcei pedibus aſtricti, reſolvi nullo modo poſſent. Hæc illo dicente, (addit Leodius) deprehendi hoſpitem eſſe virum doctum, & hæc ex Xenophonte hauſiſſe. Reliquas itineris moleſtias & pericula ob nivem & inhoſpitalitatem, atque alia incommoda, Toletum uſque, Lector ſi deſiderat ſcire, non abſque admiratione ibidem leget. Poſtremò memorabile & notabile eſt, quod de Brenno, ejuſque exercitu (licet paulò aliter, quam Valerius Maximus & Juſtinus historicus, nec non alij quoque) Godefridus Viterbienſis ſcribit, quum auri Delphici ſitis & cupiditas eum corripuiſſet, atque oraculum Delphicum eluderet, quaſi Dij nullis opibus egerent, ut qui eas hominibus largiri ſoleant, ubi ita Apollinem introducit ſacrilego minantem, eum ALBIS VIRGINIBUS caſtigaturum, id eſt, niveis leænis, vel globis:

In Chronolog. part. 9.

Hunc ego non patiar dixit Apollo dolum,
Albis virginibus ulciſcar dedecus illud,
Brenno luet, populusq; ruet, nobis quoq; priſcus
Reſtituetur honor, quem modo tollit homo.
Deſpicit ambigua Brennus reſponſa deorum.
Et jubet ut locuples eat hinc modo turba ſuorum,
Approperent auri pondera ferre domum:
Alpibus ingreditur Dux ad Galatas rediturus,
Obruitur nivibus ſubito caſu periturus,
Deperit in nivibus miles ubiq; ſuus.
Albis virginibus tunc ultus Apollo putatur,
Dum mediis albis nivibus Dux ipſe necatur.
Sic reſponſa Dei vera videntur ei.

Cæterum quomodo Diabolus ſub nomine Apollinis ſuam potentiam fulguribus, procellis ventorum, nivium grandine, & terræ motibus & fulminibus, permittente Deo, exercuerit ſub prætextu ſacrilegij, deleto toto exercitu Brenni, qui ſexaginta quinque millia lectiſſimorum militum exceſſit, auctores, quos paulò antè citavi, prolixè deſcribunt. Inprimis autem Juſtinus hiſtoricus notavit, terræmotu portionem montis abruptam, Gallorum ſtraviſſe exercitum, & confertiſſimos cuneos, non ſine vulneribus hoſtium diſſipatos ruiſſe. Inſecutam deinde tempeſtatem, quæ grandine & fulgure ſaucios ex vulneribus abſumpſerit, Ducem ipſum Brennum, cum dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione vitam finiiſſe. Hanc cladem Brenni ita refert D. Joannes Georgius Godelmanus ex Peucero. Cum Brenno Duce Galli Aſiam pervagati ad templum Delphicum diripiendum accederent, & incolarum alij hoſtium metu diffugerent, deſerta ſtatione, alij propugnaturi ſedes ſuas, & prohibi-

Li. 24. hiſt.

Li. 2. ca. 6. de Lamiis.

De divinat. fol. 33.

hibituri direptionem templi quærerent, quid facto opus eſſet in tanta trepidatione, tamque ſubita hoſtium irruptione? Reſpondit Oraculum; ſe deſenſurum templum ſuum. Itaque dum accedunt Galli, mox terra continuis quaſſata motibus, ea parte maxime, qua Gallorum exercitus conſiſtebat, contremiſcit adeo, ut & dehiſceret alibi, & ſubſideret in profundas voragines, plurimos abſorbens, alibi in editos aſſurgeret tumulos, tonitrua percrepant frequentiſſima, fulgura coruſcant continue, maxima multitudo de cœlo tacta, aut flammis vſtulata perit. Noctu ſæviſſima hyems ingruit, nix denſa caſtra operit, lapides ex diſiectis ædificijs, turbinibus violentis in ſublime evecti, rurſuſque præcipitati deorſum improvidos conterunt, ingentiaque fragmina à Parnaſſo abſciſſa, devolutaq; rapidiſſimo curſu, non ſingulos bino ſve, ſed plures, prout multi in vicinia excubabant, obruunt, &c. Ex his rectius Lector cognoſcere poterit, quid ſub ambiguitate Albarum virginum, Oraculum Delphicum ſignificare voluerit.

FINIS CENTVRIÆ TERTIÆ MEDITAtionum hiſtoricarum.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN HIS MEDITATIONIBVS MEMORABILIVM.

ABEDALIÆ Campaniæ Regis cædes, 2 0
Abitabilis fabula, & ſepulchrum, ignotum, 26
Abrahamus doctus, 255
Abſolonis facinus in patris concubinas, 330.331
Academiæ Altorphinæ leges. 153
Academicus actus depoſitionis quid ſibi velit,
Academici Rectoris magnificentia, 257
Academicorum honorum præſtantia, 159 219. 220. & eorum introductio, ibid & 186
Academicarum ceremoniarum in actibus publicis ritus, & eorum ſignificatio 157
Academiarum tyrones quo loco ponendi, 232
Academicorum honorum dignitas, 245
Accenſi, 322.&323
Achillis cythara, 365
Achitophelis malum conſilium, 331
Actiones inconſultæ & præcoces, earumq, infelix exitus, 79
Acumen in ſtudioſo literarum requiritur, 176
Adamum fuiſſe literarum, & literarum inventorem, 254
Admonitiones non malis, ſed bonis faciendæ ad virtutem, 16.. 162
Adulatio, præcipua perſecutionis cauſa, 19
Adulterii crimen apud Spartanos inauditum, 296
Adulterium in muliere vir adulter accuſare non poteſt,. 296 297
Æger animus quærit, cui ſuam afflictionem exponat, 190
Ægyptii Phrygibus poſteriores, 222.234
Ægyptiorum literæ Hieroglyphicæ, 223
Æquitas legum anima, 153
Æra pro Deo, 49
Æſchinis & Ariſtippi conciliatio, 209
Actii cædes, 199
Agathoclis Siculi calvities, & eius velatio, 158
Agenoriæ templum Romæ, 178
Αγλαΐα una Gratiarũ & eius nota, 171
Agnus, Chriſti ſymbolum, 269
Agnum Dei pro amuleto geſtare an iuvet, 103 & 104
Agrianum prælium navale, 98.& 99
Agrippæ regis cum Paulo Apoſtolo colloquium, 3
Ahiæ Prophetæ cæcitas, ſed mentis acumen, 304
Al æ virgines in oraculo Delphico, 378
Albani populi oculorum noctu claritas, 310
Albertus Bavariæ Dux oblatum Bohemiæ regnum recuſat. 174
Albertum II. Imp. in electione ſua lachrymaſſe, 367
Albula, 230
Alcorani liber qualis, 40. & 41
Alcorani apud Turcas veneratio, 40
Alcoraniſtarum ſomnia, 26
Alexander Magnus, Ariſtotelis diſcipulus, doctus & literatus, 163

Alexan-

Alexandri M. continentia & incontinentia, 251.252
Alexandri Severi Imp. ſeveritas in conſervanda militari diſciplina, 95
Alexandri M. epiſtola de Cainan, 255
Alexandri M. ſeveritas in diſciplina militari, 95
Alphabeti Hebraici myſteria, 223.233
Alphabetum Hebraicum quomodo ſcribatur 254. Syriacum quomodo, ibid Chaldaicum quomodo, ibid.
Alphonſi Arragoniæ Regis pietas in interfectum militem, 371
Alphonſi Arragoniæ Regis erga literas affectio, 242
Alphonſi Regis Neapolitani præmonitiones fatales,
Alphonſi Arragoniæ Regis maieſtas conſtantiaque Regia, 241
Altorfinæ Academiæ Rectores, 164. Privilegia Cæſarea promulgata, 160. Prima promotio Magiſtrorum, 174
Altorfinæ Academiæ privilegia, 160
Amalaſuntæ cura in filij inſtitutione, 183
Amantium rivalium ſimultates, 195
Amare oportet, ut poſſis odiſſe, ſycophantica vox, 221 262
Ambroſianus Franciſci Regis & Carol. V. Imp. congreſſus, 149
Ambitionis impetus frenandus, 221.262
Ambroſii Ricalcarii infelicitas pro meritis, 204
Αμέθοδοι Medici, 181
Amicus fidus quam pretioſus ſit, 190
Amicus fictus, ibid. hypocrita malitioſus, 191
Amicus debet eſſe conſtans & perpetuus, 192
Amici fucati reconciliatio periculoſa & parum diuturna, 193.194
Amici ficti & ſimulati deteſtabiles, 207 quomodo cavendi, ibid. & 208. eorum mos, ibid.
Amicorum falſorum mos, 190.191 fraudes occultæ, 191. in aulis principum frequentia, ibid. & ſeq.
Amicitia fucata inter ambitioſos & avaros, & potentes, 162.193
Amicitia rivalium ſimulata & ficta, 195
Amicitia, Dea, 187: eur picta ita & imago ibid picturæ explicatio, 189
Amicitiæ violatæ furor, 193 [illegible]
Amicitiæ præſtantia, 188 & ſeq.
Amicitiæ commendatio & typus, 187 188
Amoris vis, 193 197
Amuleta Campionibus geſtare nefas, 103
Amuleta herbarum, plantarum, animalium, metallorum, idololatrica eſſe, 103. & ſeq.
Amuleta ſuperſtitioſa in reliquis & aliis rebus, 99 102
Amuleta ſuperſtitioſa & damnata, 102
Amuleta duplicia, naturalia & ſuperſtitioſa, 104
Amuſorum in Academicos honores ſcommata, 245
Amuſorum hominum voces aſininæ in literarum ſtudia, 185
Amuſorum in Academicos honores ſcommata, 220
Anabaptiſtarum Holandorum de extremo judicio delira vaticinia, 29
Annini ſacerdotis imprecatio & cædes, 116
Anaſtaſii Imp. pietas & clementia, 78
Andronicus Imp. Conſtantinopolitanus iureiurando Manueli Imp. præſtito à Patriarcha ſolvitur, 19
Ανδρεία literarum ſtudioſo neceſſaria, 177
Andreæ Auriæ ſagacitas in vitanda Regis Franciſci ingratitudine, 204
Α θεωποπαθεια in Dei relatione, 72
Angeli tutelares, 44
Angelus Iacobo colluctatus quis fuerit, 45
Angelus mortis à Salomone viſus, 25
Angeroniæ Deæ ſimulachrum, 361
Angliæ Rex Guilielmus peccatum commiſit in explorandis populi numeris & viribus, indeque clades, 71.72
Angliæ Reges habent donum ſanandi ſtrumas, 145
Animi magnitudo in heroibus, ejuſque exempla, 146
Animalia viſu excellentia, 311

Animalia iuris naturalis perita, 239. & duabus ſeqq.
Animalia per Diabolum locuta, 259. vel divina virtute, ibid.
Animalibus datus eſt ſonus ſignificatiuus, 258
Annas & Caiphas à Nerone ob Chriſti damnationem Romam perducti, 4
Annos imperii primus obſeruari Diocletianus edixit, 6
Annorum computatio incerta, 31
Antichriſtus Chriſtianorum, 30
Antichriſtus Iudæorum Barcosban velBencosban, ibid.
Antipatri periurium, & ſecuta pœna, 18
ἀντιπελαργεῖν, 239
Antiochi perſecutoris exitium, 10. & 11
Antonij Epiſcopi Arriani immanitas, 16
Antonij Eremitæ hypocriſis & fictum ieiunium, 127
Antonij Grimani Ducis Veneti fortuna, 326
Antonini Imper. epiſtola ad Senatum de Chriſtianis, 14
Antonini Pii pietas in cives, 77
Ἀνθρωπόγλωττος pſittacus, 259
Apollo Muſagetes, 159
Apollinis religio explicata, 168. epitheta expoſita, 156
Apollinis ſigillum à Sylla in collo geſtatum pro amuleto, 99
Apollinis imaguncula pro amuleto, 320
Apoſtoli qua figura repræſentati in veteri Eccleſia, 268 278
Aqua baptiſmi ſymbolum, 270
Aquilarum ſymbolum, 271. 281
Archebuſæ, 318 earum vis, ibid.
Argentinenſes opera Sturmii Imperatori conciliati, 247
Ariſtidis & Themiſtoclis ſimultates. 195
Ariſtippi & Æſchinis conciliatio, 209
Arma an litteris præferenda ſint, 167. & 245
Armorum præſtantia & vtilitas, 264
Arma litteris coniungenda, 249
Armillus Chriſtianorum Antichriſtus, 31
Ars nulla ſine magiſtro & interprete percipi poteſt, 156
Artes liberales ſeptem, 189
Artibus humanis quanta immineat à barbaricis clades, 159. earum ſtudia in ſola Europa ſupereſſe, 158
Artium bonarum cultui & tractationi quæ neceſſaria iudicentur, 176. 179
Artium bonarum contemptus, & inde futura barbaries, 241
Arrianorum ſævitia in Orthodoxos, 15
Arrogantiæ humanæ indiciū, 224 223. 254
Arrogantiæ vitium, 221. 262
Arrogantiæ humanæ commonefactio eſt linguarum diverſitas. 224
Aſpaſiæ in nævo faciei curando medicina, 143.
Ateius devovit Craſſum, 121
Avaritiæ & pecuniæ ſtudio Reſpublicas everti, 99
Augerij Busbequij Giſlenij laus, 247
Augerii Giſlenii Busbequii nefandiſſima cædes, 343
Augurium res idololatrica & morte digna, 20
Auguſtus Saxoniæ Elector Latinam linguam iam ſenex didicit, 237
Auguſti Cæſaris oculorum fulgor. 310
Auguſti Imp. rerum à ſe geſtarum monumentum, 247
Auguſtini Anglorum Archiepiſcopi faſtus & ſuperbia, 21
Aulici a verſipelles & malitioſis quomodo circumveniri ſoleant, 207. 108
Aulici ſycophantiis, calumniis, & delationibus obnoxii, 197. & ſeqq.
Aulicæ vitæ incommoda, 343 344 352. tabula & deſcriptio, 344
Aulicarum virginum modeſtia & caſti mores, 296
Aulicorum adoleſcentum virtus & laudabiles mores. ibid.
Aulicorum verſipellium artes ſycophanticæ, 207
Aulicorum lubrica & periculoſa gloria, 197. 198.
Aulicorum calumniæ & ſycophantiæ, 190. 191. 197. 198

Auſtria-

Auſtriacorum natu maximi ex fœdere in regno Bohemiæ ſucceſſio, 174

B.

Babyloniæ turris ædificatio, 224. 233
Baccalaureatus quid, 156
Baiazetis Turcarum Imp. in filium imprecationes, 123. eius mors, ibid.
Balnei ſupplicium, 281
Baptiſmi figura, 270
Barbæ nutriendæ & radendæ mores, 357
Barbas ſacerdotum radere iuſſit Franciſcus I. Galliæ Rex, 360
Barbaries literaturæ ex deſpectu literarum ingruit, 241
Barcosban Iudæorum Antichriſtus, 30
Baſilij Camateri Patriarchæ Conſtantinopolitani ambitio & turpiſſima adulatio, 19.
Βασκανία; 210
Boetij monumentum, 119
Boetius Seuerinus à Theodorico Gotho interfectus, 189. qualis fuerit, ibid. eius vxoris paupertas & mendicitas, 199
Belgica perſecutio, 8
Bellerbechus, 321
Beliſarij calamitas, 303
Bencochab Iudæorum pſeudomeſſias ab Adriano oppreſſus, 35
Bencosban Iudæorum Antichriſtus, 30 ab Adriano oppreſſus, 35
Benedictiones parentum, & earum efficacia, 135
Beneficiorum commemoratio odioſa eſt, 65.
Beſſarionis Cardinalis epiſtola de ſua bibliotheca, 265
Beſtiis obiecti, & ad eas damnati Chriſtiani, 1
Beſtias truculentas Chriſtianis in circo pepercisse 1
Bibliothecæ definitio, 264
Bibliothecarum inſtructiones variæ, ib. & 265
Bibliotheca Enochiana. 264 Moſaica ibid. Eſdrana, ibid Babylonica, ibid. Græca, ibid. Alexandrina, ibid Apamienſis, ibid. Alfoſina, ibid. Vaticana, ibid. Palatina, 265. Bavarica, ibid. Veneta, ibid.
Bibliothecarum commendatio, 266
Blaſphemiarum pœnæ, & earum exempla, 117
Blaſphemus iuſſu Moyſis lapidatus, quomodo vſurparit nomen Dei, ibid. & 124
Bohemiæ regnum Alberto Bavariæ Duci oblatum, 174
Bohemiæ regni ex fœdere ſucceſſor natu maximus Auſtriacorum, ibid.
Bohemiæ regnum Friderico III. Imp. oblatum, ibid.
Bombardæ militares, & earum vſus, 318. & ſeq.
Bombardas maiores & minores novas ſubinde excogitari, 316. earum deteſtatio, ibid. & 316
Bombardis an Turcarum equites vtantur, 317. & ſeqq.
Bombardarum fragor & tonitru incredibile. 312 & ſeqq.
Bombardarum vis, 312. eius exempla, 313. & ſeqq. Bombardarum inventores, 312
Bona intrinſeca æterna, nō extrinſeca temporalia, curanda eſſe, 110
Borbonii imprecatio, & eius exitus, 119
Bos curà Iudæis nutriatur, 39
Brenni clades Delphica, 379
Bruno Colonienſis Epiſcopus primus fuit, qui vtramque poteſtatem ſibi ſumpſerit, 21
Bubo inauſpicata avis, & quid portendat, 60. 61. 64.
Bubonis pennas cur Tartari & Turcæ geſtent.
Buccelinus Francorum Dux Italiam occupavit, 336
Bultinus Francorum Dux Italiam occupavit, 336
B[illegible]cetum opp. & eius inſalubritas, 134

C.

Cadavera proteſtantium integra & illæſa, Papiſtarum putrida & fœda reperta, 352

Cadaverum humanorum fœtor. 291
Cadavera iniuriare aut non ſepelire, crimi-
noſum eſt, 370.371
Cęſaris Auguſti mortis fatale prænuntium-
49
Cæſaris Borgiæ Ducis Valentini ingrati-
tudo erga Remirum Oreum, 203
Caii Caligulæ crudelitas, 75
Cainan, F. Enos, eius ſepulchri epitaphi-
um, vaticinium, 255
Caiphas vide Annas, ...
Calculi acutiſſimus dolor, 215
Calumniatur quis, 201
Calumniatores in aulis Principum, 190.191
197. 198. 200. 203. 204. 205. 206. 207.
208. & 211
Calumniatorum pœna, 200. 201. 210
Calumniatores Principibus cavendi, 201
à Calumniatoribus multa nos diſcere, 19
211
Calumniarum vires quomodo arcendæ,
Calumniarum neglectus, optimum reme-
dium. ibid.
Calumniari quid. 200
Calumniis ſemper aliquid hæret, 212
Calumniatorum deteſtatio, 190
Calumniatrice lingua nihil deterius, ibid.
Calvitiei deformitas, 318
Calvorum pudor, & eius exempla, ibid.
Cameli Alcoranum geſtantis apud Turcas
veneratio, 40
cammæ Galatiecæ fœminę fortiſſima mors
295
campanarum ſonus, eiuſque vis & effica
cia, 364
campionibus amuleta geſtare nefas, 103
candidus quis, 290
canis ſymbolum, 282
Canibali, eorum venenum, & remedium,
363
Capillos alere mulieres decet, 318
Capillorum nutriendorum & radendo[illegible]
mores, [illegible]
capillos tondere quando cœperint Ger-
mani, 359
capnionis elegantia in pronuntiatione, &
eius exemplum apud Pontificem, 257
cardinalis de Overnia ingratè à ſuo Rege
habitus, 204
cardinalium injuſtitia, rapina, ſcelera, 131
carinæ, 368
carminibus mederi damnatum eſſe, 102.
103. Incantationibus mederi damnatum
eſſe, ibid.
caroli V. Imp. ex caſu terror in Ambroſia-
no conventu, 149 item Lutetiæ ex ſimili
caſu, 150. periculum in urbe Aurcliana,
ibid
caroli V. Imp. erga literatos favor, 248
caroli M. cura in liberorum educatione,
183
caroli IX Regis Gall. tyrannica vox, 76
caroli Burgundi, & Friderici III. Imp. con-
greſſus, & ex eo nata æmulatio, 147
caroli V. Imper. liberalitas in Eſtampiam
150
caroli V. Imper. congreſſus cum Franciſco
Rege, 149. & duab. ſeq.
caroli V. Imper. ſtudiorum amor, 245
caroli M. mortem prædicentia ſigna, 48
caroli II. Imper. calvities, 358
caroli Gallıæ Regis & Sigiſmundi Auſtria-
ci congreſſus & inde contemptus, 148
193
caroli IV. Imp. eruditio, 244 in auditorio
patientia, ibid.
caroli M. pulchritudo corporis, 140
caroli craſſi Imp. fortuna, 327
caroli V. cæſaris & Franciſci I. Regis tectæ
ſimultates, 195
caroli IV Imp. ignavia taxatur, 347
caſtor & Pollux, ignes marini, 33. 150
caſtri novi in Norvegia fatale monſtrum,
cavillorum contumelia, 209
cenſores Republ. 160
Cervos, quia tarde adoleſcant diuturnos
eſſe, 79
chaldaicæ literæ, 254
characteres ſuperſtitioſi pro amuleto, 99
characteres literarum primævi, 214
Characteres ſuperſtitioſi & damnati, 102.
eos nihil conferre morbis vel ſanitati,
ibid.
characteres geſtare in collo, idololatri-
cum

rum eſſe, 103. 104. ſortilegium,ſi ſcientes fecerint, 104
charitum trium myſterium, & eius explicatio, 170.171
charondæ lex de literarum ſtudiis 168
chartæ magicæ & earum exempla, 102. & ſeq.
chaſidam, 239
Chiliaſtarum ſomnium, 30.31
choſroæ Perſarum Regis ſuperbia, & inde clades, 63
chriſtus qua figura repræſentatus in veteri Eccleſia, 268.269 277
chriſti figura in nummis, 275. & a quo inſtituta, ibid.
chriſti lachrymæ, 368. lætitia, 369
chriſto ut hominum ignotus judicii dies, 32
chriſtiani pro magis & veneficis traducti 99
chriſtianis objecta crimina, 2. 17. 18
chriſtianorum conſolatio adverſus calumnias, 18
chriſtianorum in tormentis conſtantia & animoſitas, 7.17
chriſtianorum Conſtantinopoli degentium Amurathe periculum, 5
chriſtiani obtemperare Magiſtratui utcumque impio in rebus politicis ſemper prompti, 22
chriſtiani beſtiis objecti, & ad eas damnati, 1
chriſtianorum ad extremum diem quotidiana præperatio, 33.34
chriſtianorum ſuper mortis luctu conſolatio, & ſpes reſurrectionis, 34
chriſtianæ fidei an libera Neronis tempore profeſſio fuerit, 3
Chriſtiana religio pro nova ſuperſtitione habita,
chriſtianorum odium & perſecutiones, 5. 13
chriſtianis Sectarum nomina evitanda, 12
chriſtianorum noſtro tempore perſecutiones & martyria 3
chriſtiani tæda, papyro, ceraque veſtiti, ignibus admoti & combuſti, 2
chriſtianorum in adverſis & martyriis conſtantia ac patientia, 107, 108, 109
chriſtianorum militum precibus pluvia impetrata, 14
chriſtianorum officia & virtutes, 129.130
cicero verſipellis & inconſtans, 134. 135 fluxa fide. ibid. perfuga, ibid. faſtuoſus & glorioſus, ibid.
ciceronis poſt interitum adverſarii & obtrectatores, 137
ciceronis adverſarii, 134. Tuſculanus ager, ibid. Gabiniana cauſa. ibid hoſtes præcipui clodius & Antonius, 135. ſimultates cum Pompeio, cæſare & aliis, ibid. mordacitas & maledicentia, ibid. faſtus & jactantia. ibid. lubricitas & inconſtantia, ibid. cædes & capitis ignominia, ibid.
ciceronis ut in virtutibus, ita & in vitiis excellentia, 136 præconium ex Plinio, 138. vituperatio ex Quinquerana, 137. monumentum & ſepulchrum, 139. fragmenta, ibid. epitaphium, ibid.
ciceronis eloquentia, 229
ciconiarum dona naturalia, 239. pietas, 240
ciconiarum imagines in nummis antiquis, 239
ciconiarum commercium, 240. auguriumibid. portentum, ibid.
ciconiarum φιλοστοργίας in pullos exempla. 240
cimbrica lingua an antiquiſſima, 222. 234.
cinna diris devotus, 121
Citatio & provocatio ad tribunal DEI an licita ſit, 130. ejus exempla, 131. & ſeq.
claudi & cæci mutuum auxilium, 305
clementis V. Papæ tyrannis, & exinde divina ultio, 132
cliniæ cythara ad iram mitigandam, 365
cæcus an magiſtratum gerere poſſit, 305
cæci & claudi mutuum auxilium, ibid.
cæcitatis moleſtiam tactu mitigari, 304 ſublevamen. ibid & 202.305
cæcorum acumina mentis, 304
cæcorum exempla, qui miranda effecerunt, 302. & ſeq.
cæcus cæcum ducens, 305
cædes improviſæ & cruentæ ex inſidiis, earum

earumque exempla, 334
Coloniensis consulis in leonem victoria, 374
Columba Spiritus S. ſymbolum, 269
Columbæ quatuor Evangeliſtarum ſymbolum, 269. duodecim Apoſtolorum, ibid.
Columbarum ſimplicitas, & eius in Chriſtianis ſymbolum, 270
Columbam ſerpenti miſcere; 270
Comas tondere quando cœperint Germani, 359
Comam alere mulieres decet, 158
Comæ nutriendæ & radendæ mores, 357
concordiæ ἔτυμον 189
Concordiæ ſoror amicitia, 188. pictura & imago, ibid. præſtantia, ibid & ſeq.
Concionatorum intempeſtivitas & temeritas in aliis iudicandis & condemnandis,
Concordiæ commendatio & typus, 187
Congreſſus diverſarum nationum eſſe periculoſos, 147
Condemnatio ex vindictæ cupiditate: eiuſque exempla, 128
Conradus. II. Imp. Salicus vnde dictus, 230
Conradini, Sueviæ Ducis, infelix clades,
Conſiliarij optimi mortui, 243
Conſilium malum conſultori peſſimum, 210
Conſilia præcocia & inconſulta, eorumq; triſtis exitus, 81
Conſilia matura eſſe præoccupanda & præmunienda, 81
Conſiliariorum bonorum contemptus, Principi exitioſus, 83
Conſilia ex eventu æſtimari, 207
Conſiliarius, ob nimiam ſaltandi peritiam ordine motus a Domitiano Imperatore, 365
Conſilia ſpreta ruentis Principis præſaga, 69
Conſilium malum conſultori peſſimum, 330
Conſolationis Chriſtianæ in adverſis, ſupplicns, & martyriis exempla, 107. 108
Conſolatio Gentilibus nulla vera aut ſolida fuit, 107 109. 110
Consolatio Chriſtianorum ſola, certa, vera & ſolida, 109. 110
Conſolatio Chriſtiana & Philoſophica in adverſis, 106 quanta ſit inter utramque differentia. 109
Conſolatio Ethnicis in ærumnis & calamitatibus nulla ſolida & vera, 110
Conſolationis philoſophicæ in adverſis exempla, 106 110. 111
Conſcientiæ male conſciæ metus & inquietudo, 89. 90
Conſtantia Ethnicorum in adverſis, 106 & ſeq.
Conſtantia in adverſis monſtrum vincit, 217
Conſtantia Chriſtianorum in adverſis & martyriis. 107. & ſeq.
Conſtantini M. habitus, felicitas in iuventute,
Conſtantini M. cum leone pugna, 374
Conſtantini Imperatores, & eorum cognomina, 273. nomina à plerisque Conſtantinopolitanis Imperatoribus aſſumpta, ibid.
Conſtantini nummus, & eius explicationes; 268. 272. 279.
Conſtantinopolitanorum Imp. cognomina, 273. tituli, ibid. inſcriptiones & monumenta, 274
Conſternationi ſubitæ deeſſe conſilia, 81
Conſuetudo prava, & eius vis, 155
Contemptu fieri meticuloſos & crudeles homines, 86
Contraria contrariis ſanari, 214
Conviciatio ex vindictæ cupiditate: eiusque exempla, 128
Corallium rubeum ventriculum corroborat, 104
Corcuthi morituri imprecatio in Selimum Imp. fratrem, 123
Crocodili fatalis ſtatua- 47
Crœſi ad Cyrum monita, 316
Cornelii centurionis converſio, 4
Coronarum militarium genera, 156. 157
Corporis pulchritudo, eiusque laudes & exempla, 139

Corvi

Corvi loquela , 259
Coſimi Medicis ingratitudo erga ſuum Cubicularium , 204. item erga Blandinum, ibid. 121
Craſſus diris devotus , 121
Creta inſula quibus animalibus careat , & quæ in ea vivere non poſſint, 362
Crines alere mulieres decet, 358
Crines tondere quando cœperint Germani, 359
Criſpus Cæſar cum patre imperat , 281
Criſpus Conſtantini Magni filius, calumniis novercæ interfectus , 280. ejus vindicta, ibid.
Crudelium Principum exempla, 75
Crux in diademate Regum , 374
Crux lignum vitæ:ejuſque elogia , 277.& 280
Crucis figura & explicatio, 269. 274. 275 280
Crux in nummis, 274.&ſeq.
Crucis ſignum primus Conſtantinus M.uſurpavit, 274
Crucis ſymbolum, 268.269
Crux ab Helena inventa, 275
Crypta ferrata opp. 134. eius ſalubritas, ib
Cupiditates vincere, præſtantiſſima victoria eſt, 91
Cutheia, 321
Cypriæ fœminæ à Turcis captæ magnanimum facinus, 293.& ſeq.
Cyri Regis Perſarum continentia, 251

D

Damnatio ex vindictæ cupiditate: eiuſque exempla, 128
Danielis viſiones, 46
Davidis peccatum in numeratione Iſraelitarum,& eius explicatio. 70
Decenarius numerus, & eius myſterium, 269
Degnal Turcarum Antichriſtus, 30
Dei nomine abuti capitale delictum eſt, 118
Deorum gentilium è templis exceſſus, 45
Deo quomodo tribuantur ira, furor, pœnitentia, 72 78
Deus quæ non poteſt,non ſunt in eius impotentia,ſed conſtantia, 72
Deus omnia poteſt,ſed non omnia vult 72
Deus qua lingua locutus fuerit, 222.223 224.254.255.
Dei oculus 172
Deierationum exempla &pœnæ, 119
Delatores in aula, 199. 200;203.204. 205, 206.207.208 209 210.211.212
Delator nullus fidelis 201
Delatorum prœmia, 200. pœnæ & odia, 200.201.
Dellii equites 322
Demetrius Græculus taurum ethnico ritu ſacrificavit, 20
Demetrii Phalerei infelix recompenſa, 205
Θεοσεφῆς dicti Imperatores, 247
Depoſitiones ſcholaſticæ quid ſibi velint, 156.
Detrectatorum deteſtatio & pœna, 201 202.209.
Detrectatorum pœna. 210
Devovendi mos apud Romanos 121 & duabus ſeqq. eius effectus, ibid 121. 122
Devovendi conſuetudo licita & illicita, 115 quinque.ſeqq. apud Romanos, 121.123 apud Turcas, 128
Diabolus, 202
Diabolus cur leo rugiens, 375
Diabolus cur ſerpens, ibid.
Dies extremus, dies refrigerii dictus, 31
Diei extremi ſigna præcedentia , 32
Dignæ Aquileienſis magnanima mors, 294.
Δήλιος cur dictus Apollo. 156
Dii tutelares , &ritus Ethnicorum in iis evocandis, 43. 44
Diocletianus crudeliſſimus Chriſtianorum perſecutor, 5.& 6
Diocletianus Imp. quando regnare cœperit, 6
Dionis filii hiſtoria, 182
Dionyſius Eupator Rex Aſiæ , qui & Mithridates, 336

Diſciplina militari collapſa, corruere regna & imperia, 95
Diſciplinarum cultui & tractationi quæ neceſſaria iudicentur, 176.179
Diſciplina militaris apud Turcas exactiſſima, 157
Diſciplinæ militaris corruptæ cauſa, 95. & duab. ſeqq.
Diſciplina militari imperium contineri, 95
Diſciplinarum & literarum commendatio, 162.163.167.168
Diſciplinarum bonarum contemptus, & inde futura barbaries, 241
Diſciplina militaris hodie corruptiſſima, 98
Diſcordiæ ſpiritus in ſpectro apparens, 197
Divinorum honorum appetitores, infelices exitus ſortiri, 63
Docendi munus nemo ſuſcipiat, antequam didicerit. 232
Doctoratus gradus quid, 156
Docti legendi ſunt ad Reipubl. gubernacula, 163
Doctores Eccleſiaſtici quomodo probandi ſint ex Deo eſſe, 21
Doctorum excellentia in quibus conſiſtat, 153
Doctrinæ & eruditionis hieroglyphicon, 187
Doctores in civitatibus, 231
Dæmones in Islandia familiares, 56
Dollingeri Bavari cum Hunno duellum, & ſtatua Ratisbonenſis, 236
Dolorem eſſe voluptatis comitem, 250. & duab. ſeqq.
Domitiani Imp. calvities, 358
Donelli mors, & ex eo luctus, 226
Draconis ſymbolum. 270 281
Δριμύτης in literarum ſtudioſo requiritur, 176
Duellionibus amuleta geſtare nefas, 103
Duodecim Tabularum leges pueris in ſcholis propoſitæ, 154

E.

EBrietate plures homines interfici, quam bello, 251
Eccleſia orthodoxa neminem perſequitur, 15
Eccleſiæ veræ nota, 15
Eccleſiam perdit ambitio & avaritia, 12
Eccleſiarum ſymbola μυστηριώδη varia, 268
Eccleſiaſtici quomodo probandi ſint ex Deo eſſe, 21
Eccleſiaſticorum diſſidia & adulationes præcipuæ perſecutionum cauſæ, 19
Eccleſiaſticorum privatæ inimicitiæ Eccleſiam perdunt, 12
Eccleſiaſticorum diſſidia quomodo toleranda & medicanda, 19.20
Eccleſiaſticorum officia & virtutes, 129. & ſeq.
Eccleſiaſticorum intempeſtivitas & temeritas in aliis iudicandis & condemnandis, 128
Eccleſia ſanguine cœpit, crevit & finietur, 8
Eccleſiaſtici quando politicam poteſtatem ſumere cœperint, 21
Eccleſiaſticorum fatales diſſenſiones & rixæ, ibid.
Edicti Imperialis in Chriſtianos propoſiti violator punitus, 22
Educatio prava quid efficiat, 182
Educatio iuventutis, 18. 182
Eduardi Angliæ & Ludovici Galliæ Regum congreſſus infelix, 148.193
ἐγγαστρίμυθοι, 260 263
Electionis vitium, 221 262
Electorum filii quas linguas diſcere debeant 236.245
Elocutio, & eius nobilitas, 2[illegible]
S. Eliſabethæ fortuna, 329
Elocutionis ſtudium & neceſſitas, 256. vitia, ibid. pravæ exempla, ibid.
Eloquentiæ figura & explicatio, 227
Eloquentiæ commendatio, 228
Elymæ Magi cæcitas, 305
Elyſei Prophetæ calvities, 358

Enochus

Enochus primus bibliothecam inſtruxit, 264
Epiphanes Antiochi Regis cognomentū, 10
Epiſcoporum officia & virtutes, 129 130
Equos,quia feſtinato adoleſcant, non eſſe durabiles, 79
Equites Turcarum an bombardis utantur, 315. & ſeqq.
Equites templarii , & eorum cædes, 337. Hoſpitalarii vel Iohannitæ ex illorum ſpoliis ditati, 339 Rhodii, ibid.
Equitatus an peditatus in bello potior ſit, 320
Equitum ſclopetariorum in bello utilitas, 318.321. & ſeqq.
Equites Germanos ſclopetis valere , 318. 321.& ſeqq.
Erlanana pugna , 151
Erodii pennæ Turcis in delitiis, 60
Erratici ignes, 54
Eſavitæ vocantur à Iudæis Chriſtiani, 31
Eſcuerci, eorum venenum & remedium, 363
Eſdras literarum Hebræarum inventor, 150
Eſtampiæ in Carolum V, imper. gratitudo, 150
ἐσπλαγχνίζια, 368
Ethnicorum in adverſis conſtantia & patientia,106. 107. conſolatio nulla certa aut vera, 107,109 & ſeqq.
Evangelii Iohannis initium in collo geſtare pro amuleto, idololatricum eſſe,99-104
Evangeliſtæ qua figura repræſentati in veteri Eccleſia, 269
εὐφροσύνη,una Gratiarum,& eius nota, 171
Eupator Dionyſius Rex Aſiæ, 336
Europa præ reliquis terræ partibus cultior & humanior, 159
Evocationis tutelarium Deorum & Angelorum, 44
Execrationes duplices , licitæ & illicitæ, 115
Execrationum maledictarum exempla , 117
Execrationes quæ vitandas, 115
Execrationum variæ formulæ,121. Romanorum,ibid.& duab. ſeqq. Turcarum, 123
de Execrationibus præcepta duplicia , generalia & perſonalia, 115
Exhæredationis liberorum conditionalis formula, 122

F.

FAbulæ pueris tradendæ, 216
Fabularum genera, ibid.
Facie ſua quodnam dormitum non eat, 288
Facta ex eventu notari, 207
Falſitatis fucus, 10
Falſitatis iniquitas ſe ipſam lædit, 210
Fames decennis ex matris imprecatione, 176
Faramundus quid ſignificet, 232
Faramundus I. Rex. & eius regia , 230. ſepulchrum, 231
Francoberga, 230
Faſcinatio , 210
Faſcinum invidiæ, ibid.
Fatales, ſed miraculoſæ , calamitatum & mortium præmonitiones, 49 50
Fatales libri ſtatutæ, figuræ, nomina nes, &c. 46 47
Fatis agentibus hebetari hominum ſenſus, 68
Fatui ignes , 52
Fauſta Conſtantini M. uxor, 280. occiſa ab ethnica fuit , 281
Fœminarum vera ornamenta, 2‑‑
Fœminarum , quæ ſeipſas per virtutem innotefecerunt, exempla, 292
Fœminarum, quæ veſtitum virilem virtutis cauſa ſumpſerunt , exempla,284. & ſeq.
Fœminarum tactus , & earum venenum 252
Fœminarum certamina & digladiationes, 297
Fœminas in Salica terra non ſuccedere 231
Fœminarum decus crines, 3‑‑

Ferdinandus Legionis Rex ad Dei tribunal citatus moritur, 130
Ferdinandi Gonzagæ tyrannis, & ex ea meticuloſitas, 89
Ferdinandi Arragoniæ Regis ingratitudo erga Conſalvum, 204
Ferdinandi Conſalvi Proregis Neapolit. infelix recompenſa, ibid.
Ferentaiii, 313
Fidei figura & explicatio, 270.271
Fidei Chriſtianæ potentia, 271
Filius patrem verberans à ſerpentib. corroſus, 125. inobediens loco moveri nequit uſque ad mortem, 124, alter alterius membra lacerat & mordet, 125. 126.
φιλοπονία ſtudioſo literarum neceſſaria, 178
Finis in omni actione reſpiciendus, 155. in ſtudiis unus, ibid. veritas, ib. Chriſtiano homini vera religio, ibid.
Finis in omnibus rebus attendendus, 246
Finlandi Dæmonibus familiarib. utuntur, 56
Flumina urbibus nomina dederunt, 229
Fons baptiſmi ſymbolum, 269.270.278
Fortuna utraque moderate uti, præſtat omnibus victoriis, 91
Fortunæ viciſſitudo in rebus humanis, & ejus exempla, 325. & ſeqq.
Fontes miraculoſi, 50.51.59
Francorum Dux Bultinus, 336
Francorum cædes in Sicilia, 334
Franciciæ Nobilitatis cantones ſive circuli, 230
Franciæ Reges donum habent curandi ſtrumas, 144
Franciſcus I. Gall. Rex literatorum fautor, 243
Franciſci I. Regis ingratitudo erga Cancellarium ſuum, 204. erga Aud. Auriam, ibid.
Franciſci I. Regis ingratitudo erga Trivultium, ibid.
Franciſci I. Galliæ Regis virtutes & regia majeſt. 142
Franciſci I. Galliæ Regis, & Caroli V. Imp. tectæ in ambiendo Imperio ſimultates, 195
Franzoſiæ morbus unde, 252. & ſeqq.
Fraterna odia. 194
Fratrum odia omnium eſſe acerrima, 147
Friderici III. Cæſaris, & Caroli Burgundi congreſſus, & inde nata alienatio, ibid.
Fridericus III. Imp oblatum Bohemiæ regnum recuſat, 174
Fridericus IV. imp. qui vulgo III. ejuſque dictum de ægroto Imperatore, & ſano ruſtico, 346
Fridericum III. Imp. in electione Maximiliani F. lachrymaſſe, 367
Fridericus III. Pulcher, Rex Rom. cum Ludovico Bavaro, 346. & ſeqq.
Friderici II Palatini profectio in Hiſpaniam, & ejus periculum, 277
Frothonis III. Danorum R. defuncti cadaver, & ejus fœtor, 291
Fucus faciei corporis quam deteſtandus es ſit, 287 & duab. ſeqq.
Flumine tangendos hebetari, 68
Funus plangendi mores in lachrymis, 368
Furoris impotentia, 76
Futurarum rerum prænotiones non eſſe humani ingenii, 28

G.

GALLIÆ Reges donum habent curandi ſtrumas, 144
Galliæ Regum ex ſuſpicionibus atq; metu infelicitas, 86
Gallorum cædes in Sicilia, 334
Gallicus morbus, 253
Χάρις, 171
γαςριμυϑία, 260.263
γαςρομαντεία, 260.263
Gaſti qui dicantur, 231
Gemunda, Franciæ oppidum, 230
Genealogiæ Iudæorum ab Herode ſublatæ & crematæ, 24
Genealogiæ Iudæorum, & ob eas rixæ ac æmulationes, 23
Germanos prædæ cupiditate victoriam amiſiſſe, 95

Germanos equites ſcloſpetis valere, 317. & ſeqq.
Germani illeterati, 234. militares, ib. reſurrectionis ſpem credentes, ibid. barbari habiti, 235
Germanorum hiſtoriæ & carmina vetuſta, 236. artes literatæ paulatim inventæ & auctæ, ibid.
Germanorum tonſura vetus, 358. nova 359
Germanicæ linguæ labes ex inſcitia literarum, 235
Germanici pietas in interfectos milites, 370
Germanicæ linguæ hodie cultus & maieſtas, 235
Germanici pietas in cæſos hoſtes, 76
Germanicæ linguæ vetuſtas, 234. incerta, ibid. ſcribi non poſſe credita, ibid. 235
Germanica lingua quando excoli cœpta, 235. & in publicis monumentis uſurpari, ibid.
Glacies tempore æſtivo apud Islandiam, 58
Gladiatorum ſacramentum, 298. miſerabilis conditio, ib. & 299
Gladiatores meridiani, 299
Glaſcuani Epiſcopi tyrannica crudelitas & exinde divina ultio, 132
Glaphyræ ſe vivam ſepelientis epitaphium, 295
Glires ſunt venenati, 361
Gloriatio odioſa eſt, ejuſque exempla, 65 66. 97.
Goduini imprecatio, & ejus pœna. 120
Goropius notatur, 222. 234
Gothorum barbaries, 183. poſtea cultus, ibid.
Gothica lingua Germanis uſitata, 235. ejus hodie reliquiæ, ibid.
Grati animi tres partes, 171
Grati animi notio ab ipſa natura eſt indita, 239.
Gratiarum trium myſterium, & ejus explicatio, 171
Gratitudinis fontes, 238. definitio, ibid. encomium, ibid.
Gratorum hominum duo genera, 171
Græcæ linguæ cognitione & uſu ſalvavit ſe Otto II. Imp. 137
Græcorum levitas Romanis ſemper ſuſpecta, 184
Guajana Americæ; 274
Guillelmi Setonii fides in rempublicam, 174

H.

HAbsburgiæ Comites donum habent curandi ſtrumas, & balbutientes ſive blæſas linguas, 245. naſcentes crucem auream in dorſo habent, ibid.
Hadrianus Imp. diis devotus, ne mori poſſit, 122
Hales Mahometis gener legem ſoceri ſui immutavit, 41. Perſas ſectatores nactus eſt, ibid.
Hannonis laniena in Senatum Carthaginenſem inſtituta, prodita, 335
Haſpergia ſylva, 230
Hauſſluch/ 115
Hæreticos ſemper in Eccleſia crudeles fuiſſe, 17
Habet, à quo Hebræi, 233. 234 255
Hæbræi à quo dicti, 233
Hebrææ linguæ puritas quando amiſſa, 234
Hebræa lingua duplex, primæva & recens, 256
Hebræa lingua à quo punctari cœpta, 255. quando corrupta & amiſſa, ibid.
Hebræa lingua omnium vetuſtiſſima, 223. 233. 254. 261, ejus nobilitas, 222. mater omnium linguarum, 223
Hebrææ linguæ cultores & conſervatores, 254. 255
Hebræa lingua Deus, Chriſtus, Angeli locuti, 223. 233. 254. 255
Hebrææ linguæ veſtigia adhuc in omnibus gentibus retineri, 223. 233. 254 256
Hebræa lingua omnium prima, 254. plena myſteriorum, ibid. cæterarum linguarum mater, ibid.

Hebræa lingua omnes populos aliquando uſuros, ibid.
Hebraicæ literę quomodo ſcribantur, ibid. novæ ab Eſdra inventæ, 256
Hebraicæ literæ antiquæ à Samaritanis conſervatæ, ibid.
Heclæ montis miranda, 55. & duab. ſeqq.
Helenæ Imp. figura in nummo, 275. Crucis inventrix, ibid. cum filio imperabat, 276
Helena Conſtantini M. mater, 280. crucis inventrix, 281
Helena, ignis marinus noxius, 53
Helvetii militis incredibilis in prælio virtus, 101
Helvetii priſcorum morum retinentiſſimi, 284
Henrici Caſtiliæ & Ludovici Galliæ Regum congreſſus, & inde natus contemptus, 147
Henrici III. Galliæ Regis cædes, 345
Henricus VIII. Rex Angliæ comam depoſuit primus in Anglia, 358
Henrici IV. Galliæ & Navarræ Regis de ſe ipſo victoria, 93
Heraclii Imp. nummus, 272. & duab. ſeqq.
Herba contra mortem, 25
Herbarum amuleta interdicta, 103. 104. in duello geſtare nefas, 103
Hercules Ogmius, 228. Gallicus, ibid.
Hercules Muſagetes, 159
Herminii Grynæi Conſ. Colonienſis cum leone congreſſus, 374
Herodis exitium, 9
Herodis Regis ex ſuſpicionibus crudelitas, 86
Herodes varii, & eorum diſtinctiones. 62
Herodis Agrippæ ſuperbia, & inde clades, 65
Helvetiorum victoria, & in prædis faciendis continentia, 101
Hieroglyphicæ Ægyptiorum literæ. 223
Hieroglyphicum trium orbis partium, 158
Hieroglyphicon doctrinæ & eruditionis, 187
Hipponis fæminæ magnanima mors, 194
Hiſpanica lues, 25
Hiſpanarum mulierum planctus in funeribus 168
Hiſpanorum militum in tranſportatione ad inſulam arenoſam facinus, 175
Hiſtoriarum commendatio, 236
Holofernis faſtus, & ex præcocia conſiliorum interitus, 83
Homar Mahumetis diſcipulus, legiſq; Mahumetanæ conſervator, 41
Homo ad ſimilitudinem Dei conditus, & eius nobilitas, 222
Homines ad laborem naſci, 178
Hominis & Reip. comparatio, 166. 167
Homines omnium antiquiſſimi Phryges, 222
Homines, appropinquantibus malis, ſenſum amittere, 68
Homerum quanti fecerit Alexander Mag. 163
Honoris templum, 253. 165. 166
Hortus concluſus, & eius ſymbolicum myſterium, 269
Hoſpitalarii equites ex templariorum ſpoliis ditati, 338
Hoſtis reconciliatio periculoſa & parum diuturna, 193. 194
Hoſtis reconciliatio ſemper debet eſſe ſuſpecta, 192. 193
Humanum genus quibus rebus regatur, 152
Humanæ cur appellentur literæ, 171
Humanarum rerum viciſſitudines, & earum exempla, 325. & trib. ſeqq.
Humanarum rerum nihil ſtabile, 218
Humanitas Chriſti ignorat judicii horam, 31
Humanorum cadaverum fœtor, 291
Hungariæ regum fatale monumentum, 50 51
Hungarorum adoleſcentum captivorum in Amurathem Sultanum facinus, 173 & ſeqq.
Hunnericus Rex perſecutor orthodoxorũ, 16. 17
Huſogaſtus legis Salicæ conditor, 231. etymon, ibid.

Hypocrita quis, 290
Hypocritis nullus locus vacuus, 291
Hypocritici amici, & eorum mos, 291

I.

JAcobi VI. Britanniæ Regis inſtitutio ad filium, 249
Iacobi Britanniæ Regis & familiæ regiæ periculum pulvere paratum, 314
Iacobi VI. Britanniæ regis ſigna peculiaria ex utero materno, 145
Iacobi Luſignani Regis Cypri fortuna, 330
Iacobi Sturmii laus, 247
Iacobi cum Angelo colluctationis myſterium 44.45
Iacobi I. Scotiæ Regis peritia in Muſicis, 363
Iſtaſitiæ odioſæ exempla, 66.67
Iamnis & Mambræ fabula, 27
Iſdumæi vocantur à Iudæis Chriſtiani, 31
Jehova, 255
Jejunium miraculoſum, 127. hypocriticum ibid.
Ignis ſupplicium graviſſimum, 213
Ignes marini, Caſtor & Pollux, 53. 55. Helena, ſed noxius, 55
Ignes nocturni vel fatui, 52
Imago Apollinis pro amuleto, 310
Imagines cereas pro amuleto geſtare ſuperſtitioſum & impium, 101. 104
Imagines veteris Eccleſiæ, 268. 269
Immunitates quibus conceſſæ eſſe intelligantur, 161
Imperator quot linguas callere debeat, 232 245
Imperatores Romanorum ſe Græcis poſteriores ſcripſerunt, 273
Imperatorum piorum & clementum exempla,
Imperatorum, qui privatam & monaſticam vitam amplexi ſunt, exempla, 345. & duab. ſeqq.
Imperatoris boni encomia, 78
Imperator debet privatorum commodum pro ſuo proprio commodo habere, 175
Imperatores Romani ad fidem converſi, 8
Imperitorum impudentia, 159
Impietatis & malitiæ inſtrumenta, 7
Imprecatio Cretenſium, 153
Imprecationes eſſe vitandas. 125
Imprecationum ſibiipſi factarum pro innocentia ficta exempla & pœnæ, 118. 119 120. 121. & ſeq.
Imprecationum licitarum exempla, 116. & ſeq. illicitarum exempla, ibid.
Imprecationum variæ formulæ, 121. Romanorum, ibid. & 123. Turcarum, ibid.
Imprecationes parentum, & earum in liberos efficaciæ, 122. 124. earum exempla, 124. & ſeqq.
Imprecationes oppreſſorum, pauperum, ſacerdotum, & piorum hominum, earumque vis & efficacia, 126
Incendiorum ex tormentario pulvere clades & calamitates, 313
Indica ſerpigo, 252
Inedia miraculoſa, 127. fictitia, ibid.
Ingratitudo Turcicorum Imperatorum, 205 206
Ingratitudo erga benemeritos, 203. tum maxime cal[…] oppreſſos, ibid. & ejus rei exempla, ibid. & 204 205 206
Ingrati actio, 239
Ingrati deſcriptio, 170
Ingratus ſervituti addicitur, 239. filius exhæredatur, ibid. filia dote privatur, ibid. cliens feudo privatur, ibid.
Ingratitudinis deteſtatio, 238
Ingenii acumen ſtudioſo literarum neceſſarium, 176
Ingenioſos eſſe minus induſtrioſos, 177
Inimici reconciliatio periculoſa & parum diuturna, 193. & ſeq.
Inimici reconciliatio ſemper debet eſſe ſuſpecta, 192. & ſeq.
ab Inimicis multa nos diſcere, 221
Injurias privatas Reipubl. condonandas eſſe. 209
Innocentii IV. Papæ avaritia, faſtus, tyrannis, & exinde divina ultio, 131
Inobediens filius & ejus pœna divina, ut loco moveri non potuerit, 124

Inobe-

Ino b edientes liberi,& eorum pœna, ut ſe invicem lacerarent, 125.& ſeq.
Inopinata animos hominum dejiciunt, 81
Inſtitutio recta juventutis, 181. & duabus ſeqq.
Intelligentiæ Rabbinis dicti Angeli tutelares, 44
Invidiæ faſcinum, 210
Invidiæ morſus quomodo medendi, 212
Invidorum pœna, 210
Ioach.Camerarii encomium, 241
Ioannis Dantiſci laus, 248
Ioanna Lotharingica, & ejus facinus, 287
Ioan. Cameroni Glaſcuæ Epiſcopi tyrannis,& exinde divina vindicta, 132
Iocatorum acerbitas punienda, 202
Ioci probroſi interdicti, 201.202.209
Ioannis Medicis impietas & alia execranda vitia, 20
Ioannes Prætorius Mathematicus Altorfinus, 164
Ioannis Friderici Saxoniæ electoris naſcentis in dorſo crux aurea, 146
Ioachimi Abbatis picturæ vaticinia, 48
Ioan. Thomas Freigius Rector Academiæ Altorfinæ ordinatus, 164
Ioannitæ equites ex Templariorum ſpoliis ditati, 338
Iordini Vndervvaldii virtus, 101
Ioſephat i vallis, & an ad illius tribunal provocare liceat, 130
Ioſue Ieſu Chriſti typum geſſit, 27
Iræ impotentia, 76
Irrwiſch/ 52
Iſaaci Patriarchę cœcitas & ejus ſolatium, 304
Islandi Dæmonibus familiaribus utuntur, 56
Islandiæ inſulæ miracula, 56.57
Iſmael Sophus Halis ſectator, 42
Ιεμήνιος cur dictus Apollo, 156
Iſraelitarum tribus quot ex Perſia reverſæ, 256
Iudaicæ gentis peccata, & inde exterminium, 73.74
Iudæi cur bovem alant, 39
Iudæi cur fœtentes & olidi, 35
Iudææ urb. reliquiæ demonſtrari hodie non poſſunt, 24
Iudæos Mahometicam doctrinam excogitaſſe, 37
Iudæorum rixæ & æmulationes ob genealogias, 23
Iudæorum hodiernorum origo incerta, 24
Iudæorum princeps per Germaniam conſtitutus, ibid.
Iudæorum regia hodie ſtirps, ibid.
Iudæorum miſerrima inter homines vita 35
Iudæorum pertinacia & impoſtura, 34
Iudæorum clades & interneciones, 35
Iudæorum Antichriſtus Barcosban vel Bēcosban, 30
Iudæorum hodiernorum tribus ignorantur, 24.36.28
Iudæorum in Chriſtianos odia, 37
Iudicii extremi dies ignotus, etiam Chriſto ut homini, 28.31
Iudicii extremi ſigna anteceſſura, 32
Iudicii univerſalis & poſtremi ſuperſtitioſæ prædictiones, 28
Iudicandi de aliis temeritas, 128
Iugurthæ ex ſuſpicionibus infelicitas, 87
Iuliani Cæſaris ingenium, 159
Iulius Cæſar doctus & literatus Princeps, 163
Iulii Cæſaris victoria ſui ipſius, 94
Iulii Cæſaris in conſervanda militari diſciplina ſtudium, 96
Iulii Cæſaris calvities,& ejus velatio, 358
Iuris naturalis perita animalia, 259.& duab. ſeqq.
Iurejurando fallere mos Principum, 202
Ius quid, 153
Iuſtitiæ munus, 238
Iuſtitiæ & veritatis conjunctio, 238
Iuventus eſt ſeminarium Reipub. & Eccleſiæ, 165
Iuventus mature literarum ſtudiis tradenda, 163.168.185

Iuventutis lubricitas, 152. ejus cuſtodia, ibid.
Iuventutis recta inſtitutio, 181.184
Iuventuti quæ vitia fugienda, 166. Hercules imitandus, ibid.
Iuventus credula, 166

L.

Labore emi bona, 178
Labori naſcuntur homines, ibid.
Laboris commendatio ad ſtudioſos, 165. 166.177.220.261.& ſeq.
Lachrymæ piorum hominum in deploratione peccatorum, 368 & ſeq.
Lachrymæ quibus ex cauſis oriantur, 366. & duab. ſeqq ejus rei varia exempla. 367
Lachrymas nimio dolore cohiberi, 366
Lachrymarum verus uſus, 368 & ſeq.
Ladislao Regi quidnã exitium attulit, 352
Ladislaum Regem Neapolitanum à virgine veneno nutrita, interiiſſe, 352
Ladislai Regis Bohemiæ, &c. adoleſcentis mors, & ſuper ea ſcriptorum varietas, 328.329.336
Laſii ſomniferi modi, 23
Laniènæ improviſæ, & cruentæ ex inſidiis, earumque exempla,
Lanziloti Regis Neapolitani obitus ex venenato ſcorto, 329
Lapis factus ex pane, 126
Lapides fiunt omnia, quæ devoti à paupere nautæ tangunt, 126
Latinam linguam jam ſenex didicit Auguſtus Saxoniæ Elector, 327
Laurentii conſtantia & conſolatio in martyrio, 108
Lautrechti elata & imperioſa natura, 69
Leænæ niveæ, & earum exempla, 375. & duab ſeq,
Leges Academiæ Altorfinæ, 153
Leges breves & faciles eſſe debent, ibidem.
Leges XII. tabularum pueris ad memoriã propoſitæ, 154
Legum domicilia, & in illis habitantes virtutes, 154
Legum utilitas communis, 153 & ſeq.
Legis & Æquitatis differentia, 153
Legum perpetuarum illibata ſanctio, 154
Legati rectius Principum negotia expediunt, quam ipſi Principes præſentes, 146
Legatorum eruditio, mors, dignitas, 247
Legatorum inſcitia quam ridicula, 248
Lex quid, 151
Legis encomium & virtutes, 153 & ſeq.
Lex Salica, 249
Leo rugiens cur Diabolus dictus, 375
Leo cur beſtiarum rex, 373. ejus magnanimitas, ibid.
Leonum rugitus, & ejus terror, 374
Leonis Armeni Imperatoris Conſtantinopolitani curioſitas, 46. cædes nefaria, ibid.
Leonis ſymbolum, 270.282
Leones quia tarde adoleſcant, diuturnæ vitæ eſſe, 79
Levitæ ſoli ſacerdotes, qui ex tribu nati, an etiam aſcititii, 28
Liber ligneis foliis in Hiſpania repertus, 47
Liberorum educatio, 181 184
Lingua homini nulla naturalis, 254 260
Linguæ uſum cum imperio victores exercere ſolent, 256
Lingua omnium prima quæ 254
Linguæ præſtantia, 221
Lingua omnium prima quæ, 222. Hebræa Ibid.
Lingua ab Arrianis truncati orthodoxi perfectiſſime loqui poterant, 16.17
Linguæ omnes ab Hebræa propagatæ 223 233. 254.256.
Linguarum confuſio, 224.233.237
Linguarum diverſarum cognitio Principibus quam utilis & neceſſaria, 236. & ſeqq.
Linguarum diverſitas Babylone orta, 224. 233. trecentarum in una urbe, ibi.

Linguis vernaculis florentibus regna florent : & illis deficientibus regna defecere, 234
Linguarum variarum cognitio quam utilis, 224. 225. 236
Linguarum unitas ſperatur futura, 254
Literæ Hebraicæ, Syriacæ, & Chaldaicæ, quomodo ſcribantur, ibid
Literæ divitibus ſunt ornamento, pauperibus adiumento, 245
Literæ an armis præferendæ, ſint, 245 & ſeq.
Literarum præſtantia, 246 & ſeq.
Literæ quantum armis & Reipubl. inſerviant, 267
Literæ armis conjungendæ, 248. 249
Literæ an armis præferendæ, 167
Literati Imperatores & Principes, 163. & ſeq.
Literatis & doctis viris committenda eſt reipubl. gubernatio, 163
Literata prudentia an armatæ præferenda, 167
Literarum ſcientia, & ornatus, 257
Literarum ſtudiis inſtituendis lex Charondæ, 168
Literarum primævi characteres, 254
Literarum diſciplina peregrinationi ſimilis, 155. 156
Literarum contemptus, & inde futura barbaries, 241
Literarum diſciplinis quanta à barbaris immineat clades, 158. 159
Literarum ſtudia nunquam opprimi potuerunt, 107 159
Literarum præſtantia & utilitas, 166. ſtudium comparatur cognitionis facultati in homine, ibid.
Literarum & diſciplinarum commendatio, 162. 163, 164 166. 167. 168
Literarum inhonoratio & deſpectus, eſt ingruentis barbariei, præſagium, 242. & ſeq.
Literarum cultui atque tractationi quæ neceſſaria judicentur, 176 179
Literarum ſtudia in ſola Europa, 258 ab Aſia & Africa exulare, ibid.
Literarum ſtudia, earumque neceſſitas & præſtantia, 185
Literarum ſtudiis juventus tradenda, 163. 168. 185.
Locutio quid, 261
Locutio ſoli homini propria, 258. & duab. ſeqq.
Locutio præcox in infantibus, & ejus prodigia, 260
Loquela ſoli homini propria, 258. 259
Loqui animalia audita, & cuius opera id potuerint, 259
Loſogaſtus legis Salicæ conditor, 231, ejus etymon, ibid.
Lucii Epiſcopi Arriani atrocitas, 16
Lucretiæ factum juſtum & laudabile, necne, 292
Ludovici XII. Gall. Regis eruditio, 243
Ludovici ſancti Galliæ Regis pulchritudo corporis & majeſtas, indeque ſalus, 141
Ludovici XII. Galliæ Regis excellens de ſeipſo victoria, 93
Ludovici Sfortiæ Mediolanenſium Ducis præcocia & temeritas, indeq, infelix exitus, 84 89
Ludovici Galliæ, & Henrici Caſtilliæ Regis congreſſus, & inde natus contemptus, 147
Ludovici Ducis Aurelianenſis fortuna, 327
Ludovici Galliæ & Eduardi Angliæ Regũ congreſſus infauſtus, 148. 139
Ludovici IX. Hungariæ Regis præcocia, & inde tragicus eventus, 80. 81
Luna genitæ nonnullæ gentes ſe videri volunt, 234
Luſitanæ Aulæ virginum modeſtia & caſti mores, 296
Lutzenburgenſium mulierum planctus in funeribus, 368

M.

Magicæ artis conſcii, cremati, aut beſtiis objecti, aut crucifixi, 2
Magiſterii gradus quid, 156
Magiſterii in Academiis nomen ab Impera-

peratoribus introductum, 219
M[illegible]eria poteſtat, ibid.
Μαγιστειανάρχῃ, ib.
Magiſterium municipale, ib.
Magiſter equitum, ib.
Magiſtri pro præceptoribus, ib.
Magiſter pro Dictatore, ib.
Magiſtri militum, ib.
Magiſtri ſcriniorum, ib.
Magiſtri memoriæ epiſtolarum, libellorum, ibid.
Magiſtri cœtus, ib.
Magiſtri officiorum, ib.
Magiſtri Academici, ibid. auctoritate Cæſarea conſtituuntur, ibid.
Magiſtri in genere qui, ibid. unde dicti, ibid.
Magiſtrorum excellentia in quibus conſiſtit, 253
Magiſtri ſtudium in civitatibus, 252
Magiſtri, 219
Magiſtrare, ibid.
Magiſtratui etiam impio in rebus politicis parendum eſt, 22
Magiſtratui, ſi contra legem divinã aliquid imperet, an reſiſtendum, 22
Magiſtratuum ordines apud Græcos, 160
Magnanimitas Regia & heroica, ejuſque exempla, 141
Mahometis idolum in Hiſpania, 47
Mahometis libri Alcoranus & Suna, 40. & 41
Mahometis lex ab Homare diſcipulo conſervata, 41
Mahometis lex ab Hale genero immutata, ibid.
Mahometes Turca apud Agriam cæſus & fugatus, 99
Mahumeto Iudæos illuſiſſe, 37
Mahumeti Pſeudoprophetæ reliquiæ de veſtimento, & in iis ſuperſtitio Turcarũ, 99
Mahumetis reliquiæ ex veſte, 320. pro Amuleto, ibid.
Mahumetanorum peregrinationes ad ſepulchrum ſui Prophetæ, 38
Maledictum, 111. & ſeq.
Maledicta à Principe contemnenda, 209
Maledicorum pœna, 202
Maledicorum odium, 209
Maledicentia, 200
Maledicendum non eſſe, 115
Maledictiones licitæ aut illicitæ quæ, ibidem.
Maledictionum licitarum exempla, ibid. & 116. illicitarum exempla, 117
Manibus truncatorum, qui pedum officiis fungebantur, exempla, 301 302
Manſteldii Comitis victoria contra Turcos, 319
Manuelis Comneni uxor Alemana, & ejus virtutes, 289
Margaritas geſtare in equi ornatu vetitum 274
Mariæ Deiparæ figura in nummis, 275
Maſtriani, 29
Matthiæ Hungariæ Regis animoſitas contra Cæſarem, 318. contra Sultanum, 329
Matthiæ Corvini Hungariæ Regis fortuna, 329
Matres, quæ liberos ſuos non alunt, nec dominutriunt, 148
Mauritii Electoris & Alberti Brandenburgici diſcordia, 196. 197
Mauritii Electoris fatales prænuntii, 49.
Maximiliani I. Imp. majeſtas & auctoritas, 141
Mechliniana ſtrages ex incendio pulveris tormentarii, 323
Medeæ facinus in liberos, 331
Medicus nemo non eſſe vult, 180
Medici imperiti, & eorum exempla, 181
Medici veri virtutes, 180
Medicina intempeſtiva, 180
Medicinæ veræ & tempeſtivæ fructus, 180 & ſeq.
Medicaſtrorum & Medicaſtrarum copia, 180
Melchioris à Rædern victoria adverſus Turcos, 391
Memoria quid ſit, 177

Memoria ſtudioſo literarum neceſſaria, 176,177
Memoriam in ſenioribus infirmam, & debilis, 250
Memoria omnium rerum cuſtos & theſaurus, 177
Mentis ſanitas curanda, 180 181
Menehemus Herodis domeſticus ad fidem Chriſtianam converſus, 4
Merula devovit Cinnam 121
Mercurio tributum à Gentilibus miraculum pluviæ, quod à IESU CHRISTO fideles milites impleverunt, 14
Mercurii ſtatua Heidelbergenſis, 15
Meridiani gladiatores, 299
Meſſias falſus Iudæorum Bareosban vel Benecosban, 30
Metu fieri crudeles Principes, 86
Metum ſubitum & conſternationem ignorare conſilia, 81
Metui anticipanda eſſe bona conſilia, 81
Midæ Regi omnia in aurum mutata, 126
Militum ſtrenuorum præmia, 156. & ſeq.
Militum ſtrenuorum præmia apud Turcas, 157
Militarium graduum ordo, 156. & ſeq.
Militiæ togatæ atque armatæ comparatio, 156.157
Millenariorum ſomnium, 31
Milliaria Belgica minora Germanicis, & quantum, 314
Minervæ nomen, 2·8
Minerva ſapientiæ Dea, ib.d.
Minervina Conſtantini Magni uxor, 280
Miniſtrorum Eccleſiæ intempeſtivitas & temeritas in aliis judicandis & condemnandis, 128
Miraſol Papienſis, 47
Miſſio ſanguinis in militibus, & ejus cauſa 97
Miſſio militaris triplex, 97
Miſcere ſerpenti columbam, 270
Mithidates Rex Aſiæ, vocatus Dionyſius Eupator, 336
Momorantii & Eſtampiæ beneficio Carolus V. Imperator periculum evaſit, 151
Memoria ſtudioſo literarum neceſſaria, 176. 177
Morbos ſæpe contra intentionem curari, 214
Morbos ſanari apud ſtatuas & idola Diaboli virtute, 144
Morbos curandi peculiaria dona quorundam Principum, 143
Morbis per amuleta ſuperſtitioſa mederi damnatum eſſe, 102.103.105
Morinifotti, 201
Mors certa, 23
Mortis depulſoria herba, 25
Morus Angelus à Salomone viſus, 25
Mortuos honorifice ſepelire, pium eſt, 172
in Mortuos nulla datur actio aut ſententia, 370 371
Mortariorum bellicorum tormentorum deſcriptio, 314
Moſketarum vis, 315 318
Moſquetæ manualium bombardarum maximæ, 318
Moyſis fabula & ſepulchrum, 26. myſteriū in ejus morte, 27
Mulierum vera ornamenta, 287
Mulieres in Salica terra non ſuccedere, 231
Mulierum decus crines, 318
Mulierum, quæ ſeipſas per virtutem interfecerunt, exempla, 292
Mulierum tactus, & earum virtus, 251. & ſeq.
Mulierum certamina & digladiationes, 297
Mundi finis & exitium poſt ſex millia annorum, 31
Muſæ ſeptem vel novem, 188. cur totidem, 188. 189
Muſæ literarum præſides, 159
Muſices vis & efficacia, 364
Muſicæ tempeſtiva laus, 365

Muſices efficacia contra tarantulæ morſum, 361.362
Muſices ſtudium quatenus adoleſcentibus appetendum, 364
Muſagetes Hercules, 159. Apollo 159. verus autem Deus ipſe. ib. & 160.
Muſtelæ ſunt venenatæ,
Muſulmani, 323
Muza Sophus Halis ſectator, 41

N.

NÆniæ, 368
Nanorum exempla, 300
Nanorum digladiationes, 298. 299
Napelli veneno nutritæ puellæ, 252
Naturæ vitioſitas, 152
Naturalis juris perita animalia, 139. & duabus ſeqq.
Naturæ ſupplementum in defectu regionũ & locorum, 305
Naturæ divinæ & humanę in Chriſto unio, 307
Naturarum in CHRISTO unio hypoſtatica ex ſimilitudine demonſtrata, 304
Naturæ ſupplementum in defectu membrorum corporis, 301. 302. ſenſuum, 302 & trib. ſeqq.
Neapolitanus morbus, 252
Neceſſitatis vis, 286
Nemeſis, 197. 198
Nero de Chriſto à Philoſophis ſuis magiſtris puer didicit, 4
Nero crudeliſſimus Chriſtianorum perſecutor, 3
Neſtorii ſanguinaria ad Imperatorem oratio, 16
Nili aut non exundantis, aut nimium exundantis fatalia, 50
Nivium aſpectu oculos lædi, 377. pedum digitos obſtupeſcere, ib. & ejus mali remedium, ibid.
Noctua apud Ægyptios & Æthiopas, mortis erat ſignum, 64
Noctuæ augurium quale, 65
Nomine Dei abuti capitale delictum eſſe 117. 118
Νομοφύλακες, 160
Nomen tetragrammaton, 255
Norimbergenſis Reipubl. in literarum diſciplinas ſtudium, 159.164
Noſſe ſeipſum. præſtantiſſima eruditio eſt, 91.92
Novenarius numerus, 188
Numeri noſtrates an Græcis uſurpatæ. 268
Numeri noſtrates ab Arabibus fluxerunt, ibid.
Numeriani Imper. cæſi cadaver, & ejus fœtor, 291
Numiſma Conſtantini, & ejus explicatio, 268. 272. 279
Nuptiarum prætextu ſæpe inſidias & cædes parari, 337
Nuzelii Georgii Pauli pueri oratio & pronunciatio, 257

O.

OBtrectationis vis, 211. quomodo arcenda, ibid. & 212
Obtrectatorum deteſtatio & pœna, 201. 209, 210. 212
Obtrectatorum pœna, 210
Obteſtantium innocentiam ſuam imprecationes, & earum exempla atq; pœnæ, 118. & ſeqq.
Oculus Dei, 172
Oculos nivium aſpectu lædi, 377
Oculorum mirus fulgor, 306. exempla, 309 310.
Oculorum morbi & medelæ, 308
Oculi in amore duces, 309
Oculi nigri laudabiles & Venerei, ibid.
Oculorum excellentia, 306
Oculorum ſenſus acerrimus, 303
Oculis valentia animalia, 311
Oculi indices animi, 306
ab Oculis ſumptæ ſimilitudines, 306
Οἰκονομία, 223
Olympiadum incertitudo, 31
Oniæ ſacerdotis imprecatio, & cædes, 116.
Orgiagontis uxoris magnanima mors 293

Ὀξεῖος cur dictus Apollo, 156
Ornamenta adſcititia corporis quam ſint deteſtanda, 178. & duab. ſeq.
Ormuſiorum Regum in cognatos crudelitas, 303
Oſcula amatoria, & eorum venenum, 252
Oſſa defunctorum in patriam transferendi mos apud Romanos, 122
Oſteas inſula unde dicta, 175
Otto II. Imp. linguæ Græcæ beneficio ſalvatur, 237, 244
Ottonis II. Imp. eruditio, 244
Othonis Imp. duo facinora pro ſalute Reipubl. 175
Otthochari Bohemiæ Regis de adulteris dictum, 296

P.

PAduana pugna, 316
Paleſtinorum perpetua perverſitas, 74
Palladium Trojanum ab Ænea in Italiam, ab Conſtantino M. Roma Conſtantinopolin translatum, 44
Pànis in lapidem tranſmutatus, 126
Papæ avaritia & faſtus 131. ejus divina pœna, ibid.
Papæ iniuſta iudicia, 131
Papæ Pii IV. ingratitudo erga benemeritos, 205. Pauli III. ingratitudo erga eoſdem, 204
Papæ tyrannis & ſævitia, 131. 132
Parentum benedictiones in liberos, & earum efficacia, 125
Parentum imprecationes, & earum in liberos efficacia, 122. 124. earum exempla, ibid. & 125
Pariſienſis laniena, 335
Parta tueri non minor eſt virtus quam quærere, 166. 167
Patientia Ethnicorum in adverſis. 106, 107 110
Patientia Chriſtianorum in adverſis & martyriis, 107. 108
παθήματα μαθήματα, 213
Pauli III. Papæ ingratitudo erga ſuum Secretarium, 204
Peccata populorum, & inde clades, 73. 74
Pedibus ſcribentium & comedentium exempla, 301. 302
Peditatus an & equitatus in bello potior ſit, 320
πελαργός, 239. 246
πελαργικοὶ νόμοι, 239
Peleg cur dictus, 234
Petatræ Nigri imprecatio & cædes, 116
Peregrinationes Ieroſolymitanæ à Nyſſeno damnatæ, 74
Periuria fere delinquentium & ſontium propria, 119
Periurorum exempla ac pœnæ, 119. & ſeqq.
Perſarum religio an à Turcica differat, & unde utriuſq; gentis internecinum odium, 41, & duab. ſeqq.
Perſarum ab antiqua diſciplina degeneratio, 98
Perſarum imperium contra Turcas auctũ, 42
Perſecutio Chriſtianorum Belgica, 8
Perſecutiones Chriſtianorum, Arriana, 15. Neſtoriana, 16
Perſecutionum cauſæ præcipuæ, diffidia Eccleſiaſticorum & adulatio, 19
Perſecutiones Chriſtianorum Neroniana, 2. Diocletiana, 5. & 6
Perſecutores fidelium quid efficiant, 213
Perſecutorum Eccleſiæ horrendi exitus, 9. 16
Perſeverantia quid. 177
Perſeverantia ſtudioſo literarum neceſſaria, ibid.
Petra Chriſti ſymbolum, 269
Petrus Apoſtolus à Nerone obiurgatus, quod Chriſtum negaſſet, 5
Petri de Vineis calamitas, 303
Petrus Quinqueranus Ciceronis adverſarius & reprehenſor, eiuſque inuectiva, 137
Phalangii ictus, 252
Phalangii, eorum venenum & remedium, 362

Pha-

Phalaridis tyranni ex ſuſpicionibus & metu anxietas, 88
Pharao à locuſtis, bruchis & ranis infeſtatus, 9
Pharisæi & Scribæ unde orti, 22
Phil. Camerarii ætas, & inde ſui excuſatio, 249. & ſeq.
Phil. Camerarius ſeptuagenario maior hæc ſcripſit 34
Phil. Camerarii præceptores, 241
Philippi Camerarii uxor defuncta, 34. 258
Phil. Camerarius invidiæ & calumniæ telis petitus, 208. 212. & ſeq.
Philippi Macedonis ad Ariſtotelem epiſtola, 163
Philippi Macedonis ſuperbia, & inde clades, 63
Philippus Pulcher ad Dei tribunal citatus moritur, 132
Philoſophia quid, 185. & ſeq. eius ſimulachrum & pictura, ibid. huiuſque explicatio, 186
Philoſophiæ ſtudia, eorumque neceſſitas & præſtantia, 185. 186
Philoſophis committenda eſt Reipublicæ gubernatio, 163
Philautiæ vitium, 211. 262
Philadelphus, Philometer, Philopator, Ptolemæorum cognomenta, 10
Philopæmenis glorioſa virtus, 220
Phryges hominum antiquiſſimi, 212. & 234
Picæ loquela, 259
Picturæ fatales ſeu vaticinæ, 47. 48
Pii II. Papæ iniuſtitia, 131
Pii IV. Papæ ingratitudo erga ſuos benemeritos, 205
Pilatus iuſſu Neronis interfectus, 45
Pincernæ Salomonis fabula, 25
Piſonis Cnei crudelitas, 76
Piſtolæ, 318. earum vis, ibid.
Pitho perſuadendi Dea, 186
Plato ſacra Biblia legit, 115
Plinius emendatur, 181
Pluvia Chriſtianorum precibus impetrata, 54
Podagricorum dolores, 115
Pœoniæ virtus, 104
Pœnitentia, quomodo Deo adſcribatur, 72
Pœnitentes recipit Deus, ibid.
Pompeii ex metu deſperatio, 81
Popeli Poloniæ Ducis imprecatio, & eius exitus, 119
Populi eiuſq; virium exploratio à Deo punita, 70. 71
Populorum clades & exterminia ab eorũ peccatis eſſe, 73. 74
Prædæ cupiditate ſæpe victores victoriam amiſiſſe, 99
Præcoces impiorum conatus tranſire in ventum, 80
Præcoces homines, animantes, plantas, nõ eſſe diuturnas, 79
Præcocem ſapientiam nõ eſſe conſtantem aut durabilem, 79
Præceptores parentum loco ſunt, 651
Præceptores pueris quales quærendi, 181 182. 183
Præcepta divina quotuplicia, & quot numero, 255
Præcepta vallis Ioſaphat, eorumque pœna, 130
Præcocia conſilia & actiones, earumq; infelix exitus, 79. 80
Præcocia & temeraria conſilia ex ſuperbia, ira, curioſitate, contemptuq; monitorũ provenire, 83
Prædicatorum intempeſtiva temeritas in aliis iudicandis & contemnandis, 128
Prægnans fœmina ne torqueatur aut puniatur ante partum, 184
Præficæ, 368
Præfiſcine, 210
Præmiorum in Republica diſtributio, 169. 170
Præmiorum diſtribuendorum ratio, quæ habenda, 157. 158
Presbyterorum officia & virtutes, 129. & ſeq.
Præſules Eccleſiaſtici quomodo probandi ſint ex Deo eſſe, 22

Picturæ veteris Eccleſiæ, 168. & ſeq. & 278
Princeps malus peccantibus populis datur, 72
Princeps debet ſubjectorum commodum exiſtimare, ſuum eſſe commodum, 173
Principes & Imperatores literati atq; docti, 163. 164
Principum literatorum exempla, 242. & ſeq.
Principum piorum & clementũ exempla, 77. 78
Principes ex contemptu, & ſuſpicionibus fieri meticuloſos & crudeles, 86
Principum juſtitia & clementia quomodo moderandæ, 77 78
Principes impios cur permittat Deus regnare, 22
Principum in periculis prærogativa, 242
Principum malefelicium certiſſima index philautia, 68. & duab. ſeqq.
Principis boni encomia, 78
Principum inter ſe congreſſus eſſe vitandos, 147. potentiorum etiam periculoſos, 148
Principum, qui ſtudioſiores Reipublicæ quam privatæ fuerint, exempla, 174
Principum, qui privatam, ſolitariam & monaſticam vitam elegerunt, exempla, 345 & ſeq.
Principes ſua negotia rectius per Legatos quam per ſeipſos præſentes expedire, 146
Principes publicæ magis utililati, quam ſuę propriæ ſtudere debet, 173
Principum ruinæ præſagia, 68
Principum quorundam crudelitas & tyrannis, 74. & ſeq.
Principi non minus turpia eſſe multa ſupplicia, quam Medico multa funera, 78
Principibus diverſarum linguarum cognitio neceſſaria, 236. & ſeq.
principum pericula, 345. cædes ex inſidiis domeſticorum, 345. 346
Principum quorundam peculiaria ſigna & Notæ, 145
Principum aliquorum ſingularia dona ſanandi, 143
Principum, qui pro Reipublicæ ſalute occumbere voluerunt, exempla, 174. & ſeq.
Privatæ vitæ commendatio, 340. 341. 342. & ſeqq.
Privilegia quib. conceſſa eſſe intelligantur, 161
προβαινόμενοι 210
Prohedri, 160
Pronunciationis ſtudium & elegantia, 256 & ſeq.
Pronunciationis vitia, ibid.
Pronunciationis pravæ exempla, ib.
Provocatio ad tribunal DEI an licita ſit, 130 ejus exempla, 131. 132
Prudentiæ dignitas & virtus, 167
Pſittaci loquela, 259
Ptolemæi Philadelphi dictum de bono vitæ privatæ, 346
Publica res privatæ eſt præponenda, 173. & ſeq.
Pudendagra, 252
Pueri ſunt creduli, 166
Pueris coram nihil inverecunde dicendum, ibid.
Puerorum digladiatores. 297
Pueri mature literarum ſtudiis tradendi, 163. 164. 168. 165
Pueris coram nihil turpiter dicendum aut faciendum, 181
Pueri cum ſerpentibus ludentis ſymbolum 271. 278. 182
Pudicitia virginum aulicarum Luſitanarũ, 296
Pudicitia fœminarum illibata, 292. & duabus ſeqq.
Puella napelli veneno nutrita Alexandro Magno oblata, 252
Pulchritudo corporis heroica dignitas, 139 & ſeqq.
Pulchritudo corporis index animi, ibid. in quo conſiſtat, 139. ea præditos tantum ad Philoſophiæ ſtudia admittebat Socrates

crates ib. ejus veneratio & exiſtimatio, ibid.
Pulchritudinis in corpore excellentia & dignitas, 139. & ſeq. ejus exempla, ibid. & ſeqq.
Pulveris pyrii ſeu tormentarii clades ex incendiis, 323. & ſeqq.
Pulveris pyrii ſeu tormentarii inventio, vis & deteſtatio, 311. & ſeqq.
Pumilionum digladiationes, 297. & ſeqq.
Pumilionum exempla, 300
Puſionum exempla, 309
πύθιος cur dictus Apollo, 156
Pyrii pulveris inventio, vis & deteſtatio, 311. & ſeqq. clades ex incendiis, 323
Pyrrhi Epirotarum Regis donum in ſplene-ticis curandis, 143
Pythonici, 260. 263

Q.

Quietis templum cur extra urbem, 178
Quintilii Vari clades, ubi facta, 370

R.

Ramirus Arragoniæ Rex Monachus factus, 345
Ramorum ſymbolum de Apoſtolis, 278
Rebelles inſigni aliquo ſcelere ſe ab omni reconciliatione in ſuimet interitum excludere, 330
Rebelliones militum ob ſtipendia non ſoluta, 331
Rectoris Academici magnificentia, 237
Regiſol Papienſis, 47
Regis boni eucomia, 78
Regum & Principum peculiaria dona ſanandi morbos, 143
Regnorum ruinæ præſagia, 68. 73. 74
Reges & Principes ſua negotia rectius per Legatos quam per ſuam præſentiam expedire, 146
Regum pericula, 345. cædes ex inſidiis domeſticorum, ibid.
Regũ inter ſe congreſſus eſſe vitandos, 147
Regum & Principum peculiaria dona, 143
Reipubl. condonand. eſſe privatas injurias, 109
Reipublicæ vera deſcriptio, 171
Reipubl. commodum eſt omnium privatorum utilitas: & eiuſdem incommodum eſt horum pernicies, ibid.
Reipublicæ & hominis comparatio, 166
Religio vera, præcipuus Chriſtiano homini ſcopus conſiderandus eſt, 155
Religio Chriſtiana, nulla vi humana unquam opprimi poteſt, 108
Religio humana ſocietatis arctiſſimum vinculum, 43
Religio ut animos conjungit unitate, ita diſiungit diverſitate, 42. & 43
Reliquiæ Mahumetis ex veſte pro amuleto, 310
Reliquias Mahumetis à Turcis coli, 98
Reliquias pro amuleto geſtare, idololatricum eſſe, ibid.
Remiri Orci miſerabilis caſus, 203
Rempublicam tribus præcipue conſiſtere, 169
Reſpublica committenda eſt viris & doctis & literatis, 165
Reſpubl. everti diſciplinæ militaris diſſolutione, 95. vitium virtutumque affinibus criminibus graſſantibus, 96. avaritia & divitiarum cupidine, 99
Rerumpublicarum ruinæ præſagia, 68 73. 74
Reſurrectionis ſpem non crediderunt Romani, 214. & ſeq.
Rex publicæ, tyrannus propriæ ſtudet utilitati, 173
Rhodii Equites, qui nunc Iohannitæ, 338
Riſu magnos heroas abſtinuiſſe, 367
Riſus cauſa, ibid.
Rivalium amicitia ficta, 195
Rena, Franconiæ tractus, 230
Romanorum Imperatores ſe Græci poſteriores ſcripſerunt, 173
Romania, 203
Romanorum Conſulum & Prætorum crudelitas, 74
Rorarii, 323
Ruſticæ vitæ felicitas, 348. & ſeqq.

Ruſticina Boetii uxor, & ejus mendicitas, 199

S.

SAcerdotes eſſe omnes, qui in Meſſiæ, id eſt, Chriſti genealogias tranſierunt, 23
Sacerdotum officia & virtutes, 129.130
Sacerdotum an in ſola tribu Levitica, 23
Sacrificia Ethnico ritu facta, 20
Sacrilegorum Principum horrendi exitus, 11.& ſeq.
Segæ nonnullæ cur in ſummis cruciatibus non lachrymari cernantur, 366
Sala pro aula, 229
Sala fluvius Thuringiæ, 230. Franconiæ, ibid.
Salica lex quando lata, 231
Salica lex a quibus condita, 231
Salica lex unde dicta, 229.& ſeq.
Salica terra, 229
Salica judicia, Salici libri, Comites, ibid.
Salicus unde dictus Conradus II. Imperator, 230
Salicem, quod cito excreſcet, non eſſe durabilem, 79
Salisburgum, Faramundi Regis regia, 230
Salomonis annuli in conjurationibus, 24
Salomonis fabuloſa figmenta, ibid. & ſeq.
Salomonis libri de vi & proprietate animantium, plantarum, lapidum, herbarum, &c. ab Ezechia Rege combuſti, 103
Samaritani antiquas literas Hebraicas conſervarunt, 256
Sanctæ præſentia in actibus Academicis Altorphinis, 257
Sanitas non corporis tantum, ſed potius mentis conſervanda eſt, 180 181
Sanctandreani Cardinalis in Scotia miſerabilis exitus, 133
Sapientiæ ſtudia, earumq; neceſſitas & præſtantia, 185
Sarmentitii dicti Chriſtiani, 3
Saxoniæ Ducum, Friderici & Wilhelmi diſcordia in hercifcendis actionibus, 146
Scommata probroſa interdicta, 201.202. 209
Scommata à cordatis contemnenda, 212.& ſeq.
Scribæ & Phariſei unde orti, 23
Scripturas ſcrutantur multi, non ut diſcant, ſed ut torqueant, 18
Scholarum inſtitutio & neceſſitas, 163,164. 168.185
Scholaſtica tyrocinia, ſive depoſitiones, quid ſibi velint, 156
Scholaſticorum vitia, 221.263
Scholarum tyrones quo loco ponendi, 232
Scipionis Africani continentia, 258
Scipionis pulchritudo corporis, 139
Scire tantum quis putatur, quantum memoria tenet, 177
Sclopetis valere Germanos, 323
Sclopetorum diſtinctio, 318
Sclopetorum vis, 315 312. & ſeq.
Sclopetariorum equitum in bello utilitas 318.320.& trib. ſeqq.
Scorzonera herba contra ſcorpii morſum, 363
Sectarum nomina Chriſtianis evitanda, 12
Seditiones militum ob ſtipendia non ſoluta, 331
Seditioſos inſigni & atroci ſcelere ſe ab omni reconciliatione in ſuimet interitum excludere, 330
Seipſum vincere, omnium eſt victoria præſtantiſſima, 91. & duab. ſeqq.
Selimus Turcarum Imper. à patre & fratre devotus, 113
Seminaria Reipublicæ & Eccleſiæ, 165
Senum memoria infirma, 250
Senum canities læſuræ corporis æquiparata, ibid.
Senectutis excuſatio, ibid.
Septem liberales artes, 189
Septenarius numerus, 188
Sepelire mortuos pium eſt, 370. & hoſtes, ibid. ejus rei exempla, ibid. & trib. ſeqq.

Sepul-

Sepulchra divorum ignorari, 26
Sepultura carere pœna eſt divina, 371. 372
Sergii proconſulis ad fidem converſio, 305
Sergius Paulus Cypri proconſuli à Paulo Apoſtolo converſus, 4
Sermo primævus quis, 253. & ſeqq. homini nullus naturalis, 254
Sermo ſoli homini proprius, 259. nullus naturalis, 254. & ſeqq. 260
Sermo quid, 261
Serpens pro Diabolo, 276
Serpens cur Diabolus dictus, 375
Serpens æneus ob ſuperſtitionem ab Ezechia combuſtus, 103
Serpentes, & eorum Eccleſiaſticum myſterium, 270. & ſeq.
Serpenti columbam miſcere, 270
Sertorii monumentum, 348
Severianus mortuus devovit Hadrianum Imp. 122
Servituti addicitur ingratus, 239
Sex millia annorum, & erit finis, 31
Sibyllini libri apud Græcos, 46
Sicula nox vel veſpera, 334. ejus laniena & cædes, 334 & ſeq.
Sigilla pro amuleto geſtare, impium eſſe, 104
Sigillum Apollinis à Sylla geſtarum in collo pro amuleto, 99
Signa extremi diei, 32
Signa fatalia varia morborum & mortium, 46. 48. & duab. ſeqq. calamitatum publicarum, 50 51
Sigiſmundi I. Poloniæ Regis clementia, 109
Sigiſmundum Imp. in deſignatione generi Alberti illachrymaſſe, 367
Sigiſmundi Auſtriaci, & Caroli Galliæ Regis congreſſus, & inde natus contemptus, 148
Silentium, morbi alimentum eſt, 196
Simon Magus ſe Chriſtum dixit, 4. & 5. à Pilato proditus, 4
Simeonis Perſæ in martyrio conſtantia, 109
Simulatum nihil diuturnum, 290
Simultates tectæ inter potentes, 192 19
Sincerus quis, 290
Slavogaſtus legis Salicæ conditor, 231. etymon, ibid.
Sleidanus à quo ſuas hiſtorias acceperit, 247
Solatium vitæ, animus ſincerus, 190
Solimanni Turc. Imp. cadaver, & eius fœtor, 291
Solimanni ingratitudo erga benemeritos, 205
Sologaſtus legis Salicæ conditor, 231 eius etymon, ibid.
Somniferi Lalli, 25
Sophianorum apud Turcas odium, 42
Sophocardii in martyrio vaticinium, 133
Spectra varia viſa, 50. 54 56. 57
Spectrum tribus Germanis Principibus apparens, 196
Spectaculorum crudelitas, 299. cauſa motiva, ibid.
Spei figura, 270 explicatio, ibid.
Sphingis etymon, 217
Sphingis deſcriptio, 216 mythologia, 217 & ſeq.
Sphinges ante fores templorum poſitæ, 218
Sphingis imago in annulis, 218
σφιγγεῖν, 217
Spiritus ſanctus qua figura repræſentatus ſit, 269. 278
Spiritus ſanctus deſtituit in perniciem ruentes, 70
Spirituum bonorum & malorum diſt ncta officia Salomo fingitur cognoviſſe, 24
σεμνηλάτης, 219
Stampianus Regum congreſſus, & inde orta ſimultas, 149
Stimulæ templum Romæ, 178
Storch / 240
Strabonis oculorum acumen, 310
Strenuæ templum Romæ, 178
Strumas curandi donum etiam Habſpurgiç Comites habent, 145
Strumas ſanandi donum Reges Angliæ habent, ibid.

Strumas curandi donum Galliarum Reges habent, 144
Strumoſi in Albrechtsthal, 145
Studiorum radices amaræ, ſed fructus dulces, 162. 165. 166. 177. 178. 220. 262
Studioſorum iuvenum officium in gratitudine facienda, 170 & duab. ſeqq.
Studioſo literarum quę neceſſaria judicentur, 176. & ſeqq.
Subditi dominorum ſuorum mores ſequũtur,
Suna Mahometi liber, 41
Superbiæ vitium, 221. 262
Superſtitio in hominum libris, ſtatuis, monumentis & figuris fatalibus, 46
Superſtitionis inanis perſuaſores, 28
Superſtitioſorum hominum intoleranda curioſitas, 28
Suſpicaces Principes evadere crudeles, 86. & ſeqq.
Suſpicionis vis, 211
Suſpicionibus fieri meticuloſos & crudeles homines, 86. & ſeqq.
συκοφαντεῖν quid, 190
συκοφαντία quid, ibid.
συκοφάντης, & ejus etymologia, ibid.
Sycophantæ qui propriè fuerint, ibid.
Sycophantæ & delatores in aula, 197. & ſeqq uſque ad 216
Sycophantarum pœna, 200. & duabus ſequentibus,
Symbola κυριακὰ Eccleſiarum varia, 268
Symmachus à Theodorico Gotho interfectus, 198
Symphoniæ vis & efficacia, 363. 364
Syphilis, 253
Syriaca lingua Hebrææ affinis & ſimilis, 123. 254
Syriacæ linguæ uſus quando à Iudæis acceptus, 258
Syriacum Alphabetum quomodo ſcribatur, 254

T.

ΘΑλεία, una gratiarum & ejus nota, 171
Tamerlanus, 320
Tarantula, ejus venenum & remedium, 361 & ſeq.
Tarantulæ tactus, 361
Taurus à Græco Chriſtiano, more gentili ſacrificatus, 20
Trechellæ Cuſelbæ nova religio & imperium, 321. 336
Temporis pretium, 165
Templariorum cædes, 337
Terra genitæ nonnullæ gentes videri volunt, 234
Teſtandi modus & diſpoſitio, 122
Tetragrammaton nomen, 255
Thalmutiſtarum ſomnia, 24
Temiſtoclis & Ariſtidis ſimultates, 195
Theodorici Marchionis Brandenburgici arrogantia, & inconſulta temeritas indeque triſtis exitus, 81. & ſeq.
Theodorici Gothorum Regis tyrannis, 197
Theodorici Gothorum Regis Arrianiſmus, ibid.
Theodorici Goth. R. crudelitas in Symmachum & Boetium, ibid. ultio divina, 148
Theodorici Gothorum Regis ſtatua fatalis, 48. 49
Theodoſii Imper. cura in educatione filiorum, 132
Threnodæ, 386
Tiberii Cæſaris oculorum noctu claritas, 310
Tiberii crudelitas, 75
Tiberiana laniena crudeliſſima, 335
Ticinenſis pugna, 316
Tiſſenbachii victoria contra Turcas, 319
Tonſura Germanorum, 359
Tonſura veterum & recentium, 358. & 359
Tormenta majora & minora nova ſubinde excogitare, 316. eorum deteſtatio, ib. & 31
Tormentorum bellicorum fragor & tonitru incredibile, 312. & duabus ſeqq. brevi totam rerum machinam ruituram

ram indicare videtur, 313
Tormentis minoribus an Turcarum equites utantur, 317. & quinq, ſeqq.
Tormentorum bellicorum inventores, 312
Tormentorum bellicorum vis, 311. & ſeq. ejus exempla, 312. & duab. ſeqq.
Trabs in oculis, 128
Tranſportandi & puniendi ſeditioſos, contumaces & rebelles milites mos, 175
Trevirenſium Archiepiſcoporum obitus præſagium, & fatale monimentum, 51
Trinitatis myſterium in ſymbolis, 269. pictura, ibid.
Triſtitia Diabolicis illuſionibus & inſidiis obnoxia, 55
Trivultii veterani militis, de Regibus Galliæ benemeriti, infelix recompenſa, 204
Tryzi tyranni volentis omnes conjurationum & inſidiarum contra ſe vias intercludere, ex ſuſpicionibus crudelitas, & inde ejus cædes, 87. & ſeq.
Turcæ arma noſtrorum more tractare à transfugis & apoſtatis Vallonibus didicerunt, 318
Turcicæ fœminæ velatæ, & ejus cauſa, 75
Turcarum & Perſarum diverſitas religionum & internecinum odium, 41. & ſeq.
Turcarum ordo in acie inſtruenda, qui, 318
Turcarum equites ſagittis & lanceis miſſilibus Afrorum more uti, 317
Turcarum Antichriſtus Degnal, 30
Turcarum equites an bombardis utantur, 317. & quinq; ſeqq.
Turcarum zelotypia, 75
Turcicorum Imperatorum ingratitudo erga bene meritos miniſtros & ſervos, 205
Tutelares Dii & Deæ, Genii, Lares, Præſtites: & Ethnicorum ſuperſtitioſorum ritus in iis evocandis, 43. & ſeq.
Tyrannus propriæ ſtudet utilitati: bonus Princeps publicæ, 173
Tyrannis quomodo reſiſtere debeant ſubjecti, 22
Tyranni definitio, 88. & ſeq.
Tyrannorum crudelium exempla, 75. & ſeqq.
Tyrannorum Nemeſis & divina ultio, 197
Tyrannorum vita, & ejus miſeriæ, 350. & duab. ſeqq.
Tyrannorum inquietudo & infelicitas, 87. & duab. ſeqq ſuſpiciones, & ex iis crudelitas in ſubditos, ibid. tragicus exitus, 88
Tyrones poſteriore loco ponendi, 232

V.

VALENS Imperator Arrianus, & Eccleſiæ perſecutor, ejusque exitium 16
Valentini Erythræi, Rectoris Scholæ Aldorfianæ, obitus, 164
Vallis Ioſaphat, & an ad illius tribunal provocare liceat, 130
Vallonum in Vngaria defectio & apoſtaſia à Chriſtianis, & perfectio in ſclopetis emittendis, 318. 322
Vandali Arriani, & eorum ſævitia in Catholicos, 16
Vdalrici Hohenſaxiæ Baronis in bello Mediolanenſi improviſa cura à ſtruma. 214
Veneficorum pœnæ, 2.3
Veneno nutritus Cambäiæ Regis Indiæ filius, 252
Veneno nutritæ puellæ duæ, 252
Venenata animalia & inſecta in Germania pauca, & quæ, 361
Venenum nullum eſſe, quod non habeat antidotum, 362
Venenata inſecta & animalia noxia, 361. eorumque antidota, ibid.
Veneris figura, 276
Veneris templum in loco Dominicæ crucifixionis extructum, ib. ab Helena Imp. deſtructum, ibid.

Ventriloqui, 260. 263
Verbis an aliqua vis medendi inſit, 102. & duob. ſeqq.
Veritas altercando eluceſcit, 178. 169
Veritatis vis, 10. 238
Veritatis inveſtigatio omnium rerum finis eſſe debet, 155. & ſeq.
Veritatis & juſtitiæ conjunctio, 238
Veritatis ſtudium, tanquam certus ſcopus ſtudioſis omnibus propoſitum eſſe debet, 178
Veritatis vis ac potentia, 178. & ſeq.
Veſpera Sicula, 334. à quo procurata, ibid.
Veſpaſiani Imp. donum in morbis ſanandis, 143
Veſtitus virilis quatenus fœminis conceſſus, 285. & duab. ſeqq.
Veſtitus virilis fœminis prohibitus, 283. & ſeq.
Veſtium confuſio in ſexu, lege tam divina quam politica prohibita, 284
Veſtitum virilem fœminæ ſumſerunt, & earum exempla, 284. 285
Veſtium mutatio aliquid novi & portenti, aliter in Republica, 283. ejuſque rei exempla Darii, Alexandri Magni, Andronici junioris, Græci Imperatoris, ibid.
Veſtium conſuetudinem inter alia conſtanter retinuerunt Iudæi, 284
Veſtium conſuetudinem retinendam lege ſanciverunt Helvetii, ibid.
Victoria omnium præſtantiſſima, ſemetipſum noſcere & vincere, 91. eiuſque rei exempla, 92. & duab. ſeqq.
Victores prædæ cupiditate ſæpe victoriam amiſiſſe, 99
Vindictæ cupiditas in damnando, & conviciando, 128. eiuſque exempla, ibid.
Vincere & noſcere ſeipſum, præſtantiſſima victoria eſt, 91
Vino, & aliis corporis voluptatibus, quæ morbos generant, plures homines interfici, quam bello aut naturali morte 251
Virgines albæ in oraculo Delphico,
Virginum aulicarum Luſitanarum modeſtia & caſti mores, tempore Emanuelis Regis, 296
Virtus adverſum vitia & mala pharmacum potentiſſimum, 143
Virtus & cum naufrago ſimul enatat, & in errore nudum eiectum, venerabiliorem oſtendit, 142
Virtutis templum, 165 166
per Virtutis templum aditus ad Honoris ædem patet. 166
Virtutis quanta gratia, 142
Virtutis encomiũ memorabile apud Plautum, 143
Virtutis templum non temere à Romanis Honoris templo coniunctum, 253
Virtutum ac vitiorum cognata nomina, 208
Viſcus quercinus epilepſiæ medetur, 104
Viſieri Baſſæ primarii, 322
Viſu valentia animalia bruta, 318
Vitæ ruſticæ felicitas, 349. 350
Vitæ aulicæ incommoda, ærumnæ & miſeriæ, 341, 342. 343. 351. 352. tabula, & pictura ingenioſa, 344
Vitæ humanæ definitus terminus, 26
Vitæ privatæ commendatio, 340. & decem ſeqq.
Vitam privatam & quietam potius quam ſplendidam, qui principes elegerint, 345. & ſeq.
Vitellii crudelis & tyrannica vox, 76
Vitiorum virtutumque affinia crimina, 96. Potentes Reſpublicas & civitates evertunt, ibid.
Vitiorum atque virtutum cognata nomina, 208
Volupiæ cur adiuncta à Gentilibus Angenoria Dea, 161
Voluptatis comitem eſſe dolorem, 250. & duab. ſeqq
Voluptatis & doloris coram Iove mutua accuſatio, 250
Voluptatis fugiendæ præcepta & munitiones, 250
Voluptatum deteſtatio, 253

Vpupæ fabula, 289
Vrbes à fluminibus nobilioribus nuncupatæ, 229. quare, ibid,
Vulnera malo animi propoſito inflicta, ſæpe præter opinionem ſalutifera eſſe, 215
Vulnera graviſſima contra intentionem curata, 214

W.

WEnceslaus Imp. Caroli IV. filius, rogatur, ne veniat in Italiam, niſi cũ magna potentia: & niſi laude parentem ſuum vincat, 347
Wendenarum mulierum magnanima mors, 294
Werda Franconiæ tractus, 320
Weſtenburgenſium Comitum fatale prænuntium in peſte, 51
Wiſigaſtus legis Salicæ conditor, 231. eius etymon, ibid.

X.

XEnogogi in urbibus, viſu digna peregrinantibus demonſtrant, 162

Z.

ZAnedrim ab Herode poſiti, 23
Zenonis Imp. filius, & eius prava educatio, 182
Zifræ noſtrates, ab Arabibus fluxerunt, 268. an Græcis uſitatæ,

FINIS.

MG 26